Migne, Jacques Paul

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

**OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS, ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

## ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LVII.*

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1862

# AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé parait un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entrainait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore

*SÆCULUM V, ANNUS 407.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

# ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

# S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

## OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

*EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII, TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT, VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.



## TOMI SEPTIMI

PARS PRIOR.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.
1862

# ELENCHUS

## OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LVII CONTINENTUR.



### MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod dum in omnibus tum præcedentibus tum subsecuturis S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum columna ad columnam accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, pagina Latina juxta Græcam paginam tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim ediderāmus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

Pauca nunc de ipsa homiliarum in Matthæum editione prænotanda.

Chrysostomi nobis aureas in Matthæum homilias typis mandare parantibus, de recenti hujus operis editione, Cantabrigiæ ab eruditissimo viro Friderico Field adornata, indicium factum est. Quam editionem statim arcessitam summa diligentia examinantes explorantesque, non potuimus quin omnibus aliis facile illam anteponeremus, doctissimo recensori locum inter criticos honestissimum adscribentes. Nemo enim unquam exstitit ita sagax indefessusque codicum omnium hasce homilias continentium investigator et judex; nemo tantam locis obscuris lucem, mutilis integritatem, perturbatis ordinationem, solœcis puritatem, dubiis firmitatem, quo demum cumque modo male habentibus sanitatem contulit. Textum igitur Græcum, qualem ediderat summus ille vir, et nos expressimus, variarum lectionum Adnotationumque paucissimis tantum, quæ minoris videbantur momenti, ob necessitates, ut aiunt, typographicas, obiter exclusis. Præterea, cum Latina Benedictinorum interpretatio a nostro jam textu Græco sæpissime dissonaret, ipsam quidem sexcentis in locis correximus, sub judice tamen lectore litem aliquando relinquentes; notarum autem quas margini adscripserat Montefalconius, alias, ut quæ novæ huic recensioni congruerent, integras servavimus; alias, ubi opus fuit, ut ad correctiones nostras quadrarent, refinximus, nunc taciti, nunc etiam subscriptionem, Edit., vel, Edit. Patrol., adhibentes.

Cum vero textus Latinus stereotypice apud nos servatus jam cum Græcis propter Aniani interpretationem paginam inferiorem obtinentem quadrare non posset, hanc interpretationem ad calcem operis mandavimus et stanneas paginas frustatim dissectas et iterum agglutinatas e regione textus Græci posuimus. Ut autem paginarum series numeralis non turbaretur, columnam 89, in qua desinebat Anianus, cum sequenti 175 junximus.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

SANCTI PATRIS NOSTRI

# JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

# HOMILIÆ IN MATTHÆVM

*TEXTVM AD FIDEM CODICVM MSS. ET VERSIONVM EMENDAVIT*
*PRÆCIPVAM LECTIONIS VARIETATEM ADSCRIPSIT*
*ADNOTATIONIBVS VBI OPVS ERAT ET*
*NOVIS INDICIBVS INSTRVXIT*

FRIDERICVS FIELD AA. M. COLLEGII SS. TRINITATIS A REGE HEN. VIII FVNDATI
UNUS E SODALITIO.

Cantabrigiæ in Officina Academica, svmtibvs editoris MDCCCXXXIX.

## PRÆFATIO.

Quod Chrysostomo ipsi, dum in vivis erat, a lividioribus objiciebatur (*a*), eum prolixis exordiis auditores morari, id ne mihi quoque crimini detur, præfandi negotio intra arctissimos limites concluso, ad disertissimum Patrem Lectorem remittam. Antequam vero ad novæ editionis institutum rationemque describendam accingor, operæ pretium erit, quid ante nos in hac parte immensæ scriptorum Chrysostomicorum sylvæ excolenda editores præstiterint, breviter recensere. Nam et non leviter erravit, qui idem negotium in Præfatione sua suscepit, Montefalconius, et de veris nostri Patris editionum tum fontibus tum meritis viros etiam doctissimos in summa ignorantia versari video.

I. Statim in principio hujus argumenti, notanda est mira Montefalconii hallucinatio, qui editione Saviliana, anno 1612 vulgata, primo loco posita, Commelinianae secundum tribuerit, his verbis : « Anno 1617 altera prodiit editio Græco-Latina Homiliarum Chrysostomi in Matthæum atque in Joannem ex officina Commeliniana Heidelbergæ. Qui autem illam publicandam curarunt, Savilianam jam quinque ante annis emissam ne novisse quidem videntur ; illa certe non usi sunt, nec ejus uspiam meminerunt. » Nec mirum. Nam editionem suam non *quinque annis post*, sed *decem annis ante* vulgatam Savilianam, videlicet anno 1602, publici juris fecerunt ; eamque ipsam, ut mox videbimus, Savilius typothetæ suo exprimendam tradidit. Res autem est hæc : Prodito exemplari Anglicano, Heidelbergenses, ne sua editio prorsus obsolesceret, libros novo titulo, annum posteriorem falso ferente, instructos emiserunt ; quorum unum incaute descripsit Montefalconius. Qui tamen ne sic quidem excusandus est. Nam Savilius ipse in notis ad Homilias in Matthæum sic præfatus erat : « Hisce (codicibus) accessit *editio vulgata Heidelbergensis*, de qua quamvis innumeris scateat erroribus, quorum magnam et certe maximam partem nos expurgavimus, tamen gratia debetur bonis illis viris, quia et prius inedita edere voluerunt, idque libris non negligentissime inspectis. » Itaque, ut ad rem redeamus, Chrysostomi Homilias in Matthæum (*b*) primus *Græce* edidit (nam de Latinis editio-

(*a*) Vid. Opp. tom. III, p. 115.
(*b*) Harum Homiliarum una et altera seorsum jam ante prodierant.

nibus nunc non dicam) Commelinus typographus Heidelbergensis, in volumine cujus inscriptio hæc est : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. *Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopoleos Expositio in Evangelium secundum Matthæum. Græce nunc primum producitur e mss. illustriss.* (a) *bibliothecarum Palatinæ, Bavaræ, Augustanæ, cum interpretatione Aniani. Accedit Commentarius mere Latinus in Matthæum, vulgo attributus eidem D. Chrysostomo. Ex officina Commeliniana. Cum privilegiis.* MDCII. Quod hic de Aniani interpretatione asseritur, id nonnisi de octo prioribus homiliis intelligendum est : nam in fronte hom. IX diserte legitur, *Georgio Trapezuntio interprete.* Commentarius autem *mere Latinus* is est, qui vulgo *Chrysostomi « Opus imperfectum in Matthæum »* nuncupatur, de quo præter alios egit Millius, Prolegom. num. 1037. De Græco hujus editionis exemplari præter Savilii testimonium supra allatum pauca monenda sunt. Codicum dissensionis in toto opere nulla mentio. Plures autem libros in Græcis constituendis evolutos esse, dubitari non potest; in quibus tractandis editor hanc legem sibi imposuisse videtur, ut pleniore lectione in textum relata, vocabula quæ in uno aut pluribus codicibus non exstarent, uncis includeret : quam quidem regulam eo usque observavit, ut manifestissimos propter homœoteleuton defectus iisdem notis distingueret. De his notis aliud porro monendum est, videlicet per Homilias XL, XLI et XLII eas parcius disseminari; in tribus autem sequentibus nullas exstare : unde Homilias istas ex unico codice descriptas esse, colligi potest. Post homiliam XLV rursus notantur codicum defectus, sed aliquanto, ni fallor, pauciores. Postremo ab homilia LXXXV ad ultimam textus hujusmodi signis omnino expers est. Cujus rei, cum de codicibus manu scriptis dicendum fuerit, ratio constabit. Unum addam, exemplum hujus editionis, quod olim Isaaci Casauboni fuit, Londini in Museo Britannico exstare, cujus in limine pauca quædam, ad res in primis pertinentia, notavit vir magnus, harum homiliarum, ut ex commentario ejus ad Persii satyras facto apparet, lector studiosissimus.

II. Chrysostomi Opera omnia Græce edidit Henricus Savilius, Etonæ anno 1612, in octo tomos distributa, quorum secundus Homilias in Matthæum et Joannem complectitur. Hujus ultimæ paginæ ascriptum est, *Etonæ excusum in Collegio Regali MDCX.* Typographus, ut supra diximus, exemplari Commeliniano usus est, ab ipsius Savilii manu diligentissime recognito, quod ipsum adhuc Oxonii in bibliotheca Bodleiana religiose servatur. Hic illic, in posteriore præsertim, si bene memini, voluminis parte, pro excuso archetypum manu scriptum, emendatum et illud, operæ expresserunt. De subsidiis suæ recensionis pauca nos docuit editor egregius, quæ hic exscribere non gravabor. « Harum editionem Homiliarum adornavimus, Lector, ex quinque libris manu scriptis. *Primum* nobis exhibuit bibliotheca collegii Corporis Christi Oxonii, a Serbopulo quodam, homine Græco, anno MCCCCXCIX satis negligenter et imperite scriptum, Redingæ in Anglia, XLV tantum priores Homilias continentem. *Secundum* bibliotheca illustrissimi Cæcilii comitis Oxoniensis, ab eodem Serbopulo ibidem eadem fide et diligentia scriptum anno sequente, sc. MD, reliquas posteriores complectentem. *Tertium* nobis codicem dedit bibliotheca Collegii Novi Oxonii, et *quartum* bibliotheca Universitatis Oxoniensis, Constantinopoli nuper advectum, melioris notæ et antiquum satis, non plures tamen *quemque* quam XLIV aut XLV priores repræsentantem. *Quintum* et ultimum posteriores homilias, easque non plene continentem, sed optimæ cum primis notæ codicem, supra commemoratæ Universitatis bibliothecæ debemus. » Horum tres priores non indagavi; quartus codex is est, ni fallor, qui hodie Bodl. 160 notatur : qui tamen non XLIV aut XLV, sed XLII tantum homilias continet. Sed præterquam quod cæteri omnes Oxonienses serius in bibliothecam venerunt, lectiones quasdam prorsus singulares, a Savilio in notis ex libro suo *Constantinopolitano* excerptas, in dicto codice Bodleiano inveni (b). Cæterum utrum quartus iste codex Savilio, dum textum harum homiliarum concinnaret, ad manum fuerit, an serius,

(a) Unde novo argumento probari potest, pro hoc titulo alium postea suppositum esse. Nam de subsidiis hujus editionis Montefalconius sic : « Græca ex mss., ut credere est, Palatinis eruerunt : *neque enim monuerunt, unde desumpserint.*

(b) Vid. Adnot. ad pp. 240, 242, 253 (ad calcem partis secundæ hujus voluminis). Paginas intellige editionis Maurinæ quas inter uncos in textu posuimus. EDIT. PATR.)

cum ad notas ventum esset, ei innotuerit, mihi quidem non liquet. Restat *quintus* codex, Bodleianus, *homilias posteriores easque non plene continens;* quem diu multumque quæreus frustra fui, donec inveni, eum in Catalogo num. 3019 sub indice tenebricoso, *J. Chrysostomi Homiliæ aliquot,* latere. Hujus pars antiqua et membranacea non plus quam XXI homilias, id est, a p. 564 B ad p. 741 A complectitur; et quoad textus recensionem arctissimam cum Regio 688 posthac describendo affinitatem præ se fert. Reliqua ejusdem voluminis pars nullum prorsus ad criticen usum habet. Itaque constat, præter librum Redingianum recentissimum et a scriba imperito descriptum, tres tantum codices Savilio præsto fuisse, duo videlicet prioris partis, et unum, eumque valde mutilum, posterioris. Hisce subsidiis sane tenuioribus quomodo usus fuerit, nunc videndum. Exemplar Heidelbergense, qui ei *Codex excusus* est, pro fundamento novæ editionis posuit. Hoc summa diligentia et fide ad codices suos, adhibito quoque vetere interprete, recognovit; errores typographicos, si non omnes, certe maximam partem, plerumque non monito lectore, exemit; distinctionem, quæ prius misere jacebat, sedulo castigavit; uncos Commelinianos, de quibus paulo ante dictum est, plurimos merito sustulit, paucis relictis alios, sed pauciores, de suo in textum intulit. Quod ad ordinem verborum attinet, in quo constituendo librarii multum inter se dissentiunt, in prioribus homiliis archetypum raro deserit; in posterioribus vero, ope, ut videtur, codicis sui, plurima novavit. Præterea varias lectiones, sed non ita frequentes, oræ libri ascripsit, more qui tunc temporis usitatus erat. Scilicet, nulla singulorum codicum mentione facta, si quid textui ab ipso recepto libri probabiliter adjiciebant, asterisco in serie posito, verba addititia, eamdem notam prætendentia, margini illevit; si quid mutabant, duabus lineolis transversis ('') ad initium verbi vel verborum, quæ e textu movenda erant, insertis, verbum vel verba, quæ ex codicibus sufficienda erant, in marginem signo γρ. præposito retulit. Hoc vero ei infeliciter cessit, quod nullam notulam habebat, qua significaretur, ad quot vocabula sese extendat lineolarum istarum vis : quæ res Editoribus Benedictinis nonnunquam errandi occasio exstitit (*a*). Iidem non uno loco notas *additionis* et *mutationis* inter se confundendo, novas lectiones finxerunt (*b*). Tertium fictarum lectionum genus ex ipsius Savilii incuria originem traxit (*c*). Porro observandum est Savilium plurimas, ut dixi, veteris editionis lectiones sine admonitione mutasse; si vero aliquando de correctione Lector monendus esset, lectionem a se amotam in margine cum signo γρ. posuisse, haud secus quam si e codice quodam manu scripto excerpta fuisset. Hoc quoque est ubi Benedictinis fraudi fuit (*d*). Quod vero ad textus castigationem attinet, in priore operis parte, ubi plures codices ei ad manum erant, multo cautius et religiosius in mutationibus tum admittendis tum notandis versatus est; in posteriore autem, codici suo, ut videtur, nimium addictus, innumera fere novavit, de quibus neque in ora libri, neque in notis verbum monuit. Harum mutationum nonnullas aut in adnotationibus aut in variis lectionibus indicavi; plures silentio præterii. Cæterum præter notas marginales, Savilius observationes suas, paucas quidem sed bonæ frugi, in parte posteriore tomi octavi condidit; quarum maximam partem amico suo, Joanni Boisio (*e*), canonico Eliensi, debere se profitetur. Incepti Saviliani vere magnifici et privatum censum exsuperantis notitiam meam absolvam, postquam de toto opere monuero, operarum correctores in officio suo diligentissime versatos esse; ut non magis externo nitore, quam interiore accuratione ac fide liber emineat.

III. Ad tertiam editionem (*f*), quæ Morelli est, describendam Montefalconii verbis utar. « Editio Parisina Claudii [imo *Caroli*] Morelli anno MDCXXXVI [imo MDCXXXIII] data, Saviliana et Commeliniana inferior est, etsi ipse typographus admodum illam commendet in Monito suo. *Exemplaria,* inquit, *quibus in præsenti editione usi sumus fuere, authenticum illud Anglicanæ editionis, nunquam satis laudatum, cui religiose adhæsimus in corrigendo textu Græco, notatis prius suo quibusque loco mendis, quæ in calce ejusdem editionis accurate et*

(*a*) Vide Adnot. ad p. 459.

(*b*) Vide Adnot. ad pp. 346, 369, 613, 664.

(*c*) Vide Adnot. ad pp. 206, 416.

(*d*) Vide Adnot. ad pp. 207, 355.

(*e*) Hujus viri, linguæ utriusque peritissimi, exstat libellus utilissimus, nec satis notus : *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio.* Lond. 1655.

(*f*) Hæc editio interdum *Frontoniana* dicitur, a Frontone Ducæo Jesuita nomine ducto ; qui tamen Homilias in Matthæum non tetigit.

nibus nunc non dicam) Commelinus typographus Heidelbergensis, in volumine cujus inscriptio hæc est : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. *Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopoleos Expositio in Evangelium secundum Matthæum. Græce nunc primum producitur e mss. illustriss.* (*a*) *bibliothecarum Palatinæ, Bavaræ, Augustanæ, cum interpretatione Aniani. Accedit Commentarius mere Latinus in Matthæum, vulgo attributus eidem D. Chrysostomo. Ex officina Commeliniana. Cum privilegiis.* MDCII. Quod hic de Aniani interpretatione asseritur, id nonnisi de octo prioribus homiliis intelligendum est : nam in fronte hom. IX diserte legitur, *Georgio Trapezuntio interprete*. Commentarius autem *mere Latinus* is est, qui vulgo *Chrysostomi* « *Opus imperfectum in Matthæum* » nuncupatur, de quo præter alios egit Millius, Prolegom. num. 1037. De Græco hujus editionis exemplari præter Savilii testimonium supra allatum pauca monenda sunt. Codicum dissensionis in toto opere nulla mentio. Plures autem libros in Græcis constituendis evolutos esse, dubitari non potest; in quibus tractandis editor hanc legem sibi imposuisse videtur, ut pleniore lectione in textum relata, vocabula quæ in uno aut pluribus codicibus non exstarent, uncis includeret : quam quidem regulam eo usque observavit, ut manifestissimos propter homœoteleuton defectus iisdem notis distingueret. De his notis aliud porro monendum est, videlicet per Homilias XL, XLI et XLII eas parcius disseminari; in tribus autem sequentibus nullas exstare : unde Homilias istas ex unico codice descriptas esse, colligi potest. Post homiliam XLV rursus notantur codicum defectus, sed aliquanto, ni fallor, pauciores. Postremo ab homilia LXXXV ad ultimam textus hujusmodi signis omnino expers est. Cujus rei, cum de codicibus manu scriptis dicendum fuerit, ratio constabit. Unum addam, exemplum hujus editionis, quod olim Isaaci Casauboni fuit, Londini in Museo Britannico exstare, cujus in limine pauca quædam, ad res in primis pertinentia, notavit vir magnus, harum homiliarum, ut ex commentario ejus ad Persii satyras facto apparet, lector studiosissimus.

II. Chrysostomi Opera omnia Græce edidit Henricus Savilius, Etonæ anno 1612, in octo tomos distributa, quorum secundus Homilias in Matthæum et Joannem complectitur. Hujus ultimæ paginæ ascriptum est, *Etonæ excusum in Collegio Regali MDCX*. Typographus, ut supra diximus, exemplari Commeliniano usus est, ab ipsius Savilii manu diligentissime recognito, quod ipsum adhuc Oxonii in bibliotheca Bodleiana religiose servatur. Hic illic, in posteriore præsertim, si bene memini, voluminis parte, pro excuso archetypum manu scriptum, emendatum et illud, operæ expresserunt. De subsidiis suæ recensionis pauca nos docuit editor egregius, quæ hic exscribere non gravabor. « Harum editionem Homiliarum adornavimus, Lector, ex quinque libris manu scriptis. *Primum* nobis exhibuit bibliotheca collegii Corporis Christi Oxonii, a Serbopulo quodam, homine Græco, anno MCCCCXCIX satis negligenter et imperite scriptum, Redingæ in Anglia, XLV tantum priores Homilias continentem. *Secundum* bibliotheca illustrissimi Cæcilii comitis Oxoniensis, ab eodem Serbopulo ibidem eadem fide et diligentia scriptum anno sequente, sc. MD, reliquas posteriores complectentem. *Tertium* nobis codicem dedit bibliotheca Collegii Novi Oxonii, et *quartum* bibliotheca Universitatis Oxoniensis, Constantinopoli nuper advectum, melioris notæ et antiquum satis, non plures tamen *quemque* quam XLIV aut XLV priores repræsentantem. *Quintum* et ultimum posteriores homilias, easque non plene continentem, sed optimæ cum primis notæ codicem, supra commemoratæ Universitatis bibliothecæ debemus. » Horum tres priores non indagavi; quartus codex is est, ni fallor, qui hodie Bodl. 160 notatur : qui tamen non XLIV aut XLV, sed XLII tantum homilias continet. Sed præterquam quod cæteri omnes Oxonienses serius in bibliothecam venerunt, lectiones quasdam prorsus singulares, a Savilio in notis ex libro suo *Constantinopolitano* excerptas, in dicto codice Bodleiano inveni (*b*). Cæterum utrum quartus iste codex Savilio, dum textum harum homiliarum concinnaret, ad manum fuerit, an serius,

(*a*) Unde novo argumento probari potest, pro hoc titulo alium postea suppositum esse. Nam de subsidiis hujus editionis Montefalconius sic : « Græca ex mss., ut credere est, Palatinis eruerunt : *neque enim monuerunt, unde desumpserint*.

(*b*) Vid. Adnot. ad pp. 240, 242, 253 (ad calcem partis secundæ hujus voluminis). Paginas intellige editionis Maurinæ quas inter uncos in textu posuimus. EDIT. PATR.)

mere typographicis notandis insumpta est (*a*). Porro eas ipsas lectiones, quas quasi ex codicibus suis erutas attulit, magnam, imo maximam partem a Savilii margine sumpsit; unde ei nonnunquam accidit, ut vitiosam Ed. Commelinianæ lectionem pro codicum *quorumdam* scriptura venditaret (*b*). Innumeris autem locis, ubi Morellus et Savilius diversa exhibent, posita utriusque lectione, hanc vel illam anteponendam *censet*, nulla omnino de libris manu scriptis mentione facta (*c*). Præterea etsi paulo ante in Præfatione exemplar Savilianum merito extulerat, Morellianum recte depresserat, tamen, quod mireris, hoc, non illud, castigatum quidem ex altero *hic illic inspecto*, typographo suo commisit. Nam duas editiones eum accurate, vel etiam mediocri diligentia usum, inter se contulisse, vehementer nego. Probationes si quis quærat, eum non tam ad nostram editionem, quam ad ipsam Benedictinam nuperrime a Parisiensibus repetitam, remitto (*d*); in qua non paucas textus Morello-Montefalconiani depravationes ope exemplaris Saviliani sustulit editor, multo tamen plures nobis tollendas reliquit. Quod ad interpunctionem attinet, in hac quoque parte Savilio, optimo duce, deserto, totus ab archetypo suo pendet. Contra cum pagina Morelliana magna uncorum vi distincta esset, hos omnes, ne chartarum suarum nitorem obscurarent, nullo delectu aut discrimine exsulare jussit. Sectionum vel capitum partitio in edd. Commel. et Morel. nulla est : Savilius autem eo contentus erat, ut partem *moralem* a reliquo sermone secerneret. Opus a prioribus omissum tandem confecit Montefalconius, singulis homiliis in quinque sexve pericopas distributis.

Ex supra dictis cum satis evidenter appareat, in critica priorum editorum supellectili aut nullam aut tenuissimam ad textum recognoscendum opem inesse, nova prorsus subsidia circumspeximus; quæ quidem in summa nostri operis, maxime apud Græcos, gratia et celebritate, non longe petenda erant. Hæc jam describenda sunt.

Chrysostomi Homiliarum in Matthæum codices ubique et boni et plurimi exstant. Membranacei sunt fere omnes; sæculo x ad xii scripti; in *folio*, quod aiunt, aut *quarto* majori; nitido charactere, raris scripturæ compendiis, paginis in bina segmenta oblonga divisis. Litteræ initiales, ut et verba sacræ Scripturæ singulis homiliis præposita, minio, interdum auro, pictæ sunt. Cum vero prolixius opus sit, quam ut uno volumine concludatur, semper, ni fallor, in duos tomos divisum reperitur (*e*); quorum prior cum homilia xliv vel xlv, interdum xlii clauditur. Utraque autem pars pro integro codice in Catalogis habetur; nec memini me operis exemplar videre, cujus prior pars cum posteriore forma et scriptura prorsus consentiret.

In priore Homiliarum parte adhibiti sunt sex codices, quorum ne unus quidem priorum editionum critico usui inserviit. Hi sunt :

A. Bibliothecæ coll. Trin. Cantab.. B. 8 4, *in quarto*, membranaceus, sæculi xii aut xiii. Continet homilias xliv priores. Primi folii pars detrita est; cæteroquin codex integerrimus est. Venit in bibliothecam cum multis aliis codicibus Græcis, quos a cœnobio τοῦ Παντοχράτορος in monte Atho in Angliam anno 1727 invectos pretio comparavit et postea collegio legavit Ricardus Bentleius, societatis nostræ grande decus et flagellum. Librum integrum accurate contuli.

B. Bibliothecæ coll. Emman. Cantab. I. 1, 12 et 13, in *folio*, membranaceus, sæculo xi, grandi et pulchro charactere, sed ab imperito scriba descriptus. Unus liber est, in duo volumina a compactore distractus. Codicis quod reliquum est continet homilias xxxv priores, exceptis xxv-xxix, quæ nunquam in eo exstiterunt : nam homilia tricesima numero xxv notatur. Præterea temporis damno perierunt partes, quæ sequuntur. Ab initio operis ad p. 9 A. lin. 1. : a p. 49 B. lin. 1. ad p. 50 C.

(*a*) Matthæi *N. E.* p. 121 : « —Καρηβαρίαι Morel. καρηβαρεῖαι Montef.— Utinam neglectis manifestis vitiis editionum, codices diligentius tractasset. »

(*b*) Vide Adnot. ad pp. 80, 207, 355, 502.

(*c*) Vide Adnot. ad p. 263 et alibi. Matth. *N. E.* p. 215 :— « Commelin. et Morel. ἐπὶ ταῖς. Montef. — Hoc mihi mirabile est, quod, neglectis codicibus, editiones, quas quilibet inspicere potest, memorat. » Ibid. p. 233 : — « Morel. ἀγάλλεσθαι πλέον, ὅτι. Savil. ἀγάλλεσθαι πάλιν. Montef. — Quid vero hic et centum locis aliis codices ? Nihil, inquit. »

(*d*) Ed. Benedictina recusa est Venetiis anno 1755 et nuperrime Parisiis, editoris nomine celato. Hæc mihi est Ed. Bened. 2ª.

(*e*) Quinque codices, tres prioris partis, et duos posterioris, descripsit Montef. in *Biblioth. Coislin.* p. 129 sq. Sex prioris, et totidem posterioris, Mosquæ in bibliotheca SS. Synodi exstantes, descripsit Matthæi. *Nov. Test.* tom. IX, p. 205 sqq. Falsus est Catalogus mss. Biblioth. Reg. tom. II, p. 121, num. 662. « Ibi continentur S. Joannis Chrysostomi Homiliæ in Matthæum. Desiderantur decem priores. » Codicem inspexi, qui continet homilias vi ad xlv cum particula hom. v. Rursus sub num. 663 legitur : « Ibi continentur S. Joan. Chrys. Homiliæ in Matth. ab Hom. i ad lxxxix, cujus finis desideratur. » Imo, continentur homiliæ i ad xx, non integræ : deinde post xx absolutam incipit hom. lxxx, omissis interjacentibus.

lin. penult. : a p. 108 B. lin. 5. ad v. ὅπερ p. 109 C. lin. 5. : a p. 273 A. lin. 6. ad v. τοῦτο p. 274 A. lin. 3. : a p. 352 C. lin. 3. ad p. 353 B. lin. 5. a v. πόσῳ p. 355 A. lin. 5. ad p. 356 A. lin. 1. : postremo omnia post p. 401 B. lin. 8. Fuit olim medici eruditi Adami Askevii, a cujus filio, patri ὁμωνύμῳ, dono accepit præceptor ejus doctissimus Samuel Parr S. T. P. qui anno 1814 bibliothecæ sui et utriusque Askevii collegii librum donavit. Hunc codicem totum contuli : quod ut commodius facere possem, usum ejus per hos duo fere annos humanissime mihi concesserunt collegii magister et socii; quibus nunc publice gratias ago quam possum maximas.

C. Bibliothecæ Bodleianæ, Cromwell, 19, in *folio*, vel *quarto* majori, membranaceus, sæculi xi. Codex pulcherrimus et integerrimus, magnifico ornatu fulgens, continet homilias XLV priores. In exteriore duorum evangelistarii foliorum, quibus ad librum compingendum usus est artifex vetus, hæc leguntur : Ἠχμαλωτίσθη αὔτη ἡ βίβλος αὔτη (sic) ἡ κατὰ Ματθαῖον ἐκ τῶν ἀθέων βαρβάρων ὑπὸ τῆς μεγαλωνύμου πόλεως, νῦν δὲ δυστυχοῦς καὶ ἀθλίας, αἴ, αἴ· ὠνήθη δὲ παρ' ἐμοῦ Σκουτερίου Στεφάνου τοῦ Ἐλταμούρη ἐπὶ ἔτους ξα ( = A. D. 1453) δι' ἄσπρων σσ'. Θεὸς διδῴη ὅπως πάλιν ἐπανιστρέψειε, ἔνθα ἐξῆλθε, ὃν τρόπον αὐτὸς οισ..... χεῖρας Χριστιανῶν.

D. Ejusdem Bibliothecæ, Barocc. 198, in *quarto* majori, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias XLV priores. Deficit a p. 339 E. lin. 4 ad p. 340 E. lin. penult. Rursus a p. 361 D. lin. 7 ad p. 362 D. lin. 6. et a p. 421 A. lin. 3 ad p. 422 A. lin. 5. Præterea folia, quæ sequuntur, a manu recentiore suppleta sunt; videlicet a p. 122 A. lin. 4 ad p. 123 B. lin. penult. : a v. ἐγκαλῶν p. 467 D. lin. 6. ad v. ποιεῖν p. 468 D. lin. penult. : et a p. 474 E. lin. ult. ad p. 476 A. lin. 6.

E. Ejusdem bibliothecæ, Barocc. 233, in *folio*, membranaceus, sæculi xi. Codex integerrimus et optimæ notæ continet homilias XLV priores, nullo defectu.

Hos tres codices eum immensi pene laboris fuisset ad litteram excutere, trium aliorum a me accuratissime collatorum ratione habita, hoc modo tractavi : Collectis codicum Cantabrigiensium varietatibus, et in tabulas relatis, adjectis insuper lectionibus a Savilio et Montefalconio e suis codicibus notatis, ad singulos locos codicum Oxoniensium lectiones summa fide excerpsi. Præterea si forte alicubi difficultatis aut obscuritatis aliquid subesse videbatur, si quando veteris interpretis verba suspicionem movebant, postremo si quem locum aut priores editores, aut etiam ipse conjecturis tentaveram, his omnibus locis codices inspexi. Hunc laborem, dum Oxonii duobus fere abhinc annis diutius commorabar, suscepi : in quo exantlando tum celeberrimæ Academiæ liberalitatem, tum optimi bibliothecarii, Bulkeleii Bandinel S. T. P. humanitatem, satis admirari non potui. Postea sextum codicem nactus, unde plures melioris notæ lectiones ubertati meæ accesserunt, has quoque omnes aut per litteras aut repetitis itineribus, ad dictos tres codices exegi. Postremo dum textus excudebatur si quid dubitationis inciderat, promptam et strenuam mihi operam præstiterunt viri officiosissimi Henricus Woollcombe A. M. et Gulielmus Carolus Cotton A. M. Ædis Christi alumni.

F. Musei Britannici, Arundel. 543, in *folio*, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias priores XLIV, cum defectionibus, quas nunc declarabo. Ab initio operis ad p. 30 A. : a p. 44 B. lin. 3. ad p. 46 B. lin. 4. : a p. 59 B. lin. 8. ad v. ὥσπερ p. 61 A. lin. penult. : a p. 71 C. lin. penult. ad p. 73 B. lin. 6. : a p. 408 B. lin. 3. ad p. 409 D. lin. 7. Porro a recenti scriba suppleta sunt, quæ sequuntur : folium primum, usque ad p. 31 C. lin. penult. : aliud folium a p. 42 B. lin. ult. ad p. 44 B. lin. 3. : duo folia a p. 219. E. lin. 1. ad p. 222 C. lin. 2. : postremo octo folia a p. 273 D. lin. 6. ad p. 284 C. lin. 8. Codicem bonæ quidem frugi, sed negligentissime scriptum ad verbum contuli.

In posteriore operis parte, cum domestici libri pauciores reperti sint, ad Parisinorum opem confugiendum erat : quo facto quinque codices numerandi sunt.

G. Bibliothecæ coll. Trin. Cant. B. 9. 12, in *folio*, membranaceus, sæculi xi. Continet homilias XLV ad XC. Ultimum folium deest : totus liber ex humore, ut videtur, detrimentum accepit. Porro ipse scriba, dum præpropere festinat, plura ob homœoteleuton præterlapsus est. Codex bibliothecæ accessit tempore et modo supra memoratis. Ad hunc librum pene transcriptus esse videtur Barocc. 189, bombycinus, quem hic illic tractavi.

H. Bibliothecæ Regiæ Parisiensis Mazarinæus, hodie 687, olim 1941 et 2401, in *folio*, membranaceus, sæculi, ut videtur, xi : codex elegans, et diligenter scriptus. Continet homilias XLVI—XC integerrimas; sed omnia post p. 837 D. manu recentiore scripta sunt. Ad calcem subjicitur oratio Joannis Geometræ, cui titulus : Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου λόγος προσφωνητικὸς ἢ χαριστήριος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Πάτερ, εὐλόγησον. Oratio sic incipit : Χαίρετε. Τοῦτό μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τοῦ λόγου προοίμιον, χαίρετε. Codicem, si partem recentiorem excipias, diligenter contuli.

K. Ejusdem bibliothecæ, hodie 695, olim 1939 et 2425, in *folio*, membranaceus, sæculi xi : codex pulcherrimus, et accurate descriptus. Continet homilias XLVI ad XC, uno folio excepto integras. Vid. var. lect. ad p. 481 B. Totum contuli.

L. Ejusdem bibliothecæ, hodie 685, olim 1934-4 et Colb. 400 : in *folio*, membranaceus, sæculi x. Codicis quod superstes est, incipit in hom. XLVII, p. 489 A. ; desinit in hom. LXXXIX, p. 836 C. Plures habet lacunas, quas in var. lect. indicavi. Hunc codicem a se collatum esse testatur Montefalconius, quam vere, post meos labores Lector propria inspectione doceri potest. Hic tantum monebo, nonnullas lectiones, partim singulares, partim vitiosas, a Benedictinis ex hoc codice excerptas, cum

neque sua bonitate, neque aliorum subsidiorum testimonio commendarentur, a me silentio præteritas esse. Quod reliquum est, codicem ad verbum quidem non contuli; sed post alios quatuor a me accurate collatos ita excussi, ut vix ullam varietatem, quæ vel levissimum ad textum purgandum momentum haberet, aciem meam fugisse credam.

Præter dictos tres libros, quos ex duodecim ad minimum ejusdem bibliothecæ codicibus examinatione habita delegi, alios quoque in locis difficilioribus inspexi, de quibus in adnotationibus monitum est. Horum unius, Reg. 688, de quo paulo post dicturus sum, lectiones selectas in marginem retuli. Quod superest, nunquam obliviscar, quantum debeam humanitati viri laudatissimi, libris bibliothecæ Regiæ mss. jure optimo præpositi, Caroli Benedicti Hase; cujus eruditio profecto non ea est, quæ hominis novi atque ignoti præconio indigeat.

M. Bibliothecæ coll. Emman. Cantab. I. 1. 14 et 15, in *folio*, membranaceus, sæculi XI aut XII, in duos tomos a bibliopego divisus. Incipit in hom. XLVIII, p. 486 E. Præter multa folia in initio et fine desiderata, alias lacunas habet, quas in var. lect. diligenter indicavimus. In parte operis, quæ a p. 681 D. ad p. 713 D. extendit, cum cod. L. amice conspirat; cæteroquin ad cod. G. proxime accedit. Quæ autem de possessoribus codicis B. dicta sunt, ad hunc quoque cod. pertinent. Integrum contuli.

Horum nonnullis versus finem operis deficientibus, in ultima homilia duo sequentes in subsidium vocati sunt.

N. Bibliothecæ viri litteratissimi Thomæ Phillipps, baronnetti, num. 1436, in *folio*, membranaceus, sæculi, ut videtur, XII; nitide sed parum diligenter scriptus, et interpolationibus scatens. Continet homilias tantum XXXVII posteriores, sed et initio et fine integerrimus est. Ergo totum opus in *tres* partes a descriptore divisum est, quod alibi factum non vidi. Hic codex ad eamdem cum cod. L. familiam pertinere videtur.

P. Regius 688, olim Medicæus, in *folio*, membranaceus, sæculi XI. Continet homilias XLIII ad XC integras. Codex ejusdem cum *quinto* Savilii recensionis est: itaque cum textu Saviliano innumeris locis, repugnantibus universis, concordat. Exempla in var. lect. passim allata sunt. Cæterum hanc recensionem a *correctore* quodam profectam esse nullus dubito.

Codices *Mosquenses*, qui in locis Evangelii constituendis laudantur, sunt utriusque partis sex, quorum lectiones Matthæius pro variis N. T. lectionibus attulit (*a*).

Præter Chrysostomi codices præsto mihi fuit Epitome quædam totius operis, ita concinnata, ut, ethicis omissis, ea quæ ad Evangelii expositionem pertineant, contractiora quidem, sed ipsa Chrysostomi verba maximam partem referentia, auctor excerpserit. Hujus operis descriptio exstat apud Matthæi. *N. T.* tom. IX, p. 219: necnon in Catalogo mss. bibl. Reg. sub numeris 701, 702, 703. Præter Chrysostomum uno et fortasse altero loco laudatur ὁ Πηλουσιώτης. Cum auctor incertus sit, *Epitomatoris* (Ep.) nomine opus indicavimus.

Ep. Contuli exemplar, quod in bibliotheca coll. Trin. Cant. B. 7. 1. exstat, in *quarto* minori, membranaceum, sæculo, ni fallor, X ineunte nitidissime et diligentissime scriptum. Indicem habet: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. Folio primo verso legitur, Βιβλίον μόνης τοῦ Παντοκράτορος. Continet præterea 1. Eusebii et Isidori opuscula quædam, a Matthæio l. 1. recensita. 2. Epitomen Nostri Homiliarum in Joannem, eodem modo adornatam. 3. Expositionem in Lucam, quæ Tito Bostrensi vulgo tribuitur, a Peltano edita, et postea a Ducæo in *Auctario Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1624, tom. II. p. 702. Posterioris operis pars magna intercidit.

Chrysostomi *Flores*, sive Excerpta moralia ex omnimodis operibus ejus deprompta et in 31 capita, *De prece*, *De pœnitentia*, etc., digesta, *ex pervetusto ms. codice Moguntiæ invento* descripsit et cum Latina interpretatione edidit Balthasar Etzelius, Mogunt. 1603 (*b*). Hujus centonis usus criticus etiam Savilio suboluit in notis p. 920. « Non sum nescius plurima in his Eclogis emendari posse e fontibus, si quis venas omnes perscrutetur; quin et *fontes ipsos ex his rivulis nonnunquam purgari posse* (*c*). » Opus ineptissimum legi relegique; locorumque,

(*a*) Vide Adnot. ad p. 489.

(*b*) Etzelii opus a Morello religiosissime expressum, securus repræsentavit Montefalconius in tomo suo XII, neglecto tum codice Coislin., tantopere a se prædicato, tum exemplari Saviliano e tribus codd. Anglicanis multo castigatius adornato. Vide quæ dixi in Adnot. p. 83 *not.*

(*c*) Fas sit mihi insigne exemplum ex Homilia XXVIII in Epist. I ad Corinth. (tom. X, p. 255) apponere. Locus in omnibus edd., etiam in Ben. 2ª, cujus curatores Regios 739 et 740 a se *in subsidium vocatos esse* prædicant, sic legitur: εἰ γὰρ δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθῆναι ἑτέρου, *καὶ ποιήσαιμι τοῦτο*. Corrige ex Flor. p. 317, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο. Porro genuinam scripturam in Regiis modo dictis diserte legi, oculatus testis adsum.

quæ ex Homiliis in Matthæum excerpta sunt, omnium, ni fallor, sedibus indagatis, lectiones nec paucas nec contemnendas, non sine magno labore nactus sum.

Theophylacti Commentarius in Matthæum, hujus operis in gratiam a nobis excussus, nonnihil subsidii attulit.

Majore, imo maximo cum fructu, contulimus Euthymii Zigabeni opus, quod magnam partem ex Chrysostomi commentariis, verbis paululum mutatis, decerptum esse, omnibus notum est. Hujus operis editio Latina a Joanne Hentenio confecta, inde ab anno 1544 exstitit : Græcus autem textus primum a Matthæio anno 1792 ex duobus codd. Mosqq. publici juris factus, nunc tandem ad ipsos fontes purgandos a nobis adhibitus est.

Quæstionem de Aniano, vetere harum Homiliarum interprete, pluribus tractavit Montefalconius in Præfatione, sect. V : quæ nunc repetere non vacat. Hujus versionis Latinæ, sæculo V confectæ, pars minima, quæ scilicet octo priores homilias continet, hodie in editis comparet : totum vero librum ab eo conversum esse, imo integram ejus versionem ad hunc diem in bibliothecarum latebris delitescere posse, probabilibus argumentis docuit Montefalconius (*a*).

Homilias omnes a nona ad ultimam Latine vertisse vulgo creditur Georgius Trapezuntius : quod tamen non omni ex parte verum esse docui in Adnot. ad p. 838. Utrumque interpretem post Boisium et Savilium denuo ad dissensiones codicum dijudicandas advocavi ; adhibita tamen summa cautione, ne ex solutis verbosisque, interdum etiam falsis interpretum conversionibus, novas lectiones comminiscerer. Exemplari autem usus sum, quod in tomo secundo editionis Chrysostomi, Parisiis anno 1580 Latine excusæ, exstat ; ubi ad calcem hom. XCI hæc leguntur : *Divi Joannis Chrysostomi Homiliarum XCI in Matthæum finis, per* Philipp. Montanum *recognitarum ad exemplaria Græca duo vetustissima, quæ nobis suppeditaverat Regia apud Bellæ-Aquæ fontem bibliotheca.* Scilicet textu Latino integro servato, Montanus emendationes suas non ita multas in margine illevit.

*Versionis Armenæ* harum Homiliarum notitiam debeo viris eruditis, Benedictinæ repetitæ editoribus ; qui in Corollario ad Montefalconii Præfationem hæc scripserunt : « Versionem Armenam sæculo V confectam S. Joannis Chrysostomi Commentariorum in S. Matthæi Evangelium typis vulgaverunt, duobus voluminibus in *octavo*, Mechitaristæ Revv. Patres Armeni in insula S. Lazari, Venetiis, anno 1826, nullis additis notis Latinis, et sine translatione ulla : ita ut nobis, Armenæ linguæ ignaris, hoc libro uti non concessum fuerit. » Librum statim comparavi, et pro mea istius linguæ scientia, quæ perquam exigua est, magna cum voluptate evolvi. Continet homilias LIII priores. Interpres Græca probe intellexit, terse ac fideliter expressit ; interdum unus omnium verum vidit (*b*). Quantum vero utilitatis ad genuinum Nostri aurum e sordibus eruendum inde perceperimus, pro se quisque ipso opere inspecto judicare poterit (*b*).

Quod superest, merces meas sane locupletissimas quomodo in chartis explicuerim, breviter exponendum est. Itaque varias lectiones, ne operis per se crassioris moles supra modum excurreret, cum delectu notandas duxi. In quo adhibendo, accidit mihi, quod omnibus, credo, qui ad rem criticam tractandam paulo rudiores accesserint, ut ineunte opere nonnulla prætermitterem, quæ postea experientia doctus nullo modo contemnenda esse vidi. Hinc factum est, ut altera pars Homiliarum uberiorem variantium lectionum segetem jactare videatur ; cui tamen inæqualitati, multis, quæ prius omiseram, in adnotationes relatis, remedii aliquid allatum est. Præterea si forte lectiones Oxonienses serius advenerant, quam ut suo quæque loco notarentur, de his quoque in adnotationibus sedulo monitum est.

In variis lectionibus digerendis has fere regulas secutus sum :

I. Codices, qui non memorantur, nisi forte lacuna exstet, cum textu nostro consentiunt.

(*a*) Huc pertinere videtur exemplum in Adnot. ad p. 634 allatum. Adde Petav. ad Synes. notæ p. 37. « Non minus falsus est idem Scaliger, dum ex Aniano, veteri Chrysostomi interprete, conjectatur πρυτανεῖα sumpsisse Chrysostomum pro *sportula in Prytaneo*. Verum neque apud Anianum, neque apud Chrysost. ista leguntur. Hujus verba sunt (p. 12), οὐδὲ ἡ ἐν πρυτανείῳ σίτησις. Anianus vero ita reddit, *nec publice in Prytaneo apparata convivia*. Sic ille : nec vulgo exstat, *nec in Prytaneo sportula*. »

(*b*) Vide Adnot. ad pp. 89, 216, 431.

(*c*) Vide in primis Adnot. ad pp. 115, 117, 147.

neque sua bonitate, neque aliorum subsidiorum testimonio commendarentur, a me silentio præteritas esse. Quod reliquum est, codicem ad verbum quidem non contuli; sed post alios quatuor a me accurate collatos ita excussi, ut vix ullam varietatem, quæ vel levissimum ad textum purgandum momentum haberet, aciem meam fugisse credam.

Præter dictos tres libros, quos ex duodecim ad minimum ejusdem bibliothecæ codicibus examinatione habita delegi, alios quoque in locis difficilioribus inspexi, de quibus in adnotationibus monitum est. Horum unius, Reg. 688, de quo paulo post dicturus sum, lectiones selectas in marginem retuli. Quod superest, nunquam obliviscar, quantum debeam humanitati viri laudatissimi, libris bibliothecæ Regiæ mss. jure optimo præpositi, Caroli Benedicti Hase; cujus eruditio profecto non ea est, quæ hominis novi atque ignoti præconio indigeat.

M. Bibliothecæ coll. Emman. Cantab. I. 1. 14 et 15, in *folio*, membranaceus, sæculi XI aut XII, in duos tomos a bibliopego divisus. Incipit in hom. XLVIII, p. 486 E. Præter multa folia in initio et fine desiderata, alias lacunas habet, quas in var. lect. diligenter indicavimus. In parte operis, quæ a p. 681 D. ad p. 713 D. extendit, cum cod. L. amice conspirat; cæteroquin ad cod. G. proxime accedit. Quæ autem de possessoribus codicis B. dicta sunt, ad hunc quoque cod. pertinent. Integrum contuli.

Horum nonnullis versus finem operis deficientibus, in ultima homilia duo sequentes in subsidium vocati sunt.

N. Bibliothecæ viri litteratissimi Thomæ Phillipps, baronnetti, num. 1436, in *folio*, membranaceus, sæculi, ut videtur, XII; nitide sed parum diligenter scriptus, et interpolationibus scatens. Continet homilias tantum XXXVII posteriores, sed et initio et fine integerrimus est. Ergo totum opus in *tres* partes a descriptore divisum est, quod alibi factum non vidi. Hic codex ad eamdem cum cod. L. familiam pertinere videtur.

P. Regius 688, olim Medicæus, in *folio*, membranaceus, sæculi XI. Continet homilias XLIII ad XC integras. Codex ejusdem cum *quinto* Savilii recensionis est: itaque cum textu Saviliano innumeris locis, repugnantibus universis, concordat. Exempla in var. lect. passim allata sunt. Cæterum hanc recensionem a *correctore* quodam profectam esse nullus dubito.

Codices *Mosquenses*, qui in locis Evangelii constituendis laudantur, sunt utriusque partis sex, quorum lectiones Matthæius pro variis N. T. lectionibus attulit (*a*).

Præter Chrysostomi codices præsto mihi fuit Epitome quædam totius operis, ita concinnata, ut, ethicis omissis, ea quæ ad Evangelii expositionem pertineant, contractiora quidem, sed ipsa Chrysostomi verba maximam partem referentia, auctor excerpserit. Hujus operis descriptio exstat apud Matthæi. *N. T.* tom. IX, p. 219: necnon in Catalogo mss. bibl. Reg. sub numeris 701, 702, 703. Præter Chrysostomum uno et fortasse altero loco laudatur ὁ Πηλουσιώτης. Cum auctor incertus sit, *Epitomatoris* (Ep.) nomine opus indicavimus.

Ep. Contuli exemplar, quod in bibliotheca coll. Trin. Cant. B. 7. 1. exstat, in *quarto* minori, membranaceum, sæculo, ni fallor, X ineunte nitidissime et diligentissime scriptum. Indicem habet: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. Folio primo verso legitur, Βιβλίον μόνης τοῦ Παντοκράτορος. Continet præterea 1. Eusebii et Isidori opuscula quædam, a Matthæio l. 1. recensita. 2. Epitomen Nostri Homiliarum in Joannem, eodem modo adornatam. 3. Expositionem in Lucam, quæ Tito Bostrensi vulgo tribuitur, a Peltano edita, et postea a Ducæo in *Auctario Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1624, tom. II, p. 702. Posterioris operis pars magna intercidit.

Chrysostomi *Flores*, sive Excerpta moralia ex omnimodis operibus ejus deprompta et in 31 capita, *De prece*, *De pœnitentia*, etc., digesta, *ex pervetusto ms. codice Moguntiæ invento* descripsit et cum Latina interpretatione edidit Balthasar Etzelius, Mogunt. 1603 (*b*). Hujus centonis usus criticus etiam Savilio suboluit in notis p. 920. « Non sum nescius plurima in his Eclogis emendari posse e fontibus, si quis venas omnes perscrutetur; quin et *fontes ipsos ex his rivulis nonnunquam purgari posse* (*c*). » Opus ineptissimum legi relegique; locorumque,

(*a*) Vide Adnot. ad p. 489.

(*b*) Etzelii opus a Morello religiosissime expressum, securus repræsentavit Montefalconius in tomo suo XII, neglecto tum codice Coislin., tantopere a se prædicato, tum exemplari Saviliano e tribus codd. Anglicanis multo castigatius adornato. Vide quæ dixi in Adnot. p. 83 *not.*

(*c*) Fas sit mihi insigne exemplum ex Homilia XXVIII in Epist. I ad Corinth. (tom. X, p. 255) apponere. Locus in omnibus edd., etiam in Ben. 2ª, cujus curatores Regios 739 et 740 a se *in subsidium vocatos esse* prædicant, sic legitur: εἰ γὰρ δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθῆναι ἑτέρου, *καὶ ποιήσαιμι τοῦτο*. Corrige ex Flor. p. 317, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο. Porro genuinam scripturam in Regiis modo dictis diserte legi, oculatus testis adsum.

quæ ex Homiliis in Matthæum excerpta sunt, omnium, ni fallor, sedibus indagatis, lectiones nec paucas nec contemnendas, non sine magno labore nactus sum.

Theophylacti Commentarius in Matthæum, hujus operis in gratiam a nobis excussus, nonnihil subsidii attulit.

Majore, imo maximo cum fructu, contulimus Euthymii Zigabeni opus, quod magnam partem ex Chrysostomi commentariis, verbis paululum mutatis, decerptum esse, omnibus notum est. Hujus operis editio Latina a Joanne Hentenio confecta, inde ab anno 1544 exstitit : Græcus autem textus primum a Matthæio anno 1792 ex duobus codd. Mosqq. publici juris factus, nunc tandem ad ipsos fontes purgandos a nobis adhibitus est.

Quæstionem de Aniano, vetere harum Homiliarum interprete, pluribus tractavit Montefalconius in Præfatione, sect. v : quæ nunc repetere non vacat. Hujus versionis Latinæ, sæculo v confectæ, pars minima, quæ scilicet octo priores homilias continet, hodie in editis comparet : totum vero librum ab eo conversum esse, imo integram ejus versionem ad hunc diem in bibliothecarum latebris delitescere posse, probabilibus argumentis docuit Montefalconius (*a*).

Homilias omnes a nona ad ultimam Latine vertisse vulgo creditur Georgius Trapezuntius : quod tamen non omni ex parte verum esse docui in Adnot. ad p. 838. Utrumque interpretem post Boisium et Savilium denuo ad dissensiones codicum dijudicandas advocavi; adhibita tamen summa cautione, ne ex solutis verbosisque, interdum etiam falsis interpretum conversionibus, novas lectiones comminiscerer. Exemplari autem usus sum, quod in tomo secundo editionis Chrysostomi, Parisiis anno 1580 Latine excusæ, exstat; ubi ad calcem hom. XCI hæc leguntur : *Divi Joannis Chrysostomi Homiliarum XCI in Matthæum finis, per* Philipp. Montanum *recognitarum ad exemplaria Græca duo vetustissima, quæ nobis suppeditaverat Regia apud Bellæ-Aquæ fontem bibliotheca.* Scilicet textu Latino integro servato, Montanus emendationes suas non ita multas in margine illevit.

*Versionis Armenæ* harum Homiliarum notitiam debeo viris eruditis, Benedictinæ repetitæ editoribus; qui in Corollario ad Montefalconii Præfationem hæc scripserunt : « Versionem Armenam sæculo v confectam S. Joannis Chrysostomi Commentariorum in S. Matthæi Evangelium typis vulgaverunt, duobus voluminibus in *octavo*, Mechitaristæ Revv. Patres Armeni in insula S. Lazari, Venetiis, anno 1826, nullis additis notis Latinis, et sine translatione ulla : ita ut nobis, Armenæ linguæ ignaris, hoc libro uti non concessum fuerit. » Librum statim comparavi, et pro mea istius linguæ scientia, quæ perquam exigua est, magna cum voluptate evolvi. Continet homilias LIII priores. Interpres Græca probe intellexit, terse ac fideliter expressit; interdum unus omnium verum vidit (*b*). Quantum vero utilitatis ad genuinum Nostri aurum e sordibus eruendum inde perceperimus, pro se quisque ipso opere inspecto judicare poterit (*b*).

Quod superest, merces meas sane locupletissimas quomodo in chartis explicuerim, breviter exponendum est. Itaque varias lectiones, ne operis per se crassioris moles supra modum excurreret, cum delectu notandas duxi. In quo adhibendo, accidit mihi, quod omnibus, credo, qui ad rem criticam tractandam paulo rudiores accesserint, ut ineunte opere nonnulla prætermitterem, quæ postea experientia doctus nullo modo contemnenda esse vidi. Hinc factum est, ut altera pars Homiliarum uberiorem variantium lectionum segetem jactare videatur; cui tamen inæqualitati, multis, quæ prius omiseram, in adnotationes relatis, remedii aliquid allatum est. Præterea si forte lectiones Oxonienses serius advenerant, quam ut suo quæque loco notarentur, de his quoque in adnotationibus sedulo monitum est.

In variis lectionibus digerendis has fere regulas secutus sum :

I. Codices, qui non memorantur, nisi forte lacuna exstet, cum textu nostro consentiunt.

(*a*) Huc pertinere videtur exemplum in Adnot. ad p. 634 allatum. Adde Petav. ad Synes. notæ p. 37. « Non minus falsus est idem Scaliger, dum ex Aniano, veteri Chrysostomi interprete, conjectatur πρυτανεῖα sumpsisse Chrysostomum pro *sportula in Prytaneo*. Verum neque apud Anianum, neque apud Chrysost. ista leguntur. Hujus verba sunt (p. 12), οὐδὲ ἡ ἐν πρυτανείῳ σίτησις. Anianus vero ita reddit, *nec publice in Prytaneo apparata convivia*. Sic ille : nec vulgo exstat, *nec in Prytaneo sportula.* »

(*b*) Vide Adnot. ad pp. 89, 216, 431.

(*c*) Vide in primis Adnot. ad pp. 115, 117, 147.

*tates et Ecclesias everterunt. Neque a lacrymis abstinere possum, cum primos consessus audio et salutationes, et cogito quanta hinc mala Ecclesiis pariantur. Quæ jam vobis recenseri opus non est : seniores quippe id a nobis ediscere non debent.* Hæc an de Meletii dissidio cum Paulino et Evagrio intelligi debeant, non satis perspectum habeo; calculum ferant eruditi. Malim conjecturam sequi meam, ex silentio de juramentis petitam. Nam, ut supra dicebam, annis 386, 387, 388, Antiochenos de jurandi consuetudine perpetuo insectabatur Chrysostomus, qui fere nihil hic de juramentis habet in tanto homiliarum decursu. Quam conjecturam firmat alia fortasse major. Annis quippe 386, 387, 388, tantum homiliarum concionumque numerum habuit Chrysostomus, tum quæ hactenus supersunt editæque fuerunt, tum quæ ab ipso memorantur, et temporum injuria perierunt, ut nullo modo potuerit hisce annis, nec fortasse sequenti, Matthæo explanando incumbere. Nam præter Homilias illas viginti duas ad populum Antiochenum, sexaginta septem in Genesim, sex septemve de Incomprehensibili, totidem contra Judæos, novem in Principium Actorum et de Mutatione nominum ; tot alias hisce tribus annis habuit conciones, vix ut intelligatur quomodo hoc decursu temporis toties potuerit concionari , nedum credatur iisdem ipsis annis Matthæo explanando publicam operam dedisse.

§ II. — *Quo interpretandi et explanandi genere Chrysostomus has homilias concinnaverit.*

Non concionatorem modo, sed etiam interpretem agit Chrysostomus. Sicubi enim series verborum Evangelii, quam explanationi suæ præmittere solet sanctus doctor, aliquam præ se ferre videtur difficultatem circa tempus, vel occasionem rerum gestarum, aut circa evangelistarum eadem ipsa narrantium dicendi inter se varietatem, ea ille omnia sagaciter excutere solet. Temporum rationem observat et explorat, occasionem vel editi signi et miraculi, vel gestæ rei diligenter scrutatur ; diversorum sententias circa res obscure plerumque significatas affert et examinat; si confutandæ sint, id mira exsequitur dexteritate atque ingenii acrimonia. Si qua vero inter evangelistas in narrando discrepantia esse statim videatur, id ille pro virili excutit, ostenditque illam, quæ verbo tenus esse videtur, dissonantiam, nullam revera esse; indeque procedere, quod vel alter evangelista secundum aliam rei faciem id quod factum est referat; uti solet accidere, cum ex diversis spectatoribus eamdem rem intuentibus alius aliud apprehendit; vel quod etiam diversi evangelistæ diversa signa et miracula narrent. Id quod admodum probabile, imo certum esse deprehenditur. Omnes quippe evangelistæ, postquam signa quædam specialim recensuerunt, addere solent identidem, multa alia signa fecisse Jesum : adjiciuntque non semel, illa tanto esse numero, ut non possint recenseri. Ecquid mirum si in tanta signorum miraculorumque sylva alius aliud describere sit aggressus? Hinc vero miram Dei hac in re providentiam declarari contendit Chrysostomus : nam si quatuor evangelistæ res easdem eodem prorsus modo recensuissent; si singuli eadem ipsa, quæ priores narraverant, sine aliquo discrimine, sine additamento retulissent : id de industria et consulto factum esse visum fuisset. At nunc cum evangelistæ non res ut ab aliis jam descriptæ, sed ut vel ab se visæ fuerant, vel a fide dignis testibus receperant, enarrent, fidem omnino merentur. Siquidem quatuor sunt testes veraces, qui si a prioribus jam dicta referrent tantum, pro uno censeri deberent.

Ad hæc vero Scripturæ literam, si quid præ se ferat difficultatis, explicat ille, et quidem recte appositeque : ita ut si quis et literam et sensum atque *moralem* disciplinam recte callere velit, is Chrysostomi Homilias in Matthæum adeat ; ibique fere omnia reperiet, quæ sunt veterum monumentis testata consignataque. In omnibus homiliis moralia præcepta gravesque admonitiones extremam semper concionis partem occupant. Ibi ille subditi sibi populi vitia recenset, illumque ad virtutem capessendam acuit.

Divites sæpe carpit eos, qui intemperantius suis opibus utebantur, quique parasitorum agmine cincti, gulæ et ebrietati dabant quotidie operam. Illos autem præcipue insectatur, qui ex male partis et ex rapina opes parabant. In hoc genus hominum præsertim invehitur, nullasque non adhibet minas atque terrores, gehennam ignemque æternum intentans : qua nulla potest esse fortior contra vitium et concupiscentiam disciplina. Hac arte illicitis voluptatibus deditos frangebat ac perterrefaciebat, ita ut præsentes contriti cordis signa darent. At semel foribus egressi, inquit, prisca repetebant : nam, ut ait ille, timor non diuturni magister est officii, et malus diuturnitatis custos est metus, nisi intercedant amor et affectus. Divitias autem juste partas in tuto loco, in cælo nempe, per manus pauperum reponendas esse perpetuo decantat. Largitiones vero ex rapina vel ex usura factas, ceu munus abominabile, respuit. Innuit porro ex frequentibus monitis, multos tunc Antiochiæ fuisse, qui pauperes spoliando, facultates augerent.

Fastus, vanæ gloriæ, arrogantiæque censor perpetuus, illos exagitat qui splendidas struerent ædes, supellectilem nimiam congererent, currus ornarent auro argentoque, et sequacium famulorum turmas sibi compararent. In mulierum quoque luxum frequenter invehitur ; fucum et pigmenta, queis genas et labia venustatis causa inficiebant, παθητικῶς describit, cultumque talem ut risu dignum traducit. Simulque deplorat juvenum lasciviam, illicitos amores, fastum etiam, quem ad usque calceorum formam ridicule extendebant. Rixas inimicitiasque proscribit, ut instituto Christiano ex diametro oppositas ; amoremque fraternum commendat, ut Christi servorum tesseram.

Histrionicam et theatralia spectacula perpetuo carpit, damnat et proscribit, et jure quidem :

nam impudicissima tunc scena erat, spurcissimi actores, et impudentissimæ mulieres quæ ad histrionicam adhibebantur; ita ut nudæ comparerent in omnium conspectu, nudæ natarent in piscinis aquariis ad eam rem compositis : qua peste quæ poterat esse major, quæ capitalior? Si scena quævis nonnisi cum periculo potest adiri, ecquod illud erat periculum, cum sub oculis omnium tam obscœnæ res offerebantur?

Sic ille vitia omnia diligenter eliminanda, virtutem studiose amplectendam docet, castitatem, amorem fraternum, injuriarum oblivionem, patientiam in adversis. Eleemosynam vero non in hisce tantum in Matthæum homiliis, sed etiam in aliis passim operibus commendat et laudat : atque fatuas virgines ideo ex thalamo nuptiali exclusas fuisse ait, quod eleemosynæ operam non dedissent.

Quodque summopere observandum, et virtutem in genere, et virtutes speciatim quaslibet, philosophiæ nomine passim celebrat : id quod etiam in aliis ejus operibus observatur. Sic col. 83, de beatæ Virginis sponso Josepho dicit: *Hic itaque multam Joseph ostendit philosophiam, neque enim accusavit illam, neque exprobravit illi, sed dimittere tantum cogitabat*; et col. 228, in illud, *Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam : Hoc est*, inquit, *virtutis causa, pro aliorum defensione, pro pietate. Justitiam enim solet semper vocare totam animæ philosophiam:* et col. 230, ait in nova quam in veteri lege majorem esse philosophiam sive virtutem, et col. 273, dicit Christum nos in philosophiam induxisse; ita sexcentis in locis philosophiam pro virtute adhibet.

## § III. — *Miscellaneæ observationes ad Commentarios in Matthæum.*

Observandum est hunc Homiliarum librum a Theodoreto laudari in Dialogo 2, quem inscribit, Ἀσύγχυτος, ubi ejus locum affert T. 4, p. 105 : *Ac quemadmodum si quis stans, medio in spatio duorum a se invicem distantium, ambabus utrinque manibus extensis, arreptos conjunxerit : ita etiam fecit ipse, Vetus Testamentum Novo, divinam naturam nostræ, sua nostris conjungens.* Qui etiam locus affertur in Actis Concilii Chalcedonensis, T. 4, p. 831. Hic vero locus habetur in Homilia 2, col. 46.

Facundus Hermianensis lib. 3, p. 113 Editionis ipsius Sirmondi anno 1629, hunc affert locum : *Quid autem hinc etiam condiscipulus prædicti Mopsuesteni Theodori Joannes Constantinopolitanus dixerit advertamus : qui exponens eumdem locum Evangelii secundum Matthæum, sic ait : Ipse quidem intentius orat, ne videatur simulatio esse negotium : et sudores defluunt propter eamdem iterum causam; et ne hoc dicant hæretici, quoniam simulabat agoniam: ideo et sudores sicut guttæ sanguinis, et angelus confortans eum apparuit, et mille timoris argumenta. Et ne quis dicat verborum esse figmentum : propterea et oratio. Et dicere quidem,* Si possibile est, transeat, *ostendit humanitatem; dicere vero,* Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, *ostendit quomodo per virtutis studium et patientiam doceamur, et retrahente nos natura, subsequi Deum.* Hic locus est in Homilia 83, alias 84.

Ait Chrysostomus Homil. 17, col. 256, de illis agens qui coitum in animo fingunt, quos jam mœchatos esse Christus pronuntiavit : *Quid igitur dixerint ii qui secum habitantes habent virgines? Etenim secundum hanc legem, sexcentis rei fuerint fornicationibus, quotidie illas cum concupiscentia intuentes.* In primo autem Tomo opuscula duo habentur, quorum primum est adversus viros qui virgines secum habitantes haberent, col. 543; secundum vero, col. 561, hunc habet titulum : *Quod canonicæ sive regulares virgines cum viris habitare non debeant.* Per canonicas, ut puto, virgines (nam de virginibus hic agitur), illas intelligit, quæ virginitatem publice profitebantur, quæque virginum statum et ordinem in Ecclesia tenebant. Hæc autem duo opuscula Constantinopoli edidit, teste Palladio, qui cum Chrysostomo vixit, ejusque vitam scripsit. In hoc porro Homiliæ 17 loco discimus, id etiam Antiochiæ in usu fuisse; neque enim Chrysostomus id allaturus erat, nisi mali hujusce labes etiam Antiochiam invasisset.

Rem omnino singularem affert Chrysostomus Homilia 66, col. 630, licet in computatione sua non sit admodum accuratus. Queritur porro Antiochenos in eleemosynarum largitione nimis parcos esse. *Quod enim parce seminemus, si placeat, exploremus : utrum nempe plures sint in civitate pauperes quam divites, et quinam nec pauperes nec divites sint, sed medium locum tenentes. Decima pars civium divites, decima pars pauperes, qui nihil habent; reliqui vero sunt in medio loco positi. Dividamus ergo per egenorum numerum totam urbis multitudinem, et quantum sit dedecus videbitis. Nam admodum divites pauci sunt; qui hos sequuntur plurimi : rursum pauperes longe his pauciores sunt. Attamen cum tot sint, qui esurientes alere possint, multi sunt qui esurientes lectum petant : non quod non valeant opulenti illis facile necessaria subministrare; sed quia admodum duri inhumanique sunt. Nam si divites, et ii qui facultatibus mediocriter pollent, inter se dividant eos, qui pane et vestibus egent, vix quinquaginta vel centum viris pauper unus alendus reperietur. Attamen in tanta copia eorum, qui necessaria subministrare possunt, quotidie pauperes egestatem suam deplorant. Et ut discas illorum immanitatem : Ecclesia unius admodum divitis, et unius mediocris fortunæ reditum habet : et cogites velim quot viduas, quot virgines alat quotidie : earum certe catalogus ad ter mille pertingit. Ad hæc etiam, in carcere vinctos, in xenodochio ægros, alios bene valentes, membris mutilos, altari assidentes alimenti vestisque causa, aliosque casu accedentes, fovet quotidie : neque tamen ejus facultates imminutæ sunt. Itaque si decem viri tantum paria subministrare vellent, nullus foret pauper.* Certe ingentes fuisse oportet Antiochenæ Ecclesiæ facultates, quæ præter quotidianos Ecclesiæ ejusque ministrorum sumptus, posset tot viduis et virginibus, quæ ad ter mille per-

tingebant, prætereaque tot viris, ægris, mutilis, mendicis, peregrinis victum et vestitum suppeditare. Quodque magis stupendum videatur, illi admodum divites, qui numero decimam urbis partem constituebant, ita opibus circumfluebant, ut si cuique eorum unus ex mediocris fortunæ viris adjungeretur, possent ambo tantum, quantum Ecclesia ipsa, onus sustinere. Opulentam certe civitatem, et cui par vix reperiatur : ubi decima pars civium possent singuli, adjuncto sibi mediocris facultatis viro, quatuor millibus circiter egenis quotidianum victum et vestitum subministrare.

Anomœorum impietatem sæpe oppugnat et insectatur Chrysostomus per totas in Matthæum homilias, in iis præcipue Evangelii locis, quæ Anomœi ad suam tuendam hæresim usurpabant. Sed, quod fortasse miretur quispiam, sæpius in Manichæos invehitur, qui dicebant duo esse rerum principia, duosque deos, alterum bonum, alterumque malum; Vetusque Testamentum, quasi a malo illo deo editum repudiabant. Licet enim hæc hæresis non tantas turbas daret, quantas haud ita pridem dederant Anomœi, attamen magno illi numero erant, malumque serpebat in dies latius, ita ut illa pestis ubique sensim diffunderetur, et aliquot postea sæculis imperium Constantinopolitanum in discrimen deduceret. Cum Manichæis autem aliquando etiam Marcionistas aggreditur, qui parem de duobus principiis impietatem propugnabant; Valentinianos quoque, sed rarius, carpit. Alios item non semel aggreditur, qui putabant casu et fato quopiam ferri omnia, quos etiam in aliis operibus suis identidem aggreditur.

## § IV. — *De Manuscriptis deque Editionibus Saviliana, Commeliniana et Morelliana.*

Homiliarum Chrysostomi in Matthæum manuscripti Codices bene multi exstant in bibliothecis Galliæ, Italiæ, cæterarumque Europæ partium, quorum si varias lectiones omnes, si amanuensium errata omnia recensere voluissemus, mirum quantum notas in ima pagina positas auxissemus; sed nullo fructu, imo cum dispendio suscepti operis. Quapropter cum delectu lectiones adhibuimus. Multaque loca in prius Editis vitiata laceraque sarsimus. Prius Editis quoque usi sumus, Savilii nempe Editione, atque illa quæ paucis postea annis ex officina Commeliniana prodiit, ac demum Morelliana, quæ ad fidem Commelinianæ concinnata fuit. De quibus Editis quædam nobis incumbunt prælibanda atque tractanda.

Savilii Editio anno 1612 emissa Græca solum sine Latina interpretatione complectitur, estque accurate omnino concinnata, Græca exhibet pura et emaculata, ita ut mendæ paucissimæ in illa occurrant, et ad accurationem interpretationis latinæ non parum contulerit. Præter notas vero, quas in margine exhibet Savilius, alias quoque notas in fine octavi Tomi adjicit, tum suas, tum Boisii et aliorum quorumdam. Inter illas vero notas, ut jam alias animadvertimus, Savilianæ sunt aliis sagaciores.

Anno 1617 altera prodiit Editio Græco-Latina Homiliarum Chrysostomi in Matthæum atque in Joannem ex officina Commeliniana Heidelbergæ. Qui autem illam publicandam Editionem curarunt (a), Savilianam jam quinque ante annis emissam ne novisse quidem videntur; illa certe non usi sunt, nec ejus uspiam meminerunt; Græca ex Mss.. ut credere est, Palatinis eruerunt : neque enim monuerunt unde desumpserint. In serie Græca vitia multa deprehenduntur. Interpretationem Latinam e regione Græcorum posuerunt illam quæ in Editis Chrysostomi Latinis jamdiu posita fuerat; nempe ad octo priores homilias versionem Aniani, veteris interpretis Chrysostomo supparis, ad reliquas omnes interpretationem Latinam Georgii Trapezuntii, quæ jam in Editis, ut dixi, Latinis prioribus adhibita fuerat. Editio autem isthæc Parisina Morelli nonnihil emendatior habetur, et jure quidem; nam ad illius fidem Morelliana Editio, saltem quod ad Græca pertinet, concinnata fuit, ut mox dicetur.

Editio Parisina Claudii Morelli, anno 1636 data, Saviliana et Commeliniana inferior est, etsi ipse typographus admodum illam commendet in Monito suo. *Exemplaria*, inquit, *quibus in præsenti Editione usi sumus, fuere : authenticum illud Anglicanæ Editionis, numquam satis laudatum, cui religiose adhæsimus in corrigendo textu Græco, notatis prius suo quibusque loco mendis, quæ in calce ejusdem Editionis accurate et fideliter habentur; alterum fuit Editio postrema Parisiensis Latine tantum, a R. P. Frontone Ducæo, Societat. Jesu Theologo, recensita, et ad idem Anglicanæ Editionis exemplar recognita, suppleta et correcta; nisi quod in Homiliis super Epistolas Pauli, maxime vero postremas ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, et eam quæ est ad Hebræos, quam plurima in versione Latina locis pene innumeris deerant, quæ ex fide ejusdem exemplaris Græci supplevimus.* Atqui quod ait ille se Anglicano exemplari, sive Saviliano, religiose adhæsisse, mirum quantum a vero aberrat : nam ab illo sæpissime ita dissonat, maxime vero quibusdam in locis et quidem sat frequentibus, ut planum sit illum a labore hæc duo exemplaria conferendi vel omnino, vel saltem plerumque abstinuisse. Prorsus autem consonant Græca Morelli cum Græcis Commelinianis, ita ut etiam voces omnes, quæ uncinis includuntur in Commeliniana Editione, id quod passim occurrit, uncinis similiter includantur in Morelliana. Ad hæc vero Homilia 19 in duas dividitur in Morelliana Editione, ita ut secunda pars ejusdem vigesimam constituat contra

(a) Fratres sunt Juda et Nicolaus Bonutii.

fidem omnium Codicum Græcorum, qui hic unam tantum orationem habent, ut etiam series ipsa requirit. Hac autem in re Commelinianam sequitur Editionem Morellus; non autem Savilianam, quæ non duas hic, sed unam tantum homiliam habet, ut et series ipsa, et Codices omnes postulant. Unde facile crediderim operas Morelli typographicas ad Commelinianæ Editionis fidem Græca Chrysostomi edidisse. Et tamen nulla Commelinianæ Editionis mentio habetur in Monito Morelli. De Latinis secus dicendum : nam revera ex Latina Frontonis Ducæi Editione interpretationem Latinam Aniani in octo prioribus homiliis posuerunt, et in reliquis Georgii Trapezuntii, prout exstabant in illa Editione. Etenim Fronto Ducæus interpretationes illas sexcentis in locis mutaverat, ut melius quadrarent ad Græcam seriem. In hac porro Morelli Editione Græca quædam *errata* a typographis admissa sunt; sed non tanto numero, ut conferenti cum Editione Commeliniana palam erit.

§ V.— *De Aniani interpretatione Latina.*

Anianus hic idem ipse haud dubie est qui Homilias septem Chrysostomi de laudibus S. Pauli apostoli Latine transtulit, quam interpretationem T. 2, col. 473 et sqq., edidimus. Nec dubitamus hunc Anianum Celedensem illum esse diaconum Pelagianum, qui Diospolitanæ synodo interfuit, librosque pro asserenda Pelagiana hæresi scripsit, ut probavit Joannes Garnerius Dissert. post Marium Mercatorem Cap. 7, VII. Sane ex dictis ejus liquet illum ad tuendam hominis libertatem strenue concertavisse, et Augustinum Catholicosque impugnavisse, quos ille Manichæos et Traducianos appellat in Epistola sua ad Evangelum, quam Homiliis de laudibus Pauli apostoli præfiximus. Epistola vero, quam mox proferemus, ad Orontium dirigitur episcopum Pelagiano errori addictum, eaque de causa e sede pulsum. Estque prologus ad Homilias Chrysostomi in Matthæum Latine ab se conversas, ubi vehementer ille in Manichæos (sic orthodoxos vocat) invehitur. *Quid enim*, inquit, *ille* (Joannes) *magis hominibus inculcat, quam venturam naturæ suæ nobilitatem, quæ adversus Manichæi rabiem omnium recta sapientium consensu concentuque laudatur? Laudatur autem vel in admirabilis gloriam Conditoris, vel ob concitanda studia virtutis, vel ad castiganda vitia voluptatis. Quid, inquam, pressius ille commendat, quam ingenitæ nobis a Deo libertatis decus, cujus confessio præcipuum inter nos gentilesque discrimen est? Qui hominem, ad imaginem Dei conditum, tam infeliciter fati violentia, et peccandi putant necessitate devinctum, ut is etiam pecoribus invidere cogatur. Quid ille adversus eosdem magistros potius insinuat, quam Dei esse possibilia mandata, et hominem totius vel quæ jubetur, vel suadetur a Deo, capacem esse virtutis? Quo quidem solo, et iniquitas ab imperante propellitur, et prævaricanti reatus affigitur. Jam vero iste eruditorum decus, cum de Dei gratia disserit, quanta illam ubertate, quanta etiam cautione concelebrat! Non enim est in alterutro aut incautus, aut nimius, sed in utroque moderatus. Sic liberas ostendit hominum voluntates, ut ad Dei tamen mandata facienda divinæ gratiæ necessarium ubique fateatur auxilium : sic continuum divinæ gratiæ auxilium commendat, ut nec studia voluntatis interimat.* Sic ille et Catholicis, quos oppugnabat, damnabilem adscribit doctrinam, dum illos et libertatem negare, et fati violentiam in humanis actibus, atque peccandi necessitatem inducere mentitur; simulque Pelagianam sententiam suam ita obtegit, ut nihil iis, quæ de libertate et gratia postremo tradit, adscribi posse erroris videatur, quod ipsum etiam in Epistola ad Evangelum animadvertimus.

Certum igitur est, fatente Aniano, ipsum et Homilias de laudibus Pauli apostoli et hasce in Matthæum Homilias Latine transtulisse, ut tantum doctorem Latine loquentem Catholicis Latinis opponeret. Et jure quidem ac merito Chrysostomum in hanc palæstram vocasset, si adversarii sui talem extulissent sententiam; si a malo deo, sive a malo principio peccatum necessario oriri dixissent : siquidem Chrysostomus sæpe in hisce concionibus Manichæos talia deblaterantes refellit, et profligat; si item ex violento quodam fato hanc peccandi necessitatem oriri putassent, quod perinde confutat Chrysostomus noster. Verum id ille vel ex male percepta Catholicorum sententia, vel ut dolo quopiam, talem comminiscens disciplinam, ipsis invidiam pareret, hanc affinxit orthodoxis opinionem. Quodque animadvertendum est, Anianus cum hoc unum in scopo habeat, ut fatalem illam peccandi necessitatem Chrysostomi auctoritate depellat, quod utique perquam facile est, nusquam verba Chrysostomi, ut Pelagianæ faveat hæresi, in alium sensum detorquet, id quod etiam in Homiliis de laudibus Pauli apostoli jam annotavimus Tomo 2, col. 472.

Quæritur porro utrum Anianus Homilias omnes Chrysostomi in Matthæum Latine converterit, an octo tantum illas quæ in Editis comparent; vel plures quidem, sed non universas. Fateor quidem me olim dubitavisse an Homilias illas omnes, an partem illarum tantum Anianus transtulerit. Verum re accuratius perpensa, illum omnes omnino Chrysostomi Homilias in Matthæum Latine convertisse, ni fallor, deprehendi. Sane ille ipse in Epistola ad Orontium mox edenda, se totum Homiliarum in Matthæum librum Latine reddidisse non obscure innuit. Nam postquam initio dixerat : « Jubes enim, beatissime, ut « Commentarium sancti Joannis Constantinopolitani episcopi, quem in Matthæo evangelista « nonaginta et uno libro explicuit, in Latinam linguam quo possim sermone transfundam. « Quod utinam tam a nobis commode fieri possit, quam a te et opportune et utiliter impe« ratur; » sic, inquam, orsus postquam se totas nonaginta et unam Homilias transferre jussum esse declaravit, se totum complevisse in fine Epistolæ significat his verbis : « Hunc « igitur si satis minorem se in Latino apparere feci, non tam mihi, Domine venerabilis, quam

« tibi imputare debes, qui me ad eum transferendum tanto et auctoritatis imperio, et blandimento caritatis hortatus es, ut illi aliquid, imo vero plurimum de honore dumtaxat styli auferre mallem, quam crimen in te diutius recusando committere. Sane pro qualicumque hac mea opera amplissimum orationum tuarum munus reposco, etc. » Quid aliud dixit initio, quam se jussum esse nonaginta et unam homilias Chrysostomi Latine convertere? Quid aliud dicit in fine, quam se jussa complevisse? Certe si partem tantum homiliarum transtulisset, annon id dicturus erat in fine? an se librum illum transtulisse dixisset?

Nec desunt alia argumenta, quibus probatur totum Chrysostomi in Matthæum Commentarium jam a multis seculis in bibliothecis Latinis fuisse, ac sine dubio ex interpretatione Aniani. In Catalogo Bibliothecæ Pomposianæ, qui circa medium undecimi sæculi concinnatus fuit, quemque in Diario Italico totum retuli, aderat hic commentarius Latine, qui sic in Catalogo exprimitur p. 84 : « Super Matthæum Joannis Chrysostomi. » Divus autem Thomas Aquinas, qui tam magnifica hunc Commentarium laude celebravit, qualem initio hujus Præfationis retulimus, ubi hunc Commentarium legere potuerat, nisi in Aniani versione, quæ tunc una ferebatur? Ad hæc autem in notis bibliothecarum Mss., quas ex Italia detuli, in Catalogo manuscriptorum Codicum Bibliothecæ S. Marci Florentiæ sequens nota legitur : « In armario, ad dexteram num. 76. S. Joan. Chrysostomi in Matthæum cum præfatione Aniani ad Orontium episcopum in charta Homiliæ 25 : pars prima. » Qua nota indicatur etiam partem secundam fuisse, et fortassis tertiam et quartam. In itinere autem Italico suo Mabillonius noster p. 164, de Bibliotheca sanctæ Crucis loquens, quæ est Minorum Conventualium, hoc habet: « Alius Codex sancti Joannis Chrysostomi in Matthæum homilias XXVI, Aniano interprete, subsequentes a Georgio Trapezuntio in latinum versas, complectitur. »

Non dubito igitur quin Anianus totum Homiliarum in Matthæum librum Latine transtulerit. Et fortassis si omnium bibliothecarum manuscripti Codices excuterentur, posset hodieque tota Aniani versio erui. Sed ad quid tantum suscipere laborem, quando totum Homiliarum librum sartum et tectum, ut ab auctore profectus est, habemus? Ecqua illa foret nova accessio, nisi ut hunc Tomum operum jam satis amplum ultra modum augeret, idque nullo operæ prêtio? Quod si dixeris aliquam hinc nobis afferri notitiam circa modum, quo veteres illi Græca Latine convertebant: ecce jam illam potes ex iis quæ in publicum proferuntur expiscari. Habes septem Chrysostomi Homilias de laudibus Pauli apostoli cum Aniani interpretatione, et Homilias octo priores ejusdem in Evangelium Matthæi.

Anianus vero etsi pro illa ætate non imperitus Græcorum interpres censeri debeat : septem enim Homilias de laudibus Pauli sat feliciter transtulit, ut diximus T. 2, col. 470; at in Homiliarum in Matthæum interpretatione Latina non pari felicitate processit : nam incassum sæpe verba multiplicat, et circuitione usus ea pluribus enuntiat, quæ poterant brevius et commodius exhiberi ; ut quisque videre possit. Nam octo priorum homiliarum interpretationem Aniani in ima pagina posuimus (a). Unum tamen est de quo lectorem monere non pigebit. In Homilia 5, col. 113, hæc de Jacobo fratre Domini narrantur : *Narrant autem illum tam aspere vitam duxisse, ut membra ejus omnia quasi emortua essent, atque ex precandi assiduitate, dum jugiter in pavimento procumberet, frontem ejus ita obduruisse, ut genuum cameli duritiem pene attingeret, ita frequenter illam solo applicuerat.* Anianus vero hunc locum ita convertit : *Aiunt autem genua ejus obduruisse callo, tantamque in eo fuisse carnis incuriam, ut adhuc viventis omnia fere membra morerentur : atque assiduitate orationis, jugique ad pavimentum prostratione corporis, frontem quoque ejus callo similiter obductam, ut nihil fere a cameli genibus, si duritiem spectes, discreparet.* Hic vides Anianum hæc addidisse, *genua ejus obduruisse callo*, id quod in nullis Chrysostomi Græcis exemplaribus lectum fuisse memoratur uspiam. Verum illud ex Hegesippo apud Eusebium Hist. Eccl. l. 2, c. 23, mutuatus videtur Anianus : ibi enim hoc tantum legitur : *Adeo ut genua ipsius instar cameli obduruerint.* In lectionibus, quæ in festo S. Jacobi Minoris recitantur, hoc habetur ex Hegesippo, ut videtur, desumptum : *Cui etiam assiduitas orandi ita callum genibus obduxerat, ut duritie cameli pellem imitaretur* : de frontis vero duritie nihil, de qua tantum hic loquitur Chrysostomus.

In hac autem ad Orontium Epistola, quæ prologi vicem agit, Anianus nonaginta unam Homilias in Matthæum numerat, perinde atque Editi priores pene omnes, in quibus decima nona homilia in duas dividitur, et secunda pars, in qua oratio Dominica, *Pater noster*, etc., explicatur, vigesimam homiliam efficit, contra fidem omnium Græcorum Codicum, ubi una tantum oratio 19 totum complectitur, ut series omnino postulat. Cum isthæc homilia 19 in duas divisa fuisset, secunda pars ejus Homilia 20 inscripta fuit, et sequens, quæ vigesima erat, vigesima prima consignata est; atque ita quæ sequebantur omnes numerum auxerunt, ita ut quæ nonaginta numero erant, unam supra nonaginta postea efficerent. Utrum autem hæc mutatio ab ipso Aniano inducta fuerit, incertum est. Etsi enim in Epistola ad Orontium, quæ mox sequetur, XCI homiliæ numerentur, at potuit quispiam, facta post Aniani mortem hujusmodi mutatione, XC numero unum superaddere, quia videbat in exemplaribus Latinis nonaginta et unam homilias ferri. Certum quippe est a Latinis Homiliam 19 divisam fuisse; in exemplaribus enim Græcis nusquam exstat hujusmodi divisio. Illam vero divisionem libentius crediderim post Aniani tempora inductam, atque cum in illius ad Orontium Epistola nonaginta prius homiliæ tantum memorarentur, a nescio quo postea,

(a) In hacce novissima editione exstat ad calcem operis. EDIT.

**qui ob divisam in duas decimam nonam, nonaginta et unam homilias numerari videbat, in eamdem Epistolam XCI numerum inductum fuisse.**

**§ VI. — *De interpretatione Georgii Trapezuntii, et de nova Homiliarum omnium in Matthæum a nobis adornata.***

**In Editis Latinis operum Chrysostomi, itemque in Græcolatinis Commeliniano et Morelliano, post octo priores homilias, quarum interpres Latinus Anianus est, uti jam diximus, cæteræ omnes cum interpretatione Georgii Trapezuntii prodiere; sed in Morelliana tam Aniani quam Georgii Trapezuntii versiones retractatæ, et in multis mutatæ comparent, ut**

# SANCTI PATRIS NOSTRI

# JOANNIS CHRYSOSTOMI

## ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

# OPERA OMNIA.

## *COMMENTARIUS IN SANCTUM MATTHÆUM EVANGELISTAM* (a).

### HOMILIA I.

1. *Libri Scripturæ cur dati. Lex quando et quomodo data. Novum Testamentum quando et quomodo datum.* — Par esset quidem nos nulla egere literarum ope, sed ita puram exhibere vitam, ut Spiritus gratia librorum instar nobis esset : ac sicut libri atramento, sic corda nostra Spiritu ipso essent inscripta. Quia vero hujusmodi gratiam depulimus, age, secundum navigationis cursum suscipiamus. Certe primum illum cursum præstantiorem fuisse, et verbis et operibus ipsis ostendit Deus. Siquidem Noe et Abrahamo nepotibusque ejus, necnon Jobo ipsique Moysi, non per literas loquebatur, sed per se ipse, quod purum in ipsis animum reperiret. Postquam autem universus Hebræorum populus in profundum nequitiæ delapsus est, necesse demum fuit ut literis et tabulis ad eorum commonitionem uteretur; idque non in Veteris solum, sed in Novi etiam Testamenti sanctis factum comperimus. Neque enim apostolis scripto quidpiam tradidit Deus, sed pro literis Spiritus gratiam se daturum illis pollicitus est : nam *Ille*, ait, *suggeret vobis omnia* (*Joan.* 14. 26). Ut vero discas hoc longe melius fuisse, audi quid per prophetam dicat : *Disponam vobis testamentum novum, dans leges meas in mente eorum, et in cordibus eorum scribam eas, et erunt omnes docti a Deo* (*Jer.* 31. 31. 33). Paulus quoque hanc declarans præstantiam, dicebat accepisse se legem, *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* (2. *Cor.* 3. 3). Quia vero post multum temporis alii circa dogmata, alii circa vitam et mores impegerunt, necessaria denuo fuit illa per literas institutio. Animadvertas velim, quantum illud malum sit; quod etsi cum tanta puritate vitam agere debeamus, ut ne libris quidem sit opus, sed librorum vice corda offerenda sint Spiritui sancto instituenda; postquam tantum honorem amisimus, atque eo redacti sumus, ut li-

(a) Contulimus Codices Reg. 1934, 1940, 1942, Colbert. 168, 206, Coislinianum 66. Alium item Dom. Foucault, et Turonensem D. du Poirier medici eruditissimi.

erant in schedis Frontonis Ducæi : nam ipse jamdiu obierat, cum Claudius Morellus Homiliarum Chrysostomi in Novum Testamentum Editionem paravit. Hæc porro Georgii interpretatio non raro peccat in assequenda Joannis Chrysostomi mente et sententia ; id vero aliquando inde accidit, quod vitiato Græco exemplari sit usus : atque etiam ubi mentem auctoris assequitur, ut plurimum in ordine ac serie atque in constructione verborum non placet. Ad hæc vero, cum remota et ad imam paginam posita Aniani versione nostram substituissemus, par esse videbatur, ut in reliquis etiam homiliis idem stylus eademque interpretandi ratio adhiberetur. Quapropter totum Commentarium nova interpretatione donandum censuimus, eo styli et interpretandi genere, quo in aliis multis Chrysostomi operibus usi sumus, ubi remota priori versione novam adornavimus.

---

## ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

### ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

# ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

---

## *ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΝ.*

---

### ΟΜΙΛΙΑ Α'.

α'. [1] Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, ἀλλ' οὕτω βίον παρέχεσθαι καθαρὸν, ὡς τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἀντὶ βιβλίων γίνεσθαι[2] ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, καὶ καθάπερ ταῦτα διὰ μέλανος, οὕτω τὰς καρδίας τὰς ἡμετέρας διὰ Πνεύματος ἐγγεγράφθαι. Ἐπειδὴ δὲ ταύτην διεκρουσάμεθα τὴν χάριν, φέρε κἂν τὸν δεύτερον ἀσπασώμεθα πλοῦν. Ἐπεὶ ὅτι τὸ πρότερον ἄμεινον ἦν, καὶ δι' ὧν εἶπε, καὶ δι' ὧν ἐποίησεν, ἐδήλωσεν ὁ Θεός. [2] Καὶ γὰρ τῷ Νῶε, καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐγγόνοις[3] τοῖς ἐκείνου, καὶ τῷ Ἰὼβ, καὶ τῷ Μωϋσεῖ δὲ[4] οὐ διὰ γραμμάτων διελέγετο, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, καθαρὰν εὑρίσκων αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Ἐπειδὴ δὲ εἰς αὐτὸν τῆς κακίας ἐνέπεσε τὸν πυθμένα ἅπας τῶν Ἑβραίων ὁ δῆμος, τότε λοιπὸν[5] γράμματα καὶ πλάκες, καὶ ἡ διὰ τούτων ὑπόμνησις. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ ἁγίων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Καινῇ συμβὰν ἴδοι τις ἄν. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις ἔδωκέ τι γραπτὸν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἀντὶ γραμμάτων τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπηγγείλατο δώσειν χάριν· *Ἐκεῖνος γὰρ ὑμᾶς ἀναμνήσει*, φησὶ, *πάντα*. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτο πολὺ ἄμεινον ἦν, ἄκουσον διὰ τοῦ προφήτου τί φησι· *Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας γράψω αὐτοὺς, καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ*. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ ταύτην ἐνδεικνύμενος τὴν ὑπεροχὴν, ἔλεγεν εἰληφέναι νόμον, *οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις*. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ χρόνου[6] προϊόντος ἐξώκειλαν, οἱ μὲν δογμάτων ἕνεκεν, οἱ δὲ βίου καὶ τρόπων, ἐδέησε πάλιν τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὑπομνήσεως. Ἐννόησον οὖν ἡλίκον ἐστὶ κακὸν, τοὺς οὕτως ὀφείλοντας ζῆν καθαρῶς, ὡς μηδὲ δεῖσθαι γραμμάτων, ἀλλ' ἀντὶ βιβλίων παρέχειν τὰς καρδίας τῷ Πνεύματι, ἐπειδὴ τὴν τιμὴν ἀπωλέσαμεν ἐκείνην, καὶ κατέστημεν εἰς τὴν τούτων χρείαν, μηδὲ τῷ δευτέρῳ πάλιν κεχρῆσθαι φαρμάκῳ εἰς δέον. Εἰ γὰρ ἔγκλημα τὸ γραμμάτων δεηθῆναι, καὶ μὴ τὴν τοῦ Πνεύματος

[1] Codices A. C. D. E. [2] Sic Euth. γενέσθαι E. [3] ἐκγόνοις C. [4] δέ om. D. E. Euth. [5] τότε λοιπόν] Sic Euth. ἀναγκαίως λοιπόν E. An. Arm. [6] τοῦ χρόνου] τοῦ om. Euth. πολλοῦ χρόνου C. D.

7. *Conclusio moralis : auditores a spectaculis arcet; studium verbi divini in eis excitare conatur.* — Sed ne multa simul congerentes memoriam vestram obruamus hic loquendi finem faciemus. Sufficit enim vobis ut excitemini, si quæstiones illas ediscatis. Si vero solutionem desideratis, et illud quoque vel antequam loquamur, in vestra erit potestate situm. Si namque vos excitatos et discendi cupidos viderim, solutionem vobis afferre tentabo; sin oscitantes et non attentos conspexero, et quæstiones et solutionem illarum occultabo, divinæ obsequens legi : *Nolite*, inquit, *sanctum dare canibus, neque projiciatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis* (*Matth.* 7. 6). Quis est autem qui conculcat? Qui hæc non pretiosa et honore digna esse censet. Ecquis, inquies, ita miser est, ut hæc non honore digna, nec omnium pretiosissima esse ducat? Is qui non illis tantum studium adhibet, quantum meretricibus mulieribus in satanicis theatris. Ibi enim plurimi totos dies transigunt, multaque in re domestica negligunt, ob intempestivam illam occupationem, diligenterque illa retinent, quæ ibidem audiunt, illaque in animæ suæ perniciem conservant. Hic autem ipso Deo loquente, ne minimum quidem temporis manere volunt. Ideoque nihil commune habemus cum cælo : sed verbotenus vitæ institutum nostrum peragitur. Certe gehennam idcirco Deus comminatus est, non ut in eam nos conjiciat; sed ut nobis persuadeat perniciosam illam tyrannidem [2] fugere. Nos vero e contrario agimus; audimus, et quotidie ad viam quæ illuc ducit accurrimus : Deoque jubente non solum audire, sed etiam dicta exsequi, nos ne quidem audire sustinemus. Quandonam igitur ea, quæ jubemur, agemus, et operibus manum admovebimus, quando ægre et indigne ferimus moras, hic ad brevissimum temporis spatium prolatas? Atqui nos cum de rebus frivolis verba facientes, eos qui nobiscum sedent non attendere advertimus, id contumeliæ loco habemus; Deum vero non putamus nos offendere, quando illum de tantis rebus loquentem despicimus et alio oculos convertimus? Certe senex quivis magnam emensus terræ partem, stadiorum numerum, urbium positionem et formam, portus ac forum diligentissime nobis describit : at nos ne quantum quidem procul simus ab illa cælesti urbe novimus; alioquin autem viæ longitudinem minuere curavissemus, si nempe illam distantiam teneremus. Non enim tantum dumtaxat a nobis distat civitas illa, quantum est inter cælum et terram interstitium; imo multo magis, si negligamus; ut e contrario, si studiosi simus, in momento temporis ad ejus januas pervenire poterimus. Non enim locorum longitudine, sed instituto morum hæc spatia metienda sunt.

8. Tu vero præsentis vitæ res diligenter nosti, et nova et antiqua et vetera, principesque numerare

[1] Morel., *ut lectio lectionem præcedat.*

[2] Quidam, *consuetudinem.*

μετὰ πολλῆς ἡμῖν ἕπεσθαι τῆς σπουδῆς, ὥστε εἰς αὐτὸ τὸ πέλαγος τῶν γεγραμμένων εἰσελθεῖν, τοῦ Χριστοῦ προηγουμένου ταύτης ἡμῖν τῆς εἰσόδου. Ὥστε δὲ εὐμαθέστερον γενέσθαι τὸν λόγον, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμεν (ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων Γραφῶν πεποιήκαμεν), προλαμβάνειν τὴν περικοπὴν τῆς Γραφῆς, ἣν ἂν μέλλωμεν ἐξηγεῖσθαι, ἵνα τῇ γνώσει ἡ ἀνάγνωσις προοδοποιοῦσα ᾖ [39], ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ εὐνούχου γέγονε, καὶ πολλὴν παράσχῃ [40] τὴν εὐκολίαν ἡμῖν. Καὶ γὰρ τὰ ζητούμενα πολλὰ καὶ ἐπάλληλα. Ὅρα γοῦν εὐθέως ἐν προοιμίοις τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ, πόσα ἄν τις ἐπαπορήσειε. Πρῶτον μὲν, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἰωσὴφ γενεαλογεῖται, οὐχ ὢν τοῦ Χριστοῦ πατήρ. Δεύτερον δὲ, πόθεν ἔσται δῆλος ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Δαυῒδ κατάγων τὸ γένος, τῆς Μαρίας, ἀφ' ἧς ἐτέχθη, τῶν προγόνων ἀγνοουμένων· οὐδὲ γὰρ ἐγενεαλογήθη ἡ Παρθένος. Τρίτον, τίνος ἕνεκεν ὁ μὲν Ἰωσὴφ, ὁ μηδὲν συντελῶν πρὸς τὴν γέννησιν, γενεαλογεῖται· ἡ δὲ Παρθένος, ἡ καὶ μήτηρ γενομένη, οὐ δείκνυται τίνων πατέρων καὶ πάππων καὶ προγόνων [41] ἐστί. Μετὰ τούτων ἄξιον κἀκεῖνο [14] ζητῆσαι, τί δήποτε διὰ τῶν ἀνδρῶν προάγων τὴν γενεαλογίαν, ἐμνήσθη καὶ γυναικῶν. Καὶ ἐπειδὴ τοῦτο [42] αὐτῷ ἔδοξεν, οὐδὲ πάσας τέθεικε τὰς γυναῖκας, ἀλλὰ τὰς εὐδοκίμους παραδραμὼν, οἷον τὴν Σάῤῥαν, τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ ὅσαι τοιαῦται, τὰς ἐπὶ κακίᾳ βεβοημένας, ταύτας εἰς μέσον ἤγαγε μόνον· οἷον εἴ τις πόρνη καὶ μοιχαλὶς, εἴ τις ἐκ παρανόμων γάμων, εἴ τις ἀλλόφυλος καὶ βάρβαρος ἦν. Καὶ γὰρ τῆς τοῦ Οὐρίου, καὶ τῆς Θάμαρ, καὶ τῆς Ῥαὰβ [43], καὶ τῆς Ῥοὺθ ἐμνημόνευσεν· ὧν ἡ μὲν ἀλλογενὴς ἦν, ἡ δὲ πόρνη, ἡ δὲ τῷ κηδεστῇ προσεφθάρη· καὶ οὐδὲ τούτῳ [44] νόμῳ γάμου, ἀλλὰ κλέψασα τὴν μίξιν, καὶ πόρνης περιθεμένη προσωπεῖον ἑαυτῇ· καὶ τὴν τοῦ Οὐρίου δὲ οὐδεὶς ἀγνοεῖ διὰ τὴν περιφάνειαν τοῦ τολμήματος. Ἀλλ' ὅμως πάσας τὰς ἄλλας ἀφεὶς ὁ εὐαγγελιστὴς, ταύτας ἐνέθηκε τῇ γενεαλογίᾳ μόνας. Καίτοι εἰ μνησθῆναι γυναικῶν ἔδει, πασῶν ἐχρῆν· εἰ δὲ μὴ πασῶν, ἀλλ' ἐνίων, τῶν ἐν ἀρετῇ, οὐ τῶν ἐν ἁμαρτήμασι βεβοημένων. Εἴδετε πόσης ἡμῖν δεῖ προσοχῆς ἐν τοῖς προοιμίοις εὐθέως. Καίτοιγε δοκεῖ σαφέστερον εἶναι τῶν ἄλλων τὸ προοίμιον, τάχα δὲ πολλοῖς καὶ περισσὸν, διὰ τὸ ὀνομάτων ἀριθμὸν εἶναι μόνον. Μετὰ τοῦτο κἀκεῖνο ἄξιον ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν τρεῖς παρέδραμε βασιλεῖς. Εἰ γὰρ ὡς σφόδρα ἀσεβῶν ἀπεσιώπησε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μνησθῆναι ἔδει. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἕτερόν ἐστι ζήτημα. Δεκατέσσαρας γὰρ εἰπὼν γενεὰς, ἐν τῇ τρίτῃ μερίδι τὸν ἀριθμὸν οὐ διέσωσε. Καὶ τίνος ἕνεκεν ὁ μὲν Λουκᾶς ἑτέρων ἐμνημόνευσεν ὀνομάτων, καὶ οὐ μόνον οὐ τῶν αὐτῶν ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλειόνων· ὁ δὲ Ματθαῖος, καὶ ἐλαττόνων, καὶ ἑτέρων, καίτοιγε εἰς τὸν Ἰωσὴφ καὶ αὐτὸς τελευτήσας, εἰς ὃν καὶ ὁ Λουκᾶς κατέληξεν. [15] Ὁρᾶτε ὅσης ἀγρυπνίας ἡμῖν χρεία, οὐχ εἰς τὸ λῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ μαθεῖν, τίνα χρὴ λῦσαι. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, τὸ τὰ διαπορούμενα δυνηθῆναι εὑρεῖν· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνο ἄπορον, πῶς ἡ Ἐλισάβετ ἀπὸ τῆς Λευϊτικῆς φυλῆς οὖσα, συγγενὴς ἦν τῆς Μαρίας.

ζ'. [45] Ἀλλ' ἵνα μὴ καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν μνήμην πολλὰ συνείροντες, ἐνταῦθα τέως τὸν λόγον στήσωμεν. Ἀρκεῖ γὰρ ὑμῖν εἰς τὸ διεγερθῆναι καὶ τὸ [46] τὰ ζητούμενα μόνον [47] μαθεῖν. Εἰ δὲ καὶ τῆς λύσεως ἐρᾶτε, καὶ τούτου πρὸ τῶν λόγων τῶν ἡμετέρων ὑμεῖς κύριοι. Ἂν μὲν γὰρ ἴδω διεγερθέντας καὶ ἐπιθυμοῦντας μαθεῖν, πειράσομαι καὶ τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν· ἂν δὲ χασμωμένους καὶ μὴ προσέχοντας, ἀποκρύψομαι καὶ τὰ ζητήματα καὶ τὴν λύσιν, θείῳ νόμῳ πειθόμενος· *Μὴ δῶτε* [48] γὰρ, φησὶ, *τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, ἵνα μὴ καταπατήσωσι τοῖς ποσὶν αὐτῶν.* Τίς δέ ἐστιν ὁ καταπατῶν; Ὁ μὴ τίμια ταῦτα ἡγούμενος καὶ σεμνά. Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος, φησὶν, ὡς μὴ σεμνὰ ταῦτα καὶ πάντων ἡγεῖσθαι τιμιώτερα; Ὁ μηδὲ τοσαύτην παρέχων αὐτοῖς σχολὴν, ὅσην ταῖς πόρναις γυναιξὶν ἐν τοῖς σατανικοῖς θεάτροις. Ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ διημερεύουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ πολλὰ τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας προδιδόασι διὰ τὴν ἄκαιρον ἀσχολίαν ταύτην, καὶ μετὰ ἀκριβείας ὅπερ ἂν ἀκούσωσι κατέχουσι, καὶ ταῦτα ἐπὶ λύμῃ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς φυλάττοντες. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ Θεοῦ φθεγγομένου, οὐδὲ μικρὸν ἀνέχονται παραμεῖναι χρόνον. Διά τοι τοῦτο οὐδὲν κοινὸν ἔχομεν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ μέχρι ῥημάτων ἡμῖν ἡ πολιτεία. Καίτοιγε καὶ γέενναν διὰ τοῦτο ἠπείλησεν ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα ἐμβάλῃ, [16] ἀλλ' ἵνα πείσῃ φυγεῖν τὴν χαλεπὴν τυραννίδα [49] ταύτην [50]. Ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδὸν τρέχομεν· καὶ τοῦ Θεοῦ κελεύοντος μὴ μόνον ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ ποιεῖν τὰ λεγόμενα, οὐδὲ ἀκοῦσαι ἀνεχόμεθα. Πότε οὖν πράξομεν, εἰπέ μοι, τὰ κελευόμενα, καὶ τῶν ἔργων ἀψόμεθα, ὅταν μηδὲ τοὺς ὑπὲρ τούτων λόγους ἀκούειν ἀνεχώμεθα, ἀλλὰ ἀσχάλλωμεν καὶ ἀλύωμεν πρὸς τὴν ἐνταῦθα διατριβὴν, καίτοι βραχεῖαν οὖσαν σφόδρα; Εἶτα ἡμεῖς μὲν περὶ ψυχρῶν διαλεγόμενοι πραγμάτων, ἂν τοὺς συγκαθημένους μὴ προσέχοντας ἴδωμεν, ὕβριν τὸ πρᾶγμά φαμεν. Τὸν Θεὸν δὲ οὐχ ἡγούμεθα παροξύνειν, ὅταν αὐτοῦ περὶ τοιούτων διαλεγομένου, καταφρονήσαντες τῶν λεγομένων, ἑτέρωσε βλέπωμεν; Ἀλλ' ὁ μὲν γεγηρακὼς καὶ πολλὴν ἐπελθὼν γῆν, καὶ σταδίων ἀριθμὸν, καὶ πόλεων θέσεις, καὶ σχήματα καὶ λιμένας καὶ ἀγορὰς μετὰ ἀκριβείας ἡμῖν ἀπαγγέλλει πάσης· αὐτοὶ δὲ οὐδὲ ὅσον ἀπέχομεν τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς πόλεως ἴσμεν· ἢ γὰρ ἂν καὶ ἐσπουδάσαμεν ἐπιτεμεῖν τὸ μῆκος, εἰ τὸ διάστημα ἔγνωμεν. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡμῶν ἀφέστηκεν ἡ πόλις ἐκείνη, ὅσον οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον, ἐὰν ἀμελῶμεν· ὥσπερ οὖν ἐὰν σπουδάζωμεν, καὶ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῆς ἥξομεν. Οὐ γὰρ μήκει τόπων, ἀλλὰ γνώμῃ τρόπων τὰ διαστήματα ταῦτα ὥρισται.

[39] ᾖ et mox καὶ ante πολλὴν om. An. Sav. καὶ om pr. B. C. [40] παράσχοι Edd. [41] προγόνων] ἐπιπάππων Edd. [42] τοῦτο] + δήπου E. [43] καὶ τῆς Ῥαάβ. desunt in omnibus. [44] τοῦτο C. [45] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ τοῦ μετὰ νήψεως καὶ προσεχείας τὴν ἀκρόασιν ποιεῖσθαι τῆς διηγήσεως A. [46] τό om. E. [47] μόνον] μόνα E. ἐνταῦθα Edd. [48] δότε B. C. D. [49] τυραννίδα] Sic arm. συνήθειαν A. E. An. [50] Post ταύτην vulgo legitur δ. ὧν ἀκούομεν, quæ verba desunt in B. C. D. An. Arm. mox post ποιοῦμεν addunt ἀκούομεν omnes præter A. An.

η'. Σὺ δὲ τὰ μὲν τοῦ βίου πράγματα μετὰ ἀκριβείας οἶδας, καὶ τὰ νέα καὶ τὰ ἀρχαῖα καὶ τὰ [51] παλαιά, καὶ ἄρχοντας ἀριθμεῖν δύνασαι, οἷς ἐστρατεύσω τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, καὶ ἀγωνοθέτην, καὶ ἀθλοφόρους [52], καὶ στρατηγούς, τὰ μηδέν [17] σοι διαφέροντα· τίς δὲ ἄρχων ἐν τῇ πόλει ταύτῃ γέγονεν, ἢ πρῶτος, ἢ δεύτερος, ἢ τρίτος, ἢ πόσον ἕκαστος χρόνον, ἢ τί κατορθώσας καὶ ἐργασάμενος, οὐδὲ ὄναρ ἐφαντάσθης ποτέ. Νόμων δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ κειμένων, οὐδὲ ἑτέρων λεγόντων ἀκοῦσαι καὶ προσέχειν ὑπομένεις. Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, προσδοκᾷς τεύξασθαι [53] τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, μηδὲ τοῖς λεγομένοις προσέχων; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γοῦν τοῦτο ποιῶμεν. Καὶ γὰρ εἰς πόλιν μέλλομεν εἰσιέναι, ἐὰν ὁ Θεὸς ἐπιτρέπῃ, χρυσῆν, καὶ χρυσοῦ παντὸς τιμιωτέραν. Καταμάθωμεν οὖν αὐτῆς τὰ θεμέλια, τὰς πύλας τὰς ἀπὸ σαπφείρου καὶ μαργαριτῶν συγκειμένας· καὶ γὰρ ἔχομεν ἄριστον χειραγωγὸν τὸν Ματθαῖον. Διὰ γὰρ τῆς αὐτοῦ πύλης εἴσιμεν νῦν, καὶ δεῖ πολλῆς ἡμῖν τῆς σπουδῆς. Ἂν γὰρ ἴδῃ τινὰ μὴ προσέχοντα, ἐκβάλλει τῆς πόλεως. Καὶ γάρ ἐστι βασιλικωτάτη ἡ πόλις καὶ περιφανής· οὐχ ὥσπερ αἱ παρ' ἡμῖν, εἰς ἀγορὸν καὶ βασίλεια διῃρημένη· ἀλλὰ πάντα βασίλεια τὰ ἐκεῖ. Ἀναπετάσωμεν τοίνυν τὰς πύλας τῆς διανοίας, ἀναπετάσωμεν τὴν ἀκοήν, καὶ μετὰ φρίκης πολλῆς μέλλοντες ἐπιβαίνειν τῶν προθύρων, προσκυνήσωμεν τὸν ἐν αὐτῇ βασιλέα· καὶ γὰρ εὐθέως ἡ πρώτη προσβολὴ καταπλῆξαι δύναται τὸν θεατήν. Κεκλεισμέναι μὲν νῦν [54] εἰσιν ἡμῖν αἱ πύλαι· ὅταν δὲ ἴδωμεν αὐτὰς ἀναπετασθείσας (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ τῶν ζητημάτων λύσις), τότε ὀψόμεθα πολλὴν ἔνδον τὴν ἀστραπήν. Καὶ γὰρ τοῖς τοῦ πνεύματος ὁδηγούμενος ὀφθαλμοῖς, πάντα σοι ἐπαγγέλλεται δεικνῦναι ὁ τελώνης οὗτος· ποῦ μὲν ὁ βασιλεὺς κάθηται· καὶ τίνες [55] αὐτῷ τῶν στρατευμάτων παρεστήκασι· καὶ ποῦ μὲν ἄγγελοι, ποῦ δὲ ἀρχάγγελοι· καὶ τίς τοῖς νέοις πολίταις ἐν τῇ πόλει ταύτῃ [18] τόπος ἀφώρισται, καὶ ποία ἡ ἐκεῖ φέρουσα ὁδός· καὶ τίνα ἔλαβον λῆξιν οἱ πρῶτον πολιτευσάμενοι ἐκεῖ, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους, καὶ οἱ μετὰ τούτους· καὶ ὅσα τῶν δήμων ἐκείνων τὰ τάγματα, καὶ ὅσα τῆς βουλῆς, καὶ πόσαι ἀξιωμάτων διαφοραί. Μὴ τοίνυν μετὰ θορύβου καὶ ταραχῆς εἰσίωμεν, ἀλλὰ μετὰ σιγῆς μυστικῆς. Εἰ γὰρ ἐπὶ θεάτρου σιγῆς πολλῆς γενομένης, τότε τὰ τοῦ βασιλέως ἀναγινώσκεται γράμματα, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς πόλεως ταύτης ἅπαντας δεῖ κατεστάλθαι, καὶ ὀρθαῖς [56] ταῖς ψυχαῖς καὶ ταῖς ἀκοαῖς ἑστάναι. Οὐ γὰρ ἐπιγείου τινός, ἀλλὰ τοῦ τῶν ἀγγέλων Δεσπότου τὰ γράμματα ἀναγινώσκεσθαι μέλλει. Ἂν οὕτως ἑαυτοὺς ῥυθμίσωμεν, καὶ αὐτὴ τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ὁδηγήσει μετὰ πολλῆς ἀκριβείας ἡμᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἥξομεν τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν, καὶ πάντων ἐπιτευξόμεθα τῶν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[51] τά om. E. [52] ἀθλοφόρους] θαλλοφόρους B. C. D. [53] τεύξεσθαι E. et corr. C. D. [54] μέν om. A. νῦν om. B. C. [55] τίνα Edd. præter Mor. Mox στρατευομένων corr. C. [56] ὀρθούς A. B. D. et pr. C.

## ΟΜΙΛΙΑ Β'.

*Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυΐδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.*

α'. Ἆρα μέμνησθε τῆς παραγγελίας, ἣν [57] πρώην ἐποιησάμεθα πρὸς ὑμᾶς, παρακαλοῦντες μετὰ σιγῆς ἁπάσης καὶ μυστικῆς ἡσυχίας ἀκούειν τῶν λεγομένων ἁπάντων; Καὶ γὰρ [58] μέλλομεν τῶν ἱερῶν σήμερον ἐπιβαίνειν προθύρων· διὸ καὶ τῆς παραγγελίας ἀνέμνησα. Εἰ γὰρ Ἰουδαῖοι κεκαυμένῳ ὄρει, καὶ πυρί, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ προσιέναι [19] μέλλοντες, μᾶλλον δὲ οὐδὲ προσιέναι, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ταῦτα καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἐκελεύοντο γυναικὸς ἀπέχεσθαι, καὶ τὰ ἱμάτια ἀποπλῦναι, καὶ ἐν τρόμῳ ἦσαν καὶ φόβῳ, καὶ αὐτοί, καὶ μετ' ἐκείνων Μωϋσῆς· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοιούτων μέλλοντας ἀκούσεσθαι [59] λόγων, καὶ οὐ πόῤῥω ὄρους ἑστάναι καπνιζομένου, ἀλλ' εἰς αὐτὸν εἰσιέναι τὸν οὐρανόν, πλείονα χρὴ ἐπιδείκνυσθαι φιλοσοφίαν, οὐχ ἱμάτια ἀποπλύνοντας, ἀλλὰ τὴν στολὴν τῆς ψυχῆς ἀποσμήχοντας, καὶ πάσης βιωτικῆς ἀπαλλαττομένους μίξεως. Οὐ γὰρ γνόφον ὄψεσθε, οὐδὲ καπνόν, οὐδὲ θύελλαν· ἀλλ' αὐτὸν τὸν Βασιλέα καθήμενον ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἀποῤῥήτου δόξης ἐκείνης, καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους παρεστῶτας αὐτῷ, καὶ τοὺς δήμους τῶν ἁγίων μετὰ τῶν ἀπείρων μυριάδων ἐκείνων. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ πόλις, τὴν Ἐκκλησίαν ἔχουσα τῶν πρωτοτόκων, τὰ πνεύματα τῶν δικαίων, τὴν πανήγυριν τῶν ἀγγέλων, τὸ αἷμα τοῦ ῥαντισμοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα συνήφθη, καὶ ὁ [60] οὐρανὸς ἐδέξατο τὰ ἀπὸ γῆς [61], καὶ γῆ τὰ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ πάλαι ποθουμένη καὶ ἀγγέλοις καὶ ἁγίοις παραγέγονεν εἰρήνη. Ἐν ταύτῃ τὸ τρόπαιον ἕστη τοῦ σταυροῦ τὸ λαμπρὸν καὶ περιφανές, τὰ λάφυρα τοῦ Χριστοῦ, τὰ ἀκροθίνια τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας, τὰ σκῦλα τοῦ Βασιλέως ἡμῶν· ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων εἰσόμεθα μετὰ ἀκριβείας. Κἂν ἀκολουθῇς μετὰ ἡσυχίας τῆς προσηκούσης, δυνησόμεθά σε περιαγαγεῖν πανταχοῦ, καὶ δεῖξαι, ποῦ μὲν ὁ θάνατος ἀνεσκολοπισμένος κεῖται· ποῦ δὲ ἡ ἁμαρτία κρεμαμένη· ποῦ δὲ τὰ πολλὰ καὶ παράδοξα ἀπὸ τοῦ πολέμου τούτου, ἀπὸ [62] τῆς μάχης ταύτης ἀναθήματα [63]. Ὄψει καὶ τὸν τύραννον ἐνταῦθα δεδεμένον, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὸ πλῆθος ἑπόμενον, καὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀφ' ἧς ὁ μιαρὸς δαίμων ἐκεῖνος ἅπαντα κατέδραμε τὸν ἔμπροσθεν χρόνον· ὄψει τοῦ λῃστοῦ τὰς καταδύσεις καὶ τὰ σπήλαια, διεῤῥωγότα λοιπὸν [20] καὶ ἀναπεπταμένα· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ παρεγένετο ὁ Βασιλεύς. Ἀλλὰ μὴ ἀποκάμῃς, ἀγαπητέ· οὐδὲ γὰρ εἰ πόλεμόν τις αἰσθητὸν διηγεῖτο, καὶ τρόπαια, καὶ νίκας, κόρον ἔλαβες ἄν [64]· ἀλλ' οὐδὲ σιτίον οὐδὲ ποτὸν πρὸ ταύτης ἂν ἔθου τῆς ἱστορίας. Εἰ δὲ ἐκείνη ποθητὴ ἡ διήγησις, πολλῷ μᾶλλον αὕτη. Ἐννόησον γὰρ ἡλίκον ἐστὶν ἀκοῦσαι, πῶς μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν θρόνων

[57] ἧς A. [58] καὶ γάρ] καὶ γὰρ καὶ B. καὶ νῦν Edd. [59] ἀκούειν Edd. [60] ὁ om. C. D. [61] τῆς γῆς Edd. [62] ἀπό] καί A. E. [63] ἀναθ.] τὰ ἀναθ. A. C. E. [64] ἐλάμβανες et mox σιτίων οὐδὲ ποτῶν Edd.

potes, sub quibus præterito tempore militasti : etiamque agonothetam, coronarum distributores, et duces, quæ res nihil tibi prodesse valent. Quis vero dux sit in hac de qua loquimur civitate, quis primus, quis secundus, quis tertius, vel quanto quisque tempore meruerit, quidve præclare gesserit, ne per somnium quidem cogitasti. De legibus vero hujus civitatis ne alios quidem loquentes sustines audire. Quomodo igitur, dic mihi, promissa bona te consequuturum speras, qui nec dictis ad illa spectantibus attendas? Verum si id non ante præstitimus, vel nunc facere curemus. Etenim si Deus id concesserit, urbem adituri sumus auream, et quovis auro pretiosiorem. Ejus ergo fundamenta discamus, ejus portas ex sapphiro et margaritis structas : ductorem quippe optimum habemus Matthæum. Per ipsius namque portam nunc intramus, multoque nobis studio est opus. Nam si quempiam viderit non attentum, ejiciet ex civitate. Est quippe urbs illa maxime regia et illustris, neque ut urbes nostræ, in forum et regiam distinguitur : sed ibi omnia regia sunt. Aperiamus itaque mentis januas, aperiamus aures, et cum tremore plurimo limina transgressuri, Regem illum adoremus: nam vel primus congressus sectatori terrorem incutere valet. Modo quidem portæ istæ nobis occlusæ sunt : quando autem istas apertas videbimus (hæc est enim quæstionum solutio), tunc multum intus fulgorem conspiciemus. Spiritus enim oculis ductus publicanus hic, omnia se tibi ostensurum esse pollicetur : ubinam Rex sedeat, quinam de exercitibus illi adsint; ubinam sint angeli, ubi archangeli : quis novis istius urbis civibus sit deputatus locus; quæ sit via istuc ducens; quam sortem acceperint ii, qui sunt primum istic cives admissi, et post hos secundi, ac deinde tertii : quot sint illorum civium ordines, quot senatum constituant, quot dignitatum discrimina. Ne itaque cum tumultu et strepitu ingrediamur, sed cum silentio mystico. Si enim in theatro cum magno silentio Imperatoris literæ leguntur : multo magis in hac urbe omnia sedari oportet, atque arrectis animis et auribus standum est[1]. Non enim terreni cujuspiam regis, sed angelorum Domini scripta legenda sunt. Si ita nos componere voluerimus, ipsa Spiritus gratia cum magna diligentia nos deducet, ad ipsumque regium solium accedemus, bonaque omnia consequemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Morel., *arrectis auribus standum est.*

## HOMILIA II.

CAP. I. v. 1. *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.*

1. *Attentione audientium excitata, descriptionem regni cœlestis adoritur.* — An meministis admonitionis, qua nuper vos hortati sumus, ut cum omni silentio et mystica quiete dicta omnia audiretis? Nunc autem sacra limina hodie adituri sumus; ideoque vobis adhortationem illam in mentem revocavi. Nam si Judæi ad montem ardentem, ad ignem, ad caliginem, ad tenebras et procellam accessuri; imo non accessuri, sed ea audituri eminus et visuri, tribus ante diebus ab uxoribus abstinere jubebantur, vestesque abluere; atque in timore ac tremore degebant, Moysesque cum ipsis : multo magis nos talia audituri verba, non procul a monte fumante stantes, sed ipsum ingressuri cælum, majorem debemus exhibere philosophiam, non vestimenta abluentes, sed animæ stolam abstergentes, et ab omni sæcularium rerum commixtione liberi. Non enim caliginem videbitis, non fumum, non procellam; sed ipsum Regem sedentem in solio ineffabilis illius gloriæ, angelosque et archangelos ipsi adstantes, sanctorumque populos cum innumerabili illorum cœtu. Talis quippe est civitas Dei, Ecclesiam primitivorum habens, spiritus justorum, angelorum frequentiam, sanguinem aspersionis, quo omnia copulantur, cælum terrena suscepit, et terra cœlestia : et jam olim desiderata pax angelis atque sanctis donata est. In hac urbe crucis tropæum illustre illud et conspicuum erectum est : spolia Christo parta, exuviæ naturæ nostræ, manubiæ Regis nostri : quæ omnia ex evangeliis accurate discemus. Si cum congruenti quiete sequaris, poterimus te per cuncta circumducere, ostendereque tibi ubinam mors affixa jaceat, ubi peccatum suspensum sit, ubi plurimæ ac mirabiles ex hoc bello, ex hac pugna manubiæ. Videbis et tyrannum vinctum cum multitudine captivorum sequente, et arcem, ex qua impurus ille dæmon, præterito tempore, incursus in omnia faciebat : videbis etiam furis latibula et speluncas, diruptas quidem et patefactas : nam ibi quoque Rex adfuit. Verum ne fatiscas, dilecte : neque enim si quis bellum sub sensum cadens enarraret, si tropæa, si victorias, hæc cum fastidio exciperes; imo nec cibum, nec potum huic narrationi anteponeres. Quod si illa jucunda est narratio, multo magis hæc erit. Perpende enim quantum illud sit audire, quomodo Deus de cælo, deque regio solio surgens, in terram, inque ipsum infernum eruperit, et in acie steterit; quomodo diabolus aciem et ipse suam contra Deum instruxerit; imo non contra Deum nudum, sed Deum in natura absconditum humana. Quodque mirabile est, mortem morte solutam videbis, et maledictum maledicto sublatum; et

per quæ diabolus ante valebat, per eadem ejus solutam tyrannidem. Exsurgamus igitur, et somnum depellamus: ecce portas video nobis apertas; sed cum omni modestia ac tremore ingrediamur, statim limina petentes. Quæ sunt isthæc limina? *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Quid dicis? de unigenito Dei Filio te loquuturum esse pollicebaris, et Davidem memoras, hominem post mille generationes natum, ipsumque dicis esse et patrem et proavum? Exspecta, ne simul omnia ediscere quæras; sed sensim atque paulatim. In limine solum stas, adhuc in ipso ostio; quid festinas ad interiora? Nondum exteriora omnia probe explorasti: neque enim illam tibi generationem adhuc recenseo; imo neque illam quæ post sequitur, quæ ineffabilis et arcana est. Hocque tibi ante me Isaias propheta denuntiat: siquidem ejus passionem prædicans, ipsiusque circa orbem terrarum providentiam [1]: admirans quis cum esset quid factus sit, quove descenderit, magna et clara voce exclamando dixit: *Generationem ejus quis enarrabit* (*Isai.* 53. 8)?

2. *Incarnatio quantum stupenda; quomodo nos exaltet. Christus Vetus Testamentum Novo adjunxit. In Veteri Testamento figura, in Novo veritas.*— Non ergo de illa generatione nobis sermo est, sed de hac inferiore et terrena, quæ innumeros sui testes habet. De hac porro pro virili nostra secundum acceptam Spiritus gratiam, sic sermonem instituemus. Neque tamen hanc cum omni perspicuitate explicare possumus: nam et ipsa quoque admodum stupenda est. Ne itaque exigua te audire putes, dum hanc audis generationem; sed mentem excita, et statim exhorresce, Deum in terram venisse audiens. Illud enim sic admirandum, sic inexspectatum erat, ut angeli in chorum collecti super hac re pro toto orbe laudem gloriamque concinerent, et prophetæ jam olim de hac re obstupescerent, quod in terra visus et cum hominibus conversatus sit (*Baruch*. 3. 38). Etenim admodum stupendum est audire, Deum ineffabilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, Patri æqualem, per virgineam venisse vulvam, et ex muliere nasci dignatum esse, avosque habere Davidem et Abrahamum. Et quid dico Davidem et Abrahamum? Nam quod horribilius, etiam mulieres illas meretrices [2], quas paulo ante memoravi. Hæc audiens, animum erige, et nihil vile suspiceris: illudque maxime mirare, quod Filius, et genuinus Filius Dei sine principio exsistentis se filium Davidis audire passus sit, ut te faceret Dei filium: passus est se patrem habere servum, ut tibi servo patrem faceret Dominum. Viden' statim a principio quænam sint evangelia? Quod si de tuis dubitas, ab iis quæ ad ipsum spectant hæc ut credas inducaris. Longe enim difficilius est, quantum ad humanum intellectum pertinet, Deum hominem fieri, quam hominem Dei filium esse. Cum igitur audis Filium Dei filium esse Davidis et Abrahæ, dubitare jam desine, te filium Adæ filium Dei futurum esse. Neque enim frustra et incassum seipsum ita humiliasset, nisi nos exaltaturus esset. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascereris secundum spiritum: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris. Ideoque duplex generatio fuit, et quæ similis nostræ esset, et quæ nostram [3] exsuperaret. Etenim ex muliere nasci nobis competit; nasci autem non ex sanguine, non ex voluntate viri et carnis, sed ex Spiritu sancto, generationem nos exsuperantem et futuram prænuntiat, quæ ex Spiritu nobis concedenda erat. Quin et cætera quoque omnia hujusmodi erant. Etenim tale erat et lavacrum: quidpiam enim ex veteri, quidpiam etiam ex novo habebat. Nam a propheta baptizari, per illud vetus exprimebatur: Spiritum autem sanctum descendere, novum subindicabat. Ac quemadmodum si quis in medio stans, duos alios sejunctos, expansis suis arreptisque illorum utrinque manibus, conjunxerit: ita et ille fecit, Vetus Testamentum Novo adjungens, naturam divinam humanæ, sua nostris. Viden' urbis hujusce fulgorem, quantumque te a principio collustraverit? quomodo tibi regem statim ostendit in tua specie, quasi in medio exercitu? Neque enim ibi rex semper dignitatem suam ostendit, sed missa purpura et diademate, militarem sæpe vestem induit. Sed ibi quidem, ne notus cum sit, hostes ad se attrahat; hic contra, ne notus cum sit, hostem ex conflictus timore in fugam vertat, neve suos conturbet: salutem enim ipsis, non terrorem afferre studet. Ideo statim ipsum illo nomine vocavit, nempe Jesum. Hoc quippe nomen Jesus non est Græcum; sed Hebraica lingua sic appellatur Jesus; id quod Græce significat, Σωτήρ, Salvator: Salvator porro dicitur, quod salvum faciat populum suum.

3. Vides quomodo auditorem erexit, consueto more verba faciens, ac per ea quæ dicit, illa quæ spem superant nobis omnibus indicat? Nam utriusque nominis magna erat apud Judæos cognitio. Quia enim inexspectata quædam agenda erant, jam nominum figuræ præcesserant; ita ut jam olim omnis novitatis tumultus præreptus esset. Jesus enim vocatur qui, post Moysem, populum in terram promissionis introduxit. Vidisti figuram, vide et veritatem. Ille in terram promissionis, hic in cælum et in cælestia bona: ille post mortem Moysis, hic postquam lex cessavit: ille ut populi dux, hic ut rex. Sed ne Jesum audiens ex nominum similitudine decipiaris, aliud subdidit: *Jesu Christi filii David.* Ille vero non ex Davide, sed ex alia tribu erat. Sed cur librum vocat generationis Jesu Christi, cum tamen non solam

[1] Alii, *misericordiam.*
[2] Vox, *meretrices,* deest in Manuscriptis plurimis.

[3] Savil. et Morel., *naturam nostram.* Sed vox, *naturam,* deest in omnibus pene Manuscriptis, nec exprimitur ab Aniano. Nam vox, *nostram,* refertur ad vocem, *generatio,* supra.

ἀναστὰς τῶν βασιλικῶν, καὶ εἰς τὴν γῆν, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν ᾅδην ἥλατο ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη· πῶς δὲ [65] ἀντιπαρετάξατο ὁ διάβολος, μᾶλλον δὲ οὐ Θεῷ γυμνῷ, ἀλλὰ Θεῷ ἀνθρωπίνῃ κρυπτομένῳ φύσει. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι θανάτῳ θάνατον ὄψει λυόμενον, καὶ κατάραν ἀφανιζομένην κατάρᾳ, καὶ δι' ὧν ἴσχυσεν ὁ διάβολος, διὰ τούτων αὐτοῦ καταλυομένην τὴν τυραννίδα. Διαναστῶμεν τοίνυν, καὶ μὴ καθεύδωμεν· ἰδοὺ γὰρ ὁρῶ τὰς πύλας ἡμῖν ἀνοιγομένας· ἀλλ' εἰσίωμεν μετὰ εὐταξίας ἁπάσης καὶ τρόμου, τῶν προθύρων αὐτῶν εὐθέως ἐπιβαίνοντες. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα τὰ πρόθυρα; *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυῒδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.* Τί λέγεις; περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ διαλέξεσθαι [66] ἐπηγγείλω, καὶ τοῦ Δαυῒδ μνημονεύεις, ἀνθρώπου μετὰ μυρίας γενεὰς γενομένου, καὶ αὐτὸν εἶναι φῂς καὶ πατέρα καὶ πρόγονον; Ἐπίσχες, καὶ μὴ πάντα ἀθρόως ζήτει μαθεῖν, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. Ἐν γὰρ τοῖς προθύροις ἕστηκας ἔτι παρ' αὐτὰ τὰ προπύλαια· τί τοίνυν σπεύδεις πρὸς τὰ ἄδυτα; Οὔπω τὰ ἔξω καλῶς κατώπτευσας ἅπαντα. Οὐδὲ γὰρ ἐκείνην σοι τέως διηγοῦμαι τὴν γέννησιν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν μετὰ ταῦτα· ἀνέκφραστος γὰρ καὶ ἀπόῤῥητος. Καὶ πρὸ ἐμοῦ σοι τοῦτο ὁ προφήτης εἶπεν Ἡσαΐας· ἀνακηρύττων γὰρ αὐτοῦ τὸ πάθος καὶ τὴν πολλὴν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης κηδεμονίαν, καὶ ἐκπληττόμενος τίς ὢν τί γέγονε, καὶ ποῦ κατέβη, [21] ἀνεβόησε μέγα καὶ λαμπρὸν οὕτω λέγων· *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;*

β'. Οὐ τοίνυν περὶ ἐκείνης ἡμῖν ὁ λόγος νῦν, ἀλλὰ περὶ ταύτης τῆς κάτω, τῆς ἐν τῇ γῇ γενομένης, τῆς μετὰ μυρίων μαρτύρων. Καὶ περὶ ταύτης δὲ, ὡς ἡμῖν δυνατὸν εἰπεῖν δεξαμένοις τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, οὕτω διηγησόμεθα. Οὐδὲ γὰρ ταύτην μετὰ σαφηνείας πάσης παραστῆσαι ἔνι· ἐπεὶ καὶ αὕτη φρικωδεστάτη. Μὴ τοίνυν μικρὰ νομίσῃς ἀκούειν, ταύτην ἀκούων τὴν γέννησιν· ἀλλ' ἀνάστησόν σου τὴν διάνοιαν, καὶ εὐθέως φρίξον, ἀκούσας ὅτι Θεὸς ἐπὶ γῆς ἦλθεν. Οὕτω γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν καὶ παράδοξον ἦν, ὡς καὶ τοὺς ἀγγέλους χορὸν ὑπὲρ τούτων στήσαντας τὴν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τούτοις ἀναφέρειν εὐφημίαν, καὶ τοὺς προφήτας ἄνωθεν τοῦτο ἐκπλήττεσθαι, ὅτι *Ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.* Καὶ γὰρ [67] σφόδρα παράδοξον ἀκοῦσαι, ὅτι ὁ [68] Θεὸς ὁ ἀπόῤῥητος [69], καὶ ἀνέκφραστος, καὶ ἀπερινόητος, καὶ τῷ Πατρὶ ἴσος, διὰ μήτρας ἦλθε παρθενικῆς, καὶ γενέσθαι ἐκ γυναικὸς κατεδέξατο, καὶ σχεῖν προγόνους τὸν Δαυῒδ καὶ τὸν Ἀβραάμ. Καὶ τί λέγω τὸν Δαυῒδ καὶ τὸν Ἀβραάμ, Τὸ γὰρ δὴ φρικωδέστερον, τὰς γυναῖκας ἐκείνας [70], ὧν ἀρτίως ἐμνήσθημεν. Ταῦτα ἀκούων, ἀνάστηθι, καὶ μηδὲν ταπεινὸν ὑποπτεύσῃς, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ μάλιστα θαύμασον, ὅτι Υἱὸς ὢν τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ, καὶ γνήσιος Υἱὸς, ἠνέσχετο ἀκοῦσαι καὶ Δαυῒδ υἱὸς, ἵνα σὲ ποιήσῃ υἱὸν Θεοῦ· ἠνέσχετο πατέρα αὐτῷ γενέσθαι δοῦλον, ἵνα σοὶ τῷ δούλῳ Πατέρα ποιήσῃ τὸν Δεσπότην. Εἶδες ἐκ προοιμίων εὐθέως οἷα τὰ εὐαγγέλια; Εἰ δὲ [22] ἀμφιβάλλεις περὶ τῶν σῶν, ἀπὸ τῶν ἐκείνου καὶ ταῦτα πίστευε. Πολὺ γὰρ δυσκολώτερον, ὅσον εἰς ἀνθρώπινον λογισμὸν, Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, ἢ ἄνθρωπον υἱὸν Θεοῦ χρηματίσαι. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς τοῦ Δαυῒδ ἐστι καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, μὴ ἀμφίβαλλε λοιπὸν, ὅτι καὶ σὺ, ὁ υἱὸς τοῦ Ἀδὰμ, υἱὸς ἔσῃ τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ εἰκῆ καὶ μάτην τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, εἰ μὴ ἔμελλεν ἡμᾶς ἀνυψοῦν. Ἐγεννήθη γὰρ [71] κατὰ σάρκα, ἵνα σὺ γεννηθῇς κατὰ πνεῦμα· ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἵνα σὺ παύσῃ γυναικὸς ὢν υἱός. Διὰ τοῦτο διπλῆ γέγονεν ἡ γέννησις, καὶ ἐοικυῖα ἡμῖν, καὶ ὑπερβαίνουσα τὴν ἡμετέραν. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι ἡμῖν συνέβαινε· τὸ δὲ μὴ ἐξ αἵματος, μηδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἢ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ [72] Πνεύματος ἁγίου, τὴν ὑπερβαίνουσαν ἡμᾶς καὶ τὴν μέλλουσαν προαναφώνει [73] γέννησιν, ἣν ἡμῖν ἔμελλεν ἐκ Πνεύματος χαρίζεσθαι. Καὶ πάντα δὲ τὰ ἄλλα τοιαῦτα ἦν. Καὶ γὰρ τὸ λουτρὸν τοιοῦτον [74]· εἶχε γάρ τι τοῦ παλαιοῦ, εἶχέ τι καὶ τοῦ καινοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ προφήτου βαπτισθῆναι, τὸ [75] παλαιὸν ἐδείκνυ· τὸ δὲ Πνεῦμα [76] κατελθεῖν, τὸ νέον ὑπέγραφε [77]. Καὶ καθάπερ τις ἐν μεταιχμίῳ στὰς, δύο τινῶν ἀλλήλων διεστηκότων, ἀμφοτέρας ἁπλώσας τὰς χεῖρας ἑκατέρωθεν λαβὼν συνάψειεν· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐποίησε, τὴν παλαιὰν τῇ καινῇ συνάπτων, τὴν θείαν φύσιν τῇ ἀνθρωπίνῃ, τὰ αὐτοῦ τοῖς ἡμετέροις. Εἶδες τὴν ἀστραπὴν τῆς πόλεως, ὅσῃ σε ἐκ προοιμίων κατηύγασε τῇ λαμπηδόνι; πῶς σοι τὸν Βασιλέα εὐθέως ἔδειξεν ἐν τῷ σῷ σχήματι, ὡσανεὶ ἐν στρατοπέδῳ; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ τὴν οἰκείαν ἀξίαν φαίνεται ἔχων διηνεκῶς ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ τὴν ἁλουργίδα ἀφεὶς καὶ τὸ διάδημα, στρατιώτου σχῆμα ὑπέδυ πολλάκις. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, ἵνα μὴ [23] γνώριμος γενόμενος ἐφ' ἑαυτὸν ἑλκύσῃ τοὺς πολεμίους· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον, ἵνα μὴ γνώριμος γενόμενος, φυγεῖν παρασκευάσῃ τῆς πρὸς αὐτὸν συμπλοκῆς τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοὺς οἰκείους διαταράξῃ πάντας· σῶσαι γὰρ, οὐκ ἐκπλῆξαι, ἐσπούδασε. Διὰ τοῦτο καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀπὸ ταύτης ἐκάλεσε τῆς προσηγορίας, Ἰησοῦν προσειπών. Τὸ γὰρ Ἰησοῦς τοῦτο ὄνομα οὐκ ἔστιν Ἑλληνικὸν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραίων φωνῇ οὕτω λέγεται Ἰησοῦς· ὅ ἐστιν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν ἑρμηνευόμενον, Σωτήρ· Σωτὴρ δὲ, ἀπὸ τοῦ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

γ'. Εἶδες πῶς ἀνεπτέρωσε τὸν ἀκροατὴν, τά τε ἐν συνηθείᾳ φθεγξάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσιν ἡμῖν ἐμφήνας; Καὶ γὰρ ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων τούτων πολλὴ ἡ γνῶσις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἦν [78]. Ἐπειδὴ γὰρ παράδοξα ἦν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ οἱ τῶν ὀνομάτων προέδραμον τύποι· ὥστε ἄνωθεν πάντα καινοτομίας προαναιρεθῆναι θόρυβον. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς [79] ὁ μετὰ Μωϋσέα εἰσαγαγὼν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας λέγεται. Εἶδες τὸν τύπον; βλέπε τὴν [80] ἀλήθειαν· Ἐκεῖνος εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, οὗτος εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά· ἐκεῖνος μετὰ τὸ τελευτῆσαι Μωϋσέα, οὗτος μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν νόμον· ἐκεῖ-

[65] δὲ] + Θεῷ E. [66] διαλέξασθαι pr. D. διαλέγεσθαι E. [67] Καὶ γάρ] + καί B. [68] ὁ om. C. D. bis om. Edd. [69] ἀπόῤῥητος] ἀπρόσιτος E. [70] ἐκείνας] + τὰς πόρνας Edd. [71] γάρ] μὲν γὰρ E. [72] ἀλλ' ἐκ] Sic B. cæteri ἀλλά. [73] προαναφωνεῖ B. An. [74] τοιοῦτον] + ἦν B. [75] τό] καὶ τό B. [76] τὸ δὲ Πν.) τῷ δὲ πν. C. D. τὸ (pr. τῷ) δὲ τὸ πν. E, [77] ὑπέγραφε Edd. [78] ἦν om. A. C. E. [79] Ἰησοῦς ante λέγεται collocat A.

νος ὡς δημαγωγὸς, οὗτος ὡς βασιλεύς. Ἀλλ' ἵνα μὴ Ἰησοῦν ἀκούσας διὰ τὴν ὁμωνυμίαν πλανηθῇς, ἐπήγαγεν· *Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυΐδ*. Ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἦν τοῦ Δαυΐδ, ἀλλ' ἑτέρας φυλῆς. Τίνος δὲ ἕνεκεν Βίβλον αὐτὴν γενέσεως καλεῖ Ἰησοῦ Χριστοῦ; καίτοιγε οὐ τοῦτο ἔχει μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν. Ὅτι πάσης τῆς οἰκονομίας τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ ἀρχὴ καὶ ῥίζα πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν γίνεται. Ὥσπερ οὖν βιβλίον οὐρανοῦ καὶ γῆς καλεῖ Μωϋσῆς, καίτοιγε οὐ περὶ οὐρανοῦ [24] καὶ γῆς διαλεχθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐν μέσῳ πάντων· οὕτω καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου τῶν κατορθωμάτων τὸ βιβλίον ἐκάλεσε. Τὸ γὰρ ἐκπλήξεως γέμον καὶ ὑπὲρ ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν ἅπασαν, ἄνθρωπον γενέσθαι Θεόν· τούτου δὲ γενομένου, τὰ μετὰ ταῦτα ἅπαντα κατὰ λόγον καὶ ἀκολουθίαν ἕπεται.

Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, Υἱοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τότε, Υἱοῦ Δαυΐδ; Οὐχ ὥς τινες οἴονται, κάτωθεν ἄνω βουλόμενος ἐλθεῖν· ἐπεὶ ἐποίησεν ἄν, ὅπερ καὶ [81] ὁ Λουκᾶς· νῦν δὲ τοὐναντίον ποιεῖ. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦ Δαυΐδ ἐμνημόνευσεν; Ἐν [82] τοῖς πάντων στόμασιν ὁ ἄνθρωπος ἦν, ἀπό τε τῆς περιφανείας, ἀπό τε τοῦ χρόνου· οὐ γὰρ πάλαι ἦν τετελευτηκὼς, ὥσπερ ὁ Ἀβραάμ. Εἰ δὲ ἀμφοτέροις ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο μὲν, ὡς παλαιὸν, ἐσιγᾶτο· τοῦτο δὲ, ὡς πρόσφατον καὶ νέον, ὑπὸ πάντων περιεφέρετο. Αὐτοὶ γοῦν λέγουσιν· *Οὐκ ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυΐδ καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαυΐδ, ἔρχεται ὁ Χριστός*. Καὶ οὐδεὶς αὐτὸν υἱὸν Ἀβραὰμ, ἀλλὰ πάντες υἱὸν Δαυΐδ ἐκάλουν· καὶ γὰρ καὶ διὰ τὸν χρόνον, ὡς ἔφθην εἰπὼν, καὶ διὰ τὴν βασιλείαν, μᾶλλον ἐν μνήμῃ πᾶσιν οὗτος ἦν. Οὕτω γοῦν καὶ οὓς ἐτίμων βασιλέας μετ' ἐκεῖνον ἐξ ἐκείνου ἅπαντας ἐκάλουν, καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ Θεός. Καὶ γὰρ καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἕτεροι δὲ προφῆται, λέγουσιν αὐτοῖς παραγίνεσθαι Δαυΐδ καὶ ἀνίστασθαι, οὐ περὶ ἐκείνου λέγοντες τοῦ τετελευτηκότος, ἀλλὰ τῶν ζηλούντων τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνου. Καὶ [83] τῷ Ἐζεκίᾳ φησίν· *Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαυΐδ τὸν παῖδά μου*. Καὶ τῷ Σολομῶνι δὲ ἔλεγεν [84], ὅτι διὰ Δαυΐδ οὐ διέῤῥηξε [85] ζῶντος αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. Πολλὴ γὰρ ἡ δόξα τοῦ ἀνδρὸς ἦν καὶ παρὰ [25] Θεῷ καὶ παρὰ ἀνθρώποις. Διὰ τοῦτο εὐθέως ἐκ τοῦ γνωριμωτέρου τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, καὶ τότε ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνατρέχει, περιττὸν ἡγούμενος, ὅσον πρὸς Ἰουδαίους, ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν. Οὗτοι γὰρ μάλιστα ἦσαν οἱ θαυμαζόμενοι· ὁ μὲν, ὡς προφήτης καὶ βασιλεύς· ὁ δὲ, ὡς πατριάρχης καὶ προφήτης. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ Δαυΐδ ἐστι; φησίν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀνδρὸς οὐκ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἀπὸ γυναικὸς μόνον, ἡ δὲ Παρθένος οὐ γενεαλογεῖται, πῶς εἰσόμεθα ὅτι τοῦ Δαυΐδ ἔκγονος ἦν; Δύο γάρ ἐστι τὰ ζητούμενα· τίνος τε ἕνεκεν ἡ μήτηρ οὐ γενεαλογεῖται, καὶ τί δήποτε ὁ Ἰωσὴφ, ὁ μηδὲν συντελῶν πρὸς τὴν γέννησιν, μνημονεύεται παρ' αὐτῶν· δοκεῖ γὰρ τὸ μὲν περιττὸν εἶναι, τὸ δὲ ἐνδεές. Ποῖον οὖν πρότερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν: Πῶς ἐκ τοῦ Δαυΐδ ἡ Παρθένος. Πῶς οὖν εἰσόμεθα ὅτι ἐκ τοῦ Δαυΐδ; Ἄκουσον τοῦ Θεοῦ λέγοντος τῷ Γαβριὴλ, ἀπελθεῖν *Πρὸς παρθένον* [86] *μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου* καὶ πατριᾶς *Δαυΐδ*. Τί τοίνυν βούλει [87] τούτου σαφέστερον, ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυΐδ ἦν ἡ Παρθένος;

δ'. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἐκεῖθεν ἦν. Καὶ γὰρ νόμος ἦν ὁ κελεύων μὴ ἐξεῖναι γαμεῖν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς. Καὶ ὁ πατριάρχης δὲ Ἰακὼβ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀναστήσεσθαι αὐτὸν προὔλεγεν, οὕτω λέγων· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*. Ἡ γὰρ προφητεία αὕτη, ὅτι μὲν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα γέγονε, δηλοῖ· ὅτι δὲ καὶ τοῦ γένους Δαυΐδ, οὐκέτι. Ἆρα οὖν τῇ φυλῇ Ἰούδα οὐχὶ γένος ἓν ἦν μόνον τὸ τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἕτερα· καὶ συνέβαινε τῆς μὲν φυλῆς εἶναι τοῦ Ἰούδα, οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ γένους Δαυΐδ; Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀνεῖλέ σου τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ὁ εὐαγγελιστὴς, εἰπὼν, ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς [26] ἦν Δαυΐδ. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρωθεν βούλει τοῦτο μαθεῖν, οὐδὲ ἑτέρας ἀπορήσομεν ἀποδείξεως· οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ φυλῆς οὐκ ἐξῆν ἑτέρας, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ πατριᾶς ἑτέρας, τουτέστι, συγγενείας, γαμεῖν. Ὥστε ἄν τε τῇ Παρθένῳ, τὸ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυΐδ ἁρμόσωμεν, ἕστηκε τὸ εἰρημένον· ἄν τε τῷ Ἰωσὴφ, δι' ἐκείνου καὶ τοῦτο κατασκευάζεται. Εἰ γὰρ ἐξ οἴκου Δαυΐδ καὶ πατριᾶς ἦν [ὁ Ἰωσὴφ [88]], οὐκ ἂν ἄλλοθεν ἔλαβε τὴν γυναῖκα, ἢ ὅθεν καὶ αὐτὸς ἦν. Τί οὖν, εἰ παρέβη τὸν νόμον; φησί. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβὼν ἐμαρτύρησεν, ὅτι δίκαιος ἦν ὁ Ἰωσὴφ, ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀλλὰ μαθὼν αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν, κἀκεῖνο εἰδῇς, ὅτι οὐκ ἂν παρέβη τὸν νόμον. Ὁ γὰρ οὕτω φιλάνθρωπος καὶ πάθους ἐκτὸς, ὡς μηδὲ ὑποψίας ἀναγκαζούσης βουληθῆναι ἐπιχειρῆσαι κολάσαι τὴν Παρθένον, πῶς ἂν δι' ἡδονὴν παρέβη τὸν νόμον; Ὁ γὰρ ὑπὲρ νόμον φιλοσοφήσας (καὶ γὰρ τὸ ἀφεῖναι καὶ λάθρα ἀφεῖναι [89], ὑπὲρ νόμον φιλοσοφοῦντος ἦν), πῶς ἂν παρὰ νόμον [90] ἔπραξέ τι, καὶ ταῦτα οὐδεμιᾶς ἀναγκαζούσης αἰτίας; Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαυΐδ ἦν ἡ Παρθένος, ἐκ τούτων δῆλον· τίνος δὲ ἕνεκεν αὐτὴν οὐκ ἐγενεαλόγησεν, ἀλλὰ τὸν Ἰωσὴφ, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Τίνος οὖν ἕνεκεν; Οὐκ ἦν νόμος παρὰ Ἰουδαίοις γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας. Ἵν' οὖν καὶ τὸ ἔθος φυλάξῃ καὶ μὴ δόξῃ παραχαράττειν ἐκ προοιμίων, καὶ τὴν κόρην ἡμῖν γνωρίσῃ, διὰ τοῦτο τοὺς προγόνους αὐτῆς σιγήσας, τὸν Ἰωσὴφ ἐγενεαλόγησεν. Εἴτε γὰρ ἐπὶ τῆς Παρθένου τοῦτο ἐποίησεν, ἔδοξεν ἂν καινοτομεῖν· εἴτε τὸν Ἰωσὴφ ἐσίγησεν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τῆς Παρθένου τοὺς προγόνους. Ἵν' οὖν μάθωμεν τὴν Μαρίαν, [27] τίς ἦν καὶ πόθεν, καὶ τὰ τῶν νόμων ἀκίνητα μείνῃ, τὸν μνηστῆρα αὐτῆς ἐγενεαλόγησε, καὶ ἔδειξεν ὄντα ἐκ τῆς οἰκίας Δαυΐδ. Τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, κἀκεῖνο συναποδέδεικται, τὸ καὶ τὴν Παρθένον ἐκεῖθεν εἶναι, διὰ τὸ τὸν δίκαιον τοῦτον, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, μὴ ἀνασχέσθαι ἑτέρωθεν ἀγαγέσθαι γυναῖκα. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον λόγον εἰπεῖν μυστικώτερον, δι' ὃν ἐσιγήθησαν

[80] τὴν] καὶ τὴν Edd. [81] ὅπερ καὶ] Sic B. cæteri om. καί. [82] Ἐν] Ὅτι ἐν Ep. An. [83] Καὶ + ὁ Θεὸς δέ E. δὲ ante φησιν B. [84] ἔλεγεν] λέγεται C. εἴρηται E. [85] διέῤῥηξε] Sic B. D. Arm. dirumperet An., cæteri διαῤῥήξω. [86] παρθένον] τὴν παρθένον Edd. [87] βούλει] + μαθεῖν A. βούλει. . . ἀκούσῃς] βούλει λοιπὸν, ἀκούσας E. [88] ὁ Ἰωσὴφ om. B. An. Arm. [89] ἀφῆναι Mor. ἀφιέναι Sav. Ben. [90] παράνομον D. E.

generationem, sed totam dispensationem complectatur? Quia hoc totius dispensationis caput est, atque principium nobis et radix omnium bonorum. Quemadmodum librum cæli et terræ vocavit Moyses, etiamsi non de cælo et terra tantum loquatur, sed de iis etiam quæ in medio posita erant: ita et hic quoque ex capite bonorum ac præclare gestorum librum nuncupavit. Quod enim stupendum est omnemque spem exspectationemque superat, est hominem Deum fieri: quo facto omnia secundum rationem et consequentiam eveniunt.

*Davidis splendor. Quædam de genealogia Christi quæstiones solvuntur.* — Cur autem non dixit, Filii Abraham, et postea, Filii David? Non, ut quidam opinantur, ab inferioribus volens ad superiora ascendere: alioquin id fecisset quod et Lucas; nunc autem e contrario facit. Cur ergo Davidem memoravit? Quia ille in omnium ore ferebatur, tum ob gestorum splendorem, tum etiam temporis causa, quod non tot ante sæculis mortuus esset, quot Abraham. Etiamsi vero utrique pollicitus sit Deus, illud tamen quasi antiquius tacebatur; hoc autem, utpote recentius, omnium ore circumferebatur. Ipsi namque dicunt: *Nonne ex semine David et Bethlehem vico, ubi erat David, venit Christus* (*Joan.* 7. 42)? Nemo illum filium Abrahæ, sed omnes filium David vocabant: nam ob temporis spatium, ut dixi, et ob regnum, in memoria hominum magis versabatur. Similiter et reges quos venerabantur, quique post illum fuere, ab illo cognominabant, nec ipsi solum, sed etiam Deus. Etenim Ezechiel et alii prophetæ dicunt venturum esse David et resurrecturum esse, non de Davide qui mortuus erat loquentes, sed de iis qui ejus virtutem sectarentur. Ezechiæ vero ait: *Protegam civitatem hanc propter me et propter David puerum meum* (4. *Reg.* 19. 34). Salomoni vero dicebat, se propter Davidem regnum vivente ipso [Salomone] non divisisse (3. *Reg.* 11. 34). Magna enim erat illius viri gloria et apud Deum et apud homines. Ideoque ab illo qui notior erat exordium ducit, et tunc ad antiquiorem parentem recurrit, superfluum ducens, quantum ad Judæos, superius sermonem ordiri. Hi enim maxime mirabiles erant: hic, utpote rex et propheta; ille, ut patriarcha et propheta. Et unde probatur, inquies, illum ex Davide ortum esse? Si enim non ex viro, sed ex muliere tantum natus est, virginis autem genealogia non texitur, quomodo sciemus ipsum ex Davide esse ortum? Duæ namque sunt quæstiones: cur matris genealogia non texitur, et cur Joseph, qui nihil contulit ad generationem, ab illis memoratur: videtur enim hoc redundare, et illud desiderari. Quid ergo prius perquirendum est? Quomodo ex Davide Virgo orta fuerit. Quo pacto autem sciemus ex Davide ortam esse? Audi Deum Gabrieli præcipientem ut adiret *Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo et familia David* (*Luc.* 1. 27). Quid clarius postulas, cum audis de domo et familia David Virginem fuisse?

4. Unde patet, Joseph etiam inde ortum fuisse. Lex quippe erat quæ vetaret uxores ducere, nisi ex propria tribu. Patriarcha vero Jacob illum ex tribu Juda exoriturum esse prædixit: *Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est: et ipse erit exspectatio gentium* (*Gen.* 49. 10). Certe hæc prophetia, quod ex tribu David fuerit, declarat; at non quod ex genere Davidis. Num igitur in tribu Juda non aliud erat genus quam Davidis? Imo multa alia, et contingere potuit ut esset ex tribu Juda, quin esset ex genere Davidis. Verum ne hoc diceres, hanc tibi suspicionem tollit evangelista, dicens illum fuisse ex domo et familia David. Quod si id aliunde etiam discere velis, non deerit alia probatio: non modo enim non licebat ex alia tribu uxorem ducere, sed neque ex alia familia, id est, ex alia cognatione. Itaque si illud, *Ex domo et familia David*, Virgini aptemus, dictum illud constabit; si Josepho, illud ipsum consequitur. Si enim ex domo et familia David erat Joseph, non aliunde accepit uxorem, quam ex cognatione sua. Quid vero, inquies, si legem transgressus sit? Sed idcirco præoccupans testificatus est, Joseph fuisse justum, ut ne hoc diceres, sed illius virtutem edoctus, nosses legem ab ipso non fuisse violatam. Qui enim ita humanus erat [1] et a pravo hominis affectu vacuus, ut ne suspicione quidem urgente vellet de Virgine sumi supplicium, quomodo libidinis causa legem transgressus esset? Qui enim plus quam lex ferebat philosophabatur (nam dimittere et occulte dimittere, illud erat ultra legem philosophari), quomodo contra legem aliquid admitteret, idque nulla cogente necessitate? Verum ex genere David Virginem fuisse, ex jam dictis palam est. Jam vero operæ pretium fuerit dicere, cur non illius, sed Josephi genealogiam duxerit. Qua de causa igitur? Non erat mos apud Judæos mulierum genealogias texere. Ut igitur secundum morem ageret, nec videretur illum ab initio transgredi, utque simul nobis Virginis genus indicaret, ipsius majores reticens, Josephi genealogiam duxit. Si enim id de Virgine fecisset, novitatis notam non effugisset; si Josephum tacuisset, Virginis progenitores non nossemus. Ut itaque discamus quæ esset Maria, et unde orta, legesque intactæ manerent, sponsi ejus genealogiam contexuit, et ex domo David ostendit esse. Hoc enim commonstrato, illud quoque simul ostenditur Virginem etiam inde ortam fuisse; quandoquidem, ut dixi, noluisset justus ille aliunde uxorem accipere. Superest et alia causa magis arcana et mystica, cur Virginis majores silentio missi fuerint, quam hic aperire minus opportunum esset, quia jam multa dicta sunt. Quamobrem hic quæstionum finem facientes, ea quæ nobis explicata sunt accurate retineamus: nempe, cur Davidis mentio primum facta fuerit; cur librum vocaverit librum generationis, quare dixerit, *Jesu Christi;* quare generatio sit communis et non communis; undenam Maria ex Davide orta esse ostendatur; cur illius majoribus silentio missis, genealo-

[1] Alii, *ita virtutis erat amator.*

gia Josephi ducta fuerit. Si enim hæc servaveritis, ad reliqua dicenda alacriores nos reddetis; si vero hæc respueritis et ex mentibus missa feceritis, ad cætera proferenda segniores erimus. Neque enim agricola terram, quæ semina corrumpat, libenter excoluerit. Quamobrem, rogo, hæc mente volvatis. Ex talium quippe rerum meditatione magnum quidpiam et salutare bonum animæ paritur. Nam et Deo placere poterimus, si hæc curemus, et ora nostra a contumeliis, obscœnis verbis et conviciis pura erunt, dum spiritualibus exercebuntur eloquiis; dæmonibusque formidabiles esse poterimus, si linguam nostram talibus verborum armis muniamus: hinc oculorum nobis perspicacitas augetur. Nam et oculos, et os, et auditum ideo in nobis posuit, ut omnia ipsi membra serviront; ut quæ ipsius sunt loquamur, ut quæ ipsius sunt operemur, ut perpetuo hymnos ipsi canamus, ut gratiarum actiones emittamus, ac per hæc conscientiam nostram purgemus. Quemadmodum enim corpus puro fruens aere valentius evadet, sic et anima his exercitiis innutrita, philosophiæ magis addicta erit.

5. Annon vides corporis oculos, dum in fumo versantur, lacrymas semper fundere, cum autem in puro aere, in prato, in fontibus, in hortis, et perspicaciores et saniores esse? Talis est et animæ oculus: si in prato spiritualium eloquiorum pascatur, purus, clarus et perspicax erit; sin fumum sæcularium negotiorum adeat, plurimum lacrymabitur ac flebit, et nunc et in futuro. Humana quippe negotia fumo sunt similia. Ideoque dicebat quispiam: *Defecerunt sicut fumus dies mei* (*Psal.* 101. 4). Sed ille quidem de brevitate et de fuga mobilis ævi loquitur: ego vero non de hac re tantum, sed etiam de perturbatione [1] rerum præsentium hæc accipienda esse censeo. Nihil enim mentis oculum ita male afficit et turbat, ut sæcularium curarum tumultus, et concupiscentiarum turba. Hæc enim sunt fumi hujusce ligna. Ac quemadmodum ignis, cum humidam materiam corripit, multum excitat fumum: sic et concupiscentia, quæ fervens et ipsa ac quasi flammea est, cum humidam quamdam ac dissolutam corripit animam, multum et ipsa fumum parit. Idcirco opus est rore Spiritus, et aura illa, quæ ignem exstinguat, ac fumum dissipet, mentemque nostram volucrem reddat. Nec quis potest, nec potest utique, tot obrutus malis ad cælum volare: sed optandum est, nos expeditos hanc posse carpere viam; imo vero ne sic quidem possumus, nisi alas Spiritus assumamus. Si itaque expedita mente, ac spirituali gratia opus nobis est, ut ad tantam sublimitatem ascendere valeamus; cum eorum nihil, sed prorsus contraria pondusque satanicum contrahamus: quo pacto poterimus avolare, tanto onere depressi? Si quis enim quasi in justis stateris cogitatus nostros appendere velit, inter mille talenta sæcularium sermonum, vix denarios centum spiritualium verborum inveniet; imo, ne decem obolos. Annon ergo turpe omninoque ridiculum est, dum servum habentes, illo ut plurimum utimur ad res necessarias, nos ore, membro nostro, non perinde uti atque servo; sed contra, ad inutilia et superflua negotia? Atque utinam ad superflua tantum; sed etiam illo utimur ad contraria et noxia et nihil utilitatis habentia. Si enim nobis ea quæ loquimur utilia essent, etiam Deo procul dubio placerent.

*Linguæ moderandæ ratio.* — Nunc autem ea omnia loquimur quæ diabolus suggesserit, modo ridentes, modo urbana loquentes, modo maledicta et contumelias proferentes, modo jurantes, mentientes, pejerantes; nunc ferocientes, nunc futilia et anilibus fabulis leviora, quæ nihil ad nos attinent, in medium afferentes. Quis enim vestrum, quæso, psalmum unum recitare rogatus, id dicere possit, vel aliam quampiam divinæ Scripturæ partem? Nemo sane. Neque illud solum grave est; sed quod circa spiritualia desides, circa satanica igne sitis ferventiores. Nam si quis vos interrogare velit de diabolicis canticis, de meretriciis et lascivis carminibus, multos inveniet qui hæc accurate sciant, et cum voluptate magna pronuntient. Sed quæ defensio ad talem criminationem? Non sum, inquit, monachus, sed uxorem et filios habeo, curamque domesticæ rei gero. Atqui illud est quod omnia pessumdat, quod ad monachos solum putetis pertinere lectionem divinarum Scripturarum, cum multo magis quam illis sit vobis necessaria. Illi enim qui in medio versantur, et quotidie vulnera excipiunt, multo magis medicamine egent. Itaque longe pejus est, quam non legere, superfluam rem esse putare. Hæc quippe verba satanica sunt commenta.

6. *Lectio evangeliorum necessaria.* — Non auditis Paulum dicentem, hæc omnia ad correptionem nostram scripta esse (1. *Cor.* 10. 11)? Tu vero, si Evangelium illotis manibus sumere oporteret, id utique nolles, et tamen putas ea quæ in illo continentur non esse admodum necessaria. Ideoque omnia sus deque versa sunt. Quod si discere velis quantum lucri reportetur ex Scripturis: te ipsum examina, quo nempe in situ et statu sis cum psalmos audis; et quo, cum satanicam cantilenam: quo affectu sis in ecclesia versans, quo in theatro sedens: videbisque quantum sit discrimen inter hanc et illam animam, licet una eademque sit. Ideoque Paulus dicit: *Corrumpunt mores bonos colloquia prava* (1. *Cor.* 15. 33). Idcirco assiduis Spiritus sancti cantibus egemus. Illud enim est in quo brutis præstamus, licet in aliis quibusdam longe ipsis inferiores simus. Hoc est alimentum animæ, hoc ornamentum, hoc securitas; contra vero non audire, illud fames, illud corruptio est: *Dabo*

[1] Morel, *de fragilitate*. In Græco legitur, ἀραχνῶδες, qua voce exprimitur fragilitas telæ araneæ; sed nulla suppetit vox latina quæ copiosam hanc significationem in se habeat.

ς Παρθένου πρόγονοι, ὅνπερ οὐκ εὔκαιρον νῦν
ιύψαι διὰ τὸ πολλὰ εἶναι τὰ εἰρημένα. [91] Διόπερ
θα στήσαντες τὸν περὶ τῶν ζητημάτων λόγον,
ζωμεν τέως μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐκκαλυφθέντα
οἷον, διατί τοῦ Δαυῒδ ἐμνήσθη πρῶτον· διατί
λίον, γενέσεως ἐκάλεσε Βιβλίον· διατί εἶπεν,
ῦ *Χριστοῦ*· πῶς ἡ γέννησις κοινὴ καὶ οὐ
· πόθεν ὅτι ἡ Μαρία τοῦ [92] Δαυῒδ οὖσα ἐδείχθη·
ίνος ἕνεκεν ὁ Ἰωσὴφ ἐγενεαλογήθη, σιγηθέν-
ῶν ἐκείνης προγόνων. Ἂν μὲν γὰρ φυλάττητε
, προθυμοτέρους ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα
εσθε· ἂν δὲ ἀποπτύσητε καὶ ἐκβάλητε αὐτὰ
υχῆς, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ὀκνηρότερον διακεισό-
Οὐδὲ γὰρ γῆς τὰ πρότερα διαφθειράσης [93]
ιατα ἕλοιτ' ἂν ἐπιμελεῖσθαι [94] γεωργός. Διὸ
καλῶ ταῦτα στρέφειν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ τὰ τοιαῦτα
νᾷν, μέγα τι [95] τῇ ψυχῇ καὶ σωτήριον ἐγγίνε-
γαθόν. Καὶ γὰρ καὶ τῷ Θεῷ δυνησόμεθα ἀρέ-
αῦτα φροντίζοντες, καὶ ὕβρεων καὶ αἰσχρολο-
αὶ λοιδοριῶν τὰ στόματα καθαρὰ ἔσται, πνευ-
ὰ μελετῶντα ῥήματα· καὶ δαίμοσιν ἐσόμεθα
οὶ καθοπλίζοντες ἡμῶν τὴν γλῶτταν τοιούτοις
ι· καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ἐπισπασόμεθα μᾶλ-
αὶ διορατικώτερον ἡμῖν ἐργάσεται [96] τὸ ὄμμα.
ὰρ καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ στόμα, καὶ ἀκοὴν διὰ
ἡμῖν ἐνέθηκεν, ἵνα αὐτῷ πάντα δουλεύῃ τὰ
ἵνα τὰ αὐτοῦ φθεγγώμεθα, ἵνα τὰ αὐτοῦ πράτ-
, ἵνα [28] ᾄδωμεν αὐτῷ ὕμνους διηνεκεῖς [97],
χαριστίας ἀναπέμπωμεν, καὶ διὰ τούτων τὸ
ὰς ἑαυτῶν ἐκκαθαίρωμεν [98]. Ὥσπερ γὰρ σῶμα
ἀπολαῦον καθαροῦ ὑγιεινότερον ἔσται, οὕτω καὶ
φιλοσοφωτέρα τοιαύταις ἐντρεφομένη μελέταις.
8. *In virtute progressus qui fiat. Contra juramenta. Vana gloria vitanda.* — Sed vos obsecro et oro, ut parvulorum saltem diligentiam hac in re imitemini. Nam illi primo quidem literarum formam ediscunt; deinde distortas illas agnoscere student; postea ad lectionem viam parant. Sic et nos faciamus : virtute in partes divisa, primo discamus non jurare, nec pejerare, neque maledicere; deinde, ad alium versum progressi, non invidere aliis, non corpora amare, non ventri indulgere, non inebriari, non inhumanos, non socordes esse; ut hinc rursus ad spiritualia transeuntes, operam demus temperantiæ, ventris neglectui, castitati, gloriæ contemptui, modestiæ, cordis contritioni; et hæc simul omnia copulemus, et in anima nostra inscribamus. Atque hæc omnia domi, cum amicis, cum uxore, cum filiis exerceamus. A prioribus autem et facilioribus incipiamus; exempli causa, a juramentorum abstinentia : hoc elementum frequenter domi meditemur. Huic porro meditationi multa domi officiunt : nam famulus ad iracundiam provocat, uxor molesta iram excitat, filius immorigerus et inordinatus ad minas et juramentum deducit. Si itaque domi sæpius ab his concitatus, abstineas tamen a juramentis, facile poteris etiam in foro invictus perseverare : imo etiam id consequeris, ut nemini contumeliam inferas, non uxori, non famulo, non domesticorum cuipiam. Etenim uxor sæpe alium quempiam laudans, et sese miseram prædicans, virum incendit, ut illi maledicat. Tu vero ne iratus eo procedas, ut laudatum vituperes, sed omnia fortiter feras; etiamsi famulos tuos videas laudibus heros alios efferre, ne turberis, sed viriliter sustine. Sit tibi domus palæstra et certaminis locus, ut ibi probe exercitatus, cum multa peritia in foro cum aliis congrediaris. Idipsum circa vanam gloriam facito. Si enim studueris a vana gloria abstinere cum uxore et liberis, et famulis, apud neminem alium tali morbo facile capieris. Ubique enim hic morbus gravis tyrannicusque est, maxime vero cum adest uxor. Si ergo tunc illum superemus, nullo negotio alibi profligabimus. Circa alios etiam animi morbos idipsum præstemus, domique adversus illos nos exerceamus, quotidie palæstram illam adeuntes. Utque facilior exercitatio illa evadat, nobis ipsis castigationem assignemus, si in quopiam propositum transgrediamur. Sit porro castigatio illa non damnum, sed mercedem et lucrum multum afferens; exempli causa, si jejuniis asperis nos ipsos damnemus, si humi decumbamus, vel macerationem aliam adhibeamus. Sic enim multa undique nobis accedent lucra, et sic in virtute vitam suaviter agemus, futura consequemur bona, ac perpetuo Dei amici erimus. Sed ne eadem ipsa rursus eveniant, neu postquam ea quæ hic dicta sunt admirati fueritis, egressi, negligenter oscitanterque, abjecta mentis vestræ tabula, hæc delendi ansam diabolo præbeatis; unusquisque domum regressus, vocet uxorem, hæc illi denuntiet, ipsamque assumat adjutricem; ab hac autem die in pulchram illam palæstram descendat, oleo usus Spiritus sancti auxilio. Etsi vero semel, aut bis, aut pluries in tali exercitio concidas, ne desperes, sed sta rursum et decerta; nec prius absistas, quam splendidam contra diabolum victoriam reportaveris : et in tutissimo virtutis thesauro depositum recondas. Nam si huic pulchræ philosophiæ assuescas, non ultra poteris ex segnitie mandata quælibet transgredi, consuetudine naturæ firmitatem imitante. Quemadmodum enim facile est dormire, comedere, bibere, respirare, ita nobis facilia erunt ea quæ ad virtutem spectant, puramque illam assequemur voluptatem, in tuto portu constituti, et perpetua fruentes tranquillitate, navimque magnis opibus onustam in civitatem illam appellentes in die illa, coronas consequemur non fluxas : quas utinam nobis nancisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XII.

Cap. 3. v. 13. *Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.*

1. Cum famulis Dominus, cum reis Judex baptizandus venit. Sed ne turberis : nam in humilibus hujusmodi rebus ejus celsitudo maxime resplendet. Qui enim in virginali vulva tanto tempore gestari passus est, et inde cum natura nostra prodire, alapis cædi et crucifigi [1], et alia perpeti quæ passus est, quid miraris si baptizari dignatus sit, et cum aliis ad servum accedere? Illud enim stupendum erat, quod Deus cum esset, vellet homo fieri : cætera vero deinceps secundum rectam rationem consequuntur. Ideo enim Joannes statim dixit, se non esse dignum corrigiam calceamenti ejus solvere, cæteraque omnia, nempe quod judex sit, quod pro merito singulis reddat, quodque Spiritum affatim daturus sit omnibus; ut cum videris eum ad baptismum venientem, nihil vile suspiceris. Idcirco præsentem illum cohibet dicens : 14. *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me* :

[1] Quidam post vocem, *crucifigi*, addunt, *et sepeliri*.

Quia enim baptismus pœnitentiæ erat, et in accusationem peccatorum inducebat : ne quis putaret ipsum eodem animo ad Jordanem venire, hanc cogitationem corrigit, dum agnum vocat, et peccatorum per orbem omnium redemptorem. Qui enim totius humani generis peccata tollere potest, multo magis ipse impeccabilis erat. Ideoque non dixit : Ecce impeccabilis; sed quod multo majus erat, *Qui tollit peccata mundi* (*Joan.* 1. 29), ut cum hoc et illud omnino certum habeas, videasque illum alia quædam administrantem ad baptismum venire. Idcirco venienti illi dicebat : *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?* Neque dixit, Et tu baptizaris a me : nam illud metuit dicere : sed quid? *Et tu venis ad me?* Quid igitur Christus? Quod erga Petrum postea, id tunc etiam fecit. Nam et ipse cohibebat illum, ne pedes suos lavaret; sed cum audisset : *Quod ego facio tu nescis, scies autem postea* (*Joan.* 13. 7); et, *Non habebis partem mecum* (*Ibid. v.* 8) : statim a contentione destitit, et in contrarium mutatus est. Hic quoque similiter ut audivit : 15. *Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam :* statim obsequutus est. Neque enim pertinaciter erant contentiosi, sed amorem simul et obedientiam exhibebant, in omnibusque Domino obtemperare studebant. Considera autem quomodo illum ab eo inducat, a quo maxime putabat non par esse ita fieri : non enim dixit, Sic justum est; sed, *Sic decet.* Quia enim indignum omnino esse putabat, si ille a servo baptizaretur, hoc maxime ipsi contra opposuit, ac si dixisset : Nonne id refugis et cohibes quasi indecorum? Propterea ergo *Sine*, quia admodum decorum est. Neque simpliciter dixit, *Sine;* sed addidit, *Nunc.* Non enim perpetuo ita erit, inquit : sed in eo statu me videbis, quo desideras : at nunc hoc exspecta. Deinde ostendit quomodo illud deceat. Quomodo igitur decet? Quia legem totam implemus; id quippe significavit dicendo, *Omnem justitiam.* Justitia enim est mandatorum observatio. Quia igitur, inquit, alia omnia mandata implevimus, hoc autem unum superest, et illud quoque adjungi oportet. Veni quippe solvere maledictum, ex transgressione legis impositum. Oportet igitur me ipsum, cum totam legem implevero, et vos a damnatione liberavero, sic illam abrogare. Decet ergo me totam implere legem : quia decet etiam maledictum solvere contra vos in lege inscriptum. Ideo carnem assumpsi et adveni. *Tunc dimisit eum.* 16. *Et baptizatus Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cœli : et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super eum.*

2. *Christus cur Joanne minor putabatur.* — Quia enim multo majorem illo Joannem esse putabant, eo quod in deserto semper vixisset, et filius sacerdotis esset, talique indutus vestimento, atque omnes ad baptismum vocaret, exque sterili natus esset; Jesus vero ex obscura puella natus : partus enim ex Virgine nondum omnibus erat notus; quodque domi nutritus, cum omnibus versatus et vulgari veste esset indutus : minorem ipsum esse putabant quia nihil adhuc ex arcanis illis viderant. Contigit autem et ipsum a Joanne baptizari : id quod illam maxime firmabat opinionem, etiam si nihil aliud ex dictis præcessisset. Cogitabant enim eum esse quempiam a vulgo : alioquin enim, nisi de vulgo esset, non cum turba ad baptismum venturus erat : Joannes vero major et longe mirabilior esse putabatur. Ne igitur illa apud multos sententia prævaleret, cum ipse baptizatus fuisset, cœli aperti sunt, Spiritus descendit, et vox cum Spiritu prædicans hujusce Unigeniti dignitatem. Quia enim hæc vox quæ dicebat, 17. *Hic est Filius meus dilectus*, multo magis Joanni competere apud plurimos visa fuisset; neque enim addiderat, Hic qui baptizatur, sed *Hic* simpliciter, et auditorum singuli id potius de baptizante, quam de baptizato dici suspicati fuissent, tum ob ipsam Baptistæ dignitatem [1], tum ob ea omnia quæ jam dicta sunt : venit Spiritus columbæ specie, qui vocem traheret ad Jesum, omnibusque declararet vocem illam, *Hic*, non de Joanne baptizante, sed de Jesu baptizato proferri. Et quare, inquies, his ita gestis non crediderunt? Quia etiam sub Moyse multa patrata sunt miracula, etiamsi non talia : et tamen post illa omnia, post voces et tubas, et fulgura, vitulum conflarunt, et Beelphegori initiati sunt. Ipsique etiam, qui tum præsentes erant, cum Lazarum suscitatum vidissent, tantum abfuit ut crederent talia patranti, ut etiam illum occidere sæpe tentarent. Si igitur præ oculis habentes mortuorum resurrectionem, ita erant increduli et pravi, quid miraris si vocem illam supernam non exceperunt? Cum enim improba et perversa est anima, livorisque morbo affecta, nulli cedit miraculo; contra vero cum proba est, omnia cum fide accipit, imo neque his admodum opus habet. Ne igitur quæras cur non crediderunt : illud tibi quærendum esset si non facta fuissent omnia, quæ ad credendum inducere debebant. Etenim per prophetam Deus super hæc omnia, quæ ab se præstari debuerunt, hunc defensionis modum affert. Quia enim futurum erat ut Judæi perirent, et extremo supplicio traderentur; ne quis ex ipsorum nequitia ejus providentiam culparet, ait : *Quid me oportuit facere vineæ huic, et non feci* (*Isai.* 5. 4)? Idipsum hic consideres oportet, quid oportebat fieri, et non factum est. Et si quando de providentia Dei sermones moveantur, hoc defensionis modo utere adversus eos qui de multorum improbitate ipsam criminari conantur. Perpende igitur quam mirabilia perpetrentur, et futurorum initia : non enim paradisus, sed cælum aperitur. Verum hæc contra Judæos oratio in aliud tempus differatur : nunc autem, Deo juvante, ad ea quæ jam tractamus sermo referatur : *Et baptizatus Jesus, ascendit confestim ex aqua; et ecce aperti sunt ei cœli.* Cur aperti sunt cœli? Ut discas, cum tu baptizaris, idipsum fieri, Deo te ad cælestem patriam vocante, et suadente ut nihil cum terra commune habeas. Quod si id non vides, ne

[1] Quidam habent, *ob ipsam baptismi dignitatem;* sed multo præstat lectio quæ est in textu.

καὶ εἰς κατηγορίαν τῶν πεπλημμελημένων ἐνῆγεν, ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ τῆς τοιαύτης γνώμης ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἔρχεται, προδιορθοῦται αὐτὸ, τῷ τε Ἀμνὸν καλέσαι, καὶ λυτρωτὴν τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁμαρτίας ἁπάσης. Ὁ γὰρ τὰ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἁμαρτήματα δυνάμενος ἀνελεῖν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ἀναμάρτητος ἦν. Διὰ δὴ τοῦτο οὐκ εἶπεν· Ἴδε ὁ ἀναμάρτητος· ἀλλ' ὃ πολλῷ πλέον ἦν, *Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ἵνα μετὰ [64] τούτου κἀκεῖνο μετὰ πάσης δέξῃ πληροφορίας, καὶ δεξάμενος ἴδῃς [65], ὅτι ἑτερά τινα οἰκονομῶν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται. Διὸ καὶ ἐλθόντι αὐτῷ ἔλεγεν· *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ;* Καὶ οὐκ εἶπε, Καὶ σὺ βαπτίζῃ ὑπ' ἐμοῦ; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἔδεισεν εἰπεῖν· ἀλλὰ τί; *Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ;* Τί οὖν ὁ Χριστός; Ὅπερ ἐπὶ τοῦ Πέτρου πεποίηκεν ὕστερον, τοῦτο καὶ τότε ἐποίησε. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος διεκώλυεν αὐτὸν νίψαι τοὺς πόδας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἤκουσεν· *Ὃ ποιῶ, νῦν σὺ οὐκ οἶδας, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα*· καὶ ὅτι *Οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*· ταχέως ἀπέστη τοῦ τόνου, καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον μετέστη. Καὶ οὗτος ὁμοίως πάλιν, ἀκούσας· *Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην*· εὐθέως ὑπήκουσεν [66]. Οὐ γὰρ ἀμέτρως ἦσαν φιλόνεικοι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγάπην ἐπεδείκνυντο καὶ τὴν ὑπακοὴν, καὶ πάντα πείθεσθαι ἐμελέτων τῷ Δεσπότῃ. Σκόπει δὲ πῶς ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐνάγει, ἀφ' ὧν μάλιστα ὑπώπτευε τὸ γινόμενον· οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Οὕτω δίκαιόν ἐστιν, ἀλλ', *Οὕτω πρέπον ἐστίν*. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνάξιον αὐτοῦ μάλιστα εἶναι [67] ἐνόμιζε τοῦτο, τὸ παρὰ τοῦ δούλου βαπτισθῆναι, τοῦτο μάλιστα τέθεικε τὸ πρὸς ἐκεῖνο ἀντιδιαστελλόμενον, ὡσανεὶ ἔλεγεν· Οὐχ ὡς ἀπρεπὲς τοῦτο φεύγεις καὶ διακωλύεις; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο [68] ἄφες, ὅτι καὶ μάλιστα πρέπον ἐστίν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἄφες· ἀλλὰ τὸ, *ἄρτι*, προσέθηκεν. Οὐ γὰρ διηνεκῶς ταῦτα ἔσται, φησὶν, ἀλλ' ὄψει με ἐν τούτοις οἷς ἐπιθυμεῖς· ἄρτι μέντοι ὑπόμεινον τοῦτο. Εἶτα καὶ [69] δείκνυσι πῶς τοῦτο πρέπον. Πῶς οὖν πρέπον ἐστίν; Ὅτι τὸν νόμον πληροῦμεν ἅπαντα· ὅπερ οὖν δηλῶν ἔλεγε, *Πᾶσαν δικαιοσύνην*. Δικαιοσύνη γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσις. Ἐπεὶ οὖν πάσας τὰς ἄλλας [70] ἐντολὰς ἠνύσαμεν, φησὶ, τοῦτο δὲ ὑπολέλειπται μόνον, δεῖ προστεθῆναι καὶ τοῦτο. Καὶ γὰρ ἦλθον λῦσαι τὴν ἀρὰν τὴν ἐπὶ τῇ παραβάσει τοῦ νόμου κειμένην. Δεῖ τοίνυν πρότερον ἐμὲ [71] αὐτὸν πάντα πληρώσαντα, καὶ ἐξελόμενον ὑμᾶς τῆς καταδίκης, οὕτως αὐτὸν ἀναπαῦσαι. Πρέπον οὖν ἐστιν [162] ἐμοὶ πληρῶσαι τὸν νόμον ἅπαντα· ἐπειδὴ καὶ πρέπον ἐστὶ λῦσαι τὴν καθ' ὑμῶν ἐν [72] τῷ νόμῳ γεγραμμένην κατάραν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σάρκα ἀνέλαβον καὶ παρεγενόμην. *Τότε ἀφίησιν αὐτόν. Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.*

β'. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ [73] μείζονα αὐτοῦ τὸν Ἰωάννην εἶναι ἐνόμιζον, διὰ τὸ τὸν μὲν ἐν ἐρήμῳ πάντα τραφῆναι τὸν χρόνον, καὶ υἱὸν ἀρχιερέως εἶναι, καὶ στολὴν περικεῖσθαι τοιαύτην, καὶ πάντας ἐπὶ τὸ βάπτισμα καλεῖν, καὶ ἀπὸ στείρας τετέχθαι· τὸν δὲ Ἰησοῦν καὶ ἀπὸ εὐτελοῦς κόρης εἶναι (ὁ γὰρ τῆς παρθενίας τόκος οὐδέπω πᾶσι κατάδηλος ἦν), καὶ διὰ τὸ ἐν οἰκίᾳ τραφῆναι, καὶ μετὰ πάντων ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὴν κοινὴν ταύτην ἐσθῆτα περικεῖσθαι, ἐλάττονα αὐτοῦ [74] εἶναι ὑπώπτευον, οὐδὲν οὐδέπω τῶν ἀπορρήτων εἰδότες ἐκείνων. Συνέβη δὲ καὶ βαπτισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου· ὅπερ ταύτην μᾶλλον ἐβεβαίου τὴν ὑπόνοιαν, εἰ καὶ μηδὲν τῶν προτέρων ἦν· ἐνενόουν γὰρ ὅτι οὗτος μὲν τῶν πολλῶν εἷς [75]· οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, οὐκ ἂν μετὰ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦλθεν· ἐκεῖνος δὲ μείζων αὐτοῦ καὶ πολλῷ θαυμαστότερος· ἵν' οὖν μὴ αὕτη κρατήσῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἡ δόξα, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἀνοίγονται, βαπτισθέντος αὐτοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα κάτεισι, καὶ φωνὴ μετὰ τοῦ Πνεύματος κηρύττουσα τοῦ [76] Μονογενοῦς τὴν ἀξίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς*, παρὰ τοῖς πολλοῖς μᾶλλον ἁρμόττειν ἐδόκει τῷ Ἰωάννῃ· οὐ γὰρ προσέθηκεν, Οὗτος ὁ βαπτιζόμενος, ἀλλ' ἁπλῶς, *Οὗτος*· καὶ τῶν ἀκροατῶν ἕκαστος περὶ τοῦ βαπτίζοντος μᾶλλον, ἢ τοῦ βαπτιζομένου εἰρῆσθαι αὐτὴν ὑπενόει, διά τε αὐτὸ τοῦ Βαπτιστοῦ τὸ ἀξίωμα, διά τε τὰ εἰρημένα ἅπαντα· ἦλθε τὸ Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς τὴν φωνὴν ἕλκον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πᾶσι δῆλον ποιοῦν, ὅτι τὸ, *Οὗτος*, οὐ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτίζοντος, ἀλλὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ βαπτιζομένου εἴρηται. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἐπίστευσαν τούτων γινομένων; Ὅτι καὶ ἐπὶ Μωϋσέως πολλὰ γέγονε θαύματα, εἰ καὶ μὴ τοιαῦτα· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα, καὶ τὰς φωνὰς, καὶ τὰς σάλπιγγας, καὶ τὰς ἀστραπὰς, καὶ μόσχον ἐχάλκευσαν [77], καὶ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθησαν. Καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι [78] οἱ τότε παρόντες, καὶ τὸν Λάζαρον ἀναστάντα ἰδόντες, τοσοῦτον ἀπέσχον πιστεῦσαι τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ, ὅτι καὶ αὐτὸν ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν πολλάκις. Εἰ τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶντες νεκρῶν ἀνάστασιν, οὕτως ἦσαν πονηροὶ, τί θαυμάζεις, εἰ φωνὴν οὐκ ἐδέξαντο φερομένην ἄνωθεν; Ὅταν γὰρ ἀγνώμων ᾖ [79] ψυχὴ καὶ διεστραμμένη, καὶ τῷ τῆς βασκανίας κατεχομένη νοσήματι, οὐδενὶ εἴκει τούτων· ὥσπερ οὖν ὅταν εὐγνώμων ᾖ, μετὰ πίστεως ἅπαντα δέχεται, καὶ τούτων οὐ σφόδρα δεῖται. Μὴ τοίνυν τοῦτο εἴπῃς, ὅτι οὐκ [163] ἐπίστευσαν· ἀλλ' ἐκεῖνο ζήτει, εἰ μὴ πάντα γέγονεν, ἀφ' ὧν αὐτοὺς πιστεῦσαι ἐχρῆν. Καὶ γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων τοῦτον [80] συντίθησι τὸν τρόπον τῆς ἀπολογίας ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόλλυσθαι ἔμελλον Ἰουδαῖοι, καὶ ἐσχάτῃ παραδίδοσθαι κολάσει, ἵνα μή τις ἀπὸ τῆς ἐκείνων πονηρίας τὴν αὐτοῦ διαβάλῃ [81] πρόνοιαν, φησὶν, ὅτι *Τί με ἔδει ποιῆσαι τῷ ἀμπελῶνι τούτῳ, καὶ οὐκ ἐποίησα;* Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα σκόπει· τί [82] ἔδει γενέσθαι, καὶ οὐκ ἐγένετο; Καὶ εἴποτε δὲ λόγοι γίνοιντο [83] περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, τούτῳ κέχρησο τῷ τρόπῳ τῆς ἀπολογίας πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν [84] κακίας διαβάλλειν αὐτὴν ἐπιχειροῦντας. Ὅρα γοῦν οἷα παράδοξα γίνεται, καὶ τῶν μελλόντων προοίμια· οὐκέτι γὰρ παράδεισος, ἀλλ' οὐρανὸς ἀνοίγεται. Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς Ἰουδαίους λόγος, εἰς ἕτερον ἡμῖν ὑπερκείσθω καιρόν· νυνὶ δὲ, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος ἡμῖν, ἐπὶ τὰ προκείμενα τὸν λόγον ἀγάγωμεν. *Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν*

[64] μετά] ἀπό F. *post ipsum* Gr. [65] εἰδῇς A. B. [66] ὑπήκουεν Edd. [67] εἶναι om. A. E. ἐνομίζετο A B. [68] διὰ τοῦτο... αὐτό F. διὰ τοῦτο... τοῦτο Edd. [69] καί om. A. B. p. p. πρέπον] add. ἐστί Edd. [70] ἄλλας om. C. ἐντολάς om. E., habet, sed post φησίν, D. mox ὑπολείπεται F. [71] ἐμέ] μὴ F. [72] ἐν] ἐπί Edd. [73] πολλοί] Sic A. B. C. Ep. vulgo πολλῷ. αὐτοῦ om. E. [74] αὐτοῦ] αὐτόν Edd. [75] εἷς] add. ἦν Edd. [76] τοῦ] τούτου τοῦ Edd. [77] ἐχάλκευον D. E. [78] οὗτοι om. A. δὲ οὗτοι om. F. οἱ om. E. [79] ᾖ om. E. ᾖ ἡ ψυχή Edd. [80] τούτων Edd. [81] διαβάλλῃ A. B. C. [82] τί] ὅτι τί F. [83] ἐγγίνοιντο D. γίνονται F. γένοιντο Edd. [84] τῆς τῶν πολλῶν] πολλῆς A. B. C. τῆς πολλῆς Sav

Quia enim baptismus pœnitentiæ erat, et in accusationem peccatorum inducebat : ne quis putaret ipsum eodem animo ad Jordanem venire, hanc cogitationem corrigit, dum agnum vocat, et peccatorum per orbem omnium redemptorem. Qui enim totius humani generis peccata tollere potest, multo magis ipse impeccabilis erat. Ideoque non dixit : Ecce impeccabilis; sed quod multo majus erat, *Qui tollit peccata mundi* (*Joan.* 1. 29), ut cum hoc et illud omnino certum habeas, videasque illum alia quædam administrantem ad baptismum venire. Idcirco venienti illi dicebat : *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?* Neque dixit, Et tu baptizaris a me : nam illud metuit dicere : sed quid? *Et tu venis ad me?* Quid igitur Christus? Quod erga Petrum postea, id tunc etiam fecit. Nam et ipse cohibebat illum, ne pedes suos lavaret; sed cum audisset : *Quod ego facio tu nescis, scies autem postea* (*Joan.* 13. 7); et, *Non habebis partem mecum* (*Ibid. v.* 8) : statim a contentione destitit, et in contrarium mutatus est. Hic quoque similiter ut audivit : 15. *Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam* : statim obsequutus est. Neque enim pertinaciter erant contentiosi, sed amorem simul et obedientiam exhibebant, in omnibusque Domino obtemperare studebant. Considera autem quomodo illum ab eo inducat, a quo maxime putabat non par esse ita fieri : non enim dixit, Sic justum est; sed, *Sic decet.* Quia enim indignum omnino esse putabat, si ille a servo baptizaretur, hoc maxime ipsi contra opposuit, ac si dixisset : Nonne id refugis et cohibes quasi indecorum? Propterea ergo *Sine*, quia admodum decorum est. Neque simpliciter dixit, *Sine;* sed addidit, *Nunc.* Non enim perpetuo ita erit, inquit : sed in eo statu me videbis, quo desideras; at nunc hoc exspecta. Deinde ostendit quomodo illud deceat. Quomodo igitur decet? Quia legem totam implemus; id quippe significavit dicendo, *Omnem justitiam.* Justitia enim est mandatorum observatio. Quia igitur, inquit, alia omnia mandata implevimus, hoc autem unum superest, et illud quoque adjungi oportet. Veni quippe solvere maledictum, ex transgressione legis impositum. Oportet igitur me ipsum, cum totam legem implevero, et vos a damnatione liberavero, sic illam abrogare. Decet ergo me totam implere legem : quia decet etiam maledictum solvere contra vos in lege inscriptum. Ideo carnem assumpsi et adveni. *Tunc dimisit eum.* 16. *Et baptizatus Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cœli : et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super eum.*

2. *Christus cur Joanne minor putabatur.* — Quia enim multo majorem illo Joannem esse putabant, eo quod in deserto semper vixisset, et filius sacerdotis esset, talique indutus vestimento, atque omnes ad baptismum vocaret, exque sterili natus esset; Jesus vero ex obscura puella natus : partus enim ex Virgine nondum omnibus erat notus; quodque domi nutritus, cum omnibus versatus et vulgari veste esset indutus : minorem ipsum esse putabant quia nihil adhuc ex arcanis illis viderant. Contigit autem et ipsum a Joanne baptizari : id quod illam maxime firmabat opinionem, etiam si nihil aliud ex dictis præcessisset. Cogitabant enim eum esse quempiam a vulgo : alioquin enim, nisi de vulgo esset, non cum turba ad baptismum venturus erat : Joannes vero major et longe mirabilior esse putabatur. Ne igitur illa apud multos sententia prævaleret, cum ipse baptizatus fuisset, cœli aperti sunt, Spiritus descendit, et vox cum Spiritu prædicans hujusce Unigeniti dignitatem. Quia enim hæc vox quæ dicebat, 17. *Hic est Filius meus dilectus*, multo magis Joanni competere apud plurimos visa fuisset; neque enim addiderat, Hic qui baptizatur, sed *Hic* simpliciter, et auditorum singuli id potius de baptizante, quam de baptizato dici suspicati fuissent, tum ob ipsam Baptistæ dignitatem [1], tum ob ea omnia quæ jam dicta sunt : venit Spiritus columbæ specie, qui vocem traheret ad Jesum, omnibusque declararet vocem illam, *Hic*, non de Joanne baptizante, sed de Jesu baptizato proferri. Et quare, inquies, his ita gestis non crediderunt? Quia etiam sub Moyse multa patrata sunt miracula, etiamsi non talia : et tamen post illa omnia, post voces et tubas, et fulgura, vitulum conflarunt, et Beelphegori initiati sunt. Ipsique etiam, qui tum præsentes erant, cum Lazarum suscitatum vidissent, tantum abfuit ut crederent talia patranti, ut etiam illum occidere sæpe tentarent. Si igitur præ oculis habentes mortuorum resurrectionem, ita erant increduli et pravi, quid miraris si vocem illam supernam non exceperunt? Cum enim improba et perversa est anima, livorisque morbo affecta, nulli cedit miraculo; contra vero cum proba est, omnia cum fide accipit, imo neque his admodum opus habet. Ne igitur quæras cur non crediderunt : illud tibi quærendum esset si non facta fuissent omnia, quæ ad credendum inducere debebant. Etenim per prophetam Deus super hæc omnia, quæ ab se præstari debuerunt, hunc defensionis modum affert. Quia enim futurum erat ut Judæi perirent, et extremo supplicio traderentur; ne quis ex ipsorum nequitia ejus providentiam culparet, ait : *Quid me oportuit facere vineæ huic, et non feci* (*Isai.* 5. 4)? Idipsum hic consideres oportet, quid oportebat fieri, et non factum est. Et si quando de providentia Dei sermones moveantur, hoc defensionis modo utere adversus eos qui de multorum improbitate ipsam criminari conantur. Perpende igitur quam mirabilia perpetrentur, et futurorum initia : non enim paradisus, sed cœlum aperitur. Verum hæc contra Judæos oratio in aliud tempus differatur : nunc autem, Deo juvante, ad ea quæ jam tractamus sermo referatur : *Et baptizatus Jesus, ascendit confestim ex aqua; et ecce aperti sunt ei cœli.* Cur aperti sunt cœli? Ut discas, cum tu baptizaris, idipsum fieri, Deo te ad cœlestem patriam vocante, et suadente ut nihil cum terra commune habeas. Quod si id non vides, ne

[1] Quidam habent, *ob ipsam baptismi dignitatem;* sed multo præstat lectio quæ est in textu.

καὶ εἰς κατηγορίαν τῶν πεπλημμελημένων ἐνῆγεν, ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ τῆς τοιαύτης γνώμης ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἔρχεται, προδιορθοῦται αὐτὸ, τῷ τε Ἀμνὸν καλέσαι, καὶ λυτρωτὴν τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁμαρτίας ἁπάσης. Ὁ γὰρ τὰ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἁμαρτήματα δυνάμενος ἀνελεῖν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ἀναμάρτητος ἦν. Διὰ δὴ τοῦτο οὐκ εἶπεν· Ἴδε ὁ ἀναμάρτητος· ἀλλ' ὃ πολλῷ πλέον ἦν, *Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ἵνα μετὰ [64] τούτου κἀκεῖνο μετὰ πάσης δέξῃ πληροφορίας, καὶ δεξάμενος ἴδῃς [65], ὅτι ἑτέρα τινὰ οἰκονομῶν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται. Διὸ καὶ ἐλθόντι αὐτῷ ἔλεγεν· *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;* Καὶ οὐκ εἶπε, Καὶ σὺ βαπτίζῃ ὑπ' ἐμοῦ; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἔδεισεν εἰπεῖν· ἀλλὰ τί; *Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;* Τί οὖν ὁ Χριστός; Ὅπερ ἐπὶ τοῦ Πέτρου πεποίηκεν ὕστερον, τοῦτο καὶ τότε ἐποίησε. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος διεκώλυεν αὐτὸν νίψαι τοὺς πόδας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἤκουσεν· *Ὃ ποιῶ, νῦν σὺ οὐκ οἶδας, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα*· καὶ ὅτι *Οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*· ταχέως ἀπέστη τοῦ τόνου, καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον μετέστη. Καὶ οὗτος ὁμοίως πάλιν, ἀκούσας· *Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην*· εὐθέως ὑπήκουσεν [66]. Οὐ γὰρ ἀμέτρως ἦσαν φιλόνεικοι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγάπην ἐπεδείκνυντο καὶ τὴν ὑπακοὴν, καὶ πάντα πείθεσθαι ἐμελέτων τῷ Δεσπότῃ. Σκόπει δὲ πῶς ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐνάγει, ἀφ' ὧν μάλιστα ὑπώπτευε τὸ γινόμενον· οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Οὕτω δίκαιόν ἐστιν, ἀλλ', *Οὕτω πρέπον ἐστίν*. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνάξιον αὐτοῦ μάλιστα εἶναι [67] ἐνόμιζε τοῦτο, τὸ παρὰ τοῦ δούλου βαπτισθῆναι, τοῦτο μάλιστα τέθεικε τὸ πρὸς ἐκεῖνο ἀντιδιαστελλόμενον, ὡσανεὶ ἔλεγεν· Οὐχ ὡς ἀπρεπὲς τοῦτο φεύγεις καὶ διακωλύεις; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο [68] ἄφες, ὅτι καὶ μάλιστα πρέπον ἐστίν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἄφες· ἀλλὰ τὸ, ἄρτι, προσέθηκεν. Οὐ γὰρ διηνεκῶς ταῦτα ἔσται, φησίν, ἀλλ' ὄψει με ἐν τούτοις οἷς ἐπιθυμεῖς· ἄρτι μέντοι ὑπόμεινον τοῦτο. Εἶτα καὶ [69] δείκνυσι πῶς τοῦτο πρέπον. Πῶς οὖν πρέπον ἐστίν; Ὅτι τὸν νόμον πληροῦμεν ἅπαντα· ὅπερ οὖν δηλῶν ἔλεγε, *Πᾶσαν δικαιοσύνην*. Δικαιοσύνη γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσις. Ἐπεὶ οὖν πάσας τὰς ἄλλας [70] ἐντολὰς ἠνύσαμεν, φησὶ, τοῦτο δὲ ὑπολέλειπται μόνον, δεῖ προστεθῆναι καὶ τοῦτο. Καὶ γὰρ ἦλθον λῦσαι τὴν ἀρὰν τὴν ἐπὶ τῇ παραβάσει τοῦ νόμου κειμένην. Δεῖ τοίνυν πρότερον ἐμὲ [71] αὐτὸν πάντα πληρώσαντα, καὶ ἐξελόμενον ὑμᾶς τῆς καταδίκης, οὕτως αὐτὸν ἀναπαῦσαι. Πρέπον οὖν ἐστιν [162] ἐμοὶ πληρῶσαι τὸν νόμον ἅπαντα· ἐπειδὴ καὶ πρέπον ἐστὶ λῦσαι τὴν καθ' ὑμῶν ἐν [72] τῷ νόμῳ γεγραμμένην κατάραν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σάρκα ἀνέλαβον καὶ παρεγενόμην. *Τότε ἀφίησιν αὐτόν. Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.*

β'. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ [73] μείζονα αὐτοῦ τὸν Ἰωάννην εἶναι ἐνόμιζον, διὰ τὸ τὸν μὲν ἐν ἐρήμῳ πάντα τραφῆναι τὸν χρόνον, καὶ υἱὸν ἀρχιερέως εἶναι, καὶ στολὴν περικεῖσθαι τοιαύτην, καὶ πάντας ἐπὶ τὸ βάπτισμα καλεῖν, καὶ ἀπὸ στείρας τετέχθαι· τὸν δὲ Ἰησοῦν καὶ ἀπὸ εὐτελοῦς κόρης εἶναι (ὁ γὰρ τῆς παρθενίας τόκος οὐδέπω πᾶσι κατάδηλος ἦν), καὶ διὰ τὸ ἐν οἰκίᾳ τραφῆναι, καὶ μετὰ πάντων ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὴν κοινὴν ταύτην ἐσθῆτα περικεῖσθαι, ἐλάττονα αὐτοῦ [74] εἶναι ὑπώπτευον, οὐδὲν οὐδέπω τῶν ἀπορρήτων εἰδότες ἐκείνων. Συνέβη δὲ καὶ βαπτισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου· ὅπερ ταύτην μᾶλλον ἐβεβαίου τὴν ὑπόνοιαν, εἰ καὶ μηδὲν τῶν προτέρων ἦν· ἐνενόουν γὰρ ὅτι οὗτος μὲν τῶν πολλῶν εἷς [75]· οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, οὐκ ἂν μετὰ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦλθεν· ἐκεῖνος δὲ μείζων αὐτοῦ καὶ πολλῷ θαυμαστότερος· ἵν' οὖν μὴ αὕτη κρατήσῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἡ δόξα, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἀνοίγονται, βαπτισθέντος αὐτοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα κάτεισι, καὶ φωνὴ μετὰ τοῦ Πνεύματος κηρύττουσα τοῦ [76] Μονογενοῦς τὴν ἀξίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*, παρὰ τοῖς πολλοῖς μᾶλλον ἁρμόττειν ἐδόκει τῷ Ἰωάννῃ· οὐ γὰρ προσέθηκεν, Οὗτος ὁ βαπτιζόμενος, ἀλλ' ἁπλῶς, *Οὗτος*· καὶ τῶν ἀκροατῶν ἕκαστος περὶ τοῦ βαπτίζοντος μᾶλλον, ἢ τοῦ βαπτιζομένου εἰρῆσθαι αὐτὴν ὑπενόει, διά τε αὐτὸ τοῦ Βαπτιστοῦ τὸ ἀξίωμα, διά τε τὰ εἰρημένα ἅπαντα· ἦλθε τὸ Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς τὴν φωνὴν ἕλκον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πᾶσι δῆλον ποιοῦν, ὅτι τὸ, *Οὗτος*, οὐ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτίζοντος, ἀλλὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ βαπτιζομένου εἴρηται. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἐπίστευσαν τούτων γινομένων; Ὅτι καὶ ἐπὶ Μωϋσέως πολλὰ γέγονε θαύματα, εἰ καὶ μὴ τοιαῦτα· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα, καὶ τὰς φωνὰς, καὶ τὰς σάλπιγγας, καὶ τὰς ἀστραπὰς, καὶ μόσχον ἐχάλκευσαν [77], καὶ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθησαν. Καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι [78] οἱ τότε παρόντες, καὶ τὸν Λάζαρον ἀναστάντα ἰδόντες, τοσοῦτον ἀπέσχον πιστεῦσαι τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ, ὅτι καὶ αὐτὸν ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν πολλάκις. Εἰ τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶντες νεκρῶν ἀνάστασιν, οὕτως ἦσαν πονηροὶ, τί θαυμάζεις, εἰ φωνὴν οὐκ ἐδέξαντο φερομένην ἄνωθεν; Ὅταν γὰρ ἀγνώμων ᾖ [79] ψυχὴ καὶ διεστραμμένη, καὶ τῷ τῆς βασκανίας κατεχομένη νοσήματι, οὐδενὶ εἴκει τούτων· ὥσπερ οὖν ὅταν εὐγνώμων ᾖ, μετὰ πίστεως ἅπαντα δέχεται, καὶ τούτων οὐ σφόδρα δεῖται. Μὴ τοίνυν τοῦτο εἴπῃς, ὅτι οὐκ [163] ἐπίστευσαν· ἀλλ' ἐκεῖνο ζήτει, εἰ μὴ πάντα γέγονεν, ἀφ' ὧν αὐτοὺς πιστεῦσαι ἐχρῆν. Καὶ γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων τοῦτον [80] συντίθησι τὸν τρόπον τῆς ἀπολογίας ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόλλυσθαι ἔμελλον Ἰουδαῖοι, καὶ ἐσχάτῃ παραδίδοσθαι κολάσει, ἵνα μή τις ἀπὸ τῆς ἐκείνων πονηρίας τὴν αὐτοῦ διαβάλῃ [81] πρόνοιαν, φησὶν, ὅτι *Τί με ἔδει ποιῆσαι τῷ ἀμπελῶνι τούτῳ, καὶ οὐκ ἐποίησα;* Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα σκόπει· τί [82] ἔδει γενέσθαι, καὶ οὐκ ἐγένετο; Καὶ εἴποτε δὲ λόγοι γίνοιντο [83] περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, τούτῳ κέχρησο τῷ τρόπῳ τῆς ἀπολογίας πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν [84] κακίας διαβάλλειν αὐτὴν ἐπιχειροῦντας. Ὅρα γοῦν οἷα παράδοξα γίνεται, καὶ τῶν μελλόντων προοίμια· οὐκέτι γὰρ παράδεισος, ἀλλ' οὐρανὸς ἀνοίγεται. Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς Ἰουδαίους λόγος, εἰς ἕτερον ἡμῖν ὑπερκείσθω καιρόν· νυνὶ δὲ, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος ἡμῖν, ἐπὶ τὰ προκείμενα τὸν λόγον ἀγάγωμεν. *Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν*

[64] μετά] ἀπό F. *post ipsum* Ge. [65] εἰδῆς A. B. [66] ὑπήκουεν Edd. [67] εἶναι om. A. E. ἐνομίζετο A B. [68] διὰ τοῦτο... αὐτό F. διὰ τοῦτο... τοῦτο Edd. [69] καί om. A. B. p. p. πρέπον] add. ἐστί Edd. [70] ἄλλας om. C. ἐντολάς om. E., habet, sed post φησίν, D. mox ὑπολείπεται F. [71] ἐμέ] μή F. [72] ἐν] ἐπί Edd. [73] πολλοί] Sic A. B. C. Ep. vulgo πολλῷ. αὐτοῦ om. E. [74] αὐτοῦ] αὐτόν Edd. [75] εἷς] add. ἦν Edd. [76] τοῦ] τούτου τοῦ Edd. [77] ἐχάλκευον D. E. [78] οὗτοι om. A. δὲ οὗτοι om. F. οἱ om. E. [79] ᾗ om. E. ᾖ ἡ ψυχή Edd. [80] τούτων Edd. [81] διαβάλλῃ A. B. C. [82] τί] ὅτι τί F. [83] ἐγγίνοιντο D. γίνονται F. γένοιντο Edd. [84] τῆς τῶν πολλῶν] πολλῆς A. B. C. τῆς πολλῆς Sav.

*αὐτῷ οἱ οὐρανοί.* Τίνος [85] ἕνεκεν ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοί; Ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ σοῦ βαπτιζομένου τοῦτο γίνεται, πρὸς τὴν ἄνω πατρίδα τοῦ Θεοῦ σε καλοῦντος, καὶ πείθοντος μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν. Εἰ δὲ μὴ ὁρᾷς, μὴ ἀπιστήσῃς. Καὶ γὰρ ἐν προοιμίοις ἀεὶ τῶν παραδόξων καὶ πνευματικῶν πραγμάτων αἰσθηταὶ φαίνονται ὄψεις καὶ σημεῖα τοιαῦτα, διὰ τοὺς ἀνοητότερον διακειμένους καὶ χρῄζοντας ὄψεως αἰσθητῆς, καὶ μηδεμίαν ἔννοιαν ἀσωμάτου φύσεως λαβεῖν δυναμένους, πρὸς δὲ τὰ ὁρατὰ μόνον ἐπτοημένους· ἵνα κἂν μετὰ ταῦτα μὴ γένηται ταῦτα τὰ ἐξ αὐτῶν δηλωθέντα ἅπαξ καὶ ἐν ἀρχῇ παραδέξῃ [86] τῇ πίστει. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἦχος ἐγένετο πνοῆς βιαίας, καὶ ὄψεις γλωσσῶν πυρίνων ἐφάνησαν· ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ διὰ τοὺς παρόντας τότε Ἰουδαίους. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ μὴ αἰσθητὰ γίνεται σημεῖα, τὰ ἐξ αὐτῶν δηλωθέντα ἅπαξ καταδεχόμεθα. Ἐπεὶ καὶ ἡ περιστερὰ διὰ τοῦτο τότε ἐφάνη, ἵν' ὥσπερ ἀντὶ δακτύλου τινὸς δείξῃ τοῖς παροῦσι καὶ τῷ Ἰωάννῃ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἵνα καὶ σὺ μάθῃς, ὅτι καὶ ἐπὶ σὲ βαπτιζόμενον τὸ Πνεῦμα ἔρχεται.

γ'. Λοιπὸν δὲ ἡμῖν αἰσθητῆς οὐ χρεία ὄψεως, τῆς πίστεως ἀντὶ πάντων ἀρκούσης· τὰ γὰρ σημεῖα οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις [87]. Διατί δὲ ἐν εἴδει περιστερᾶς; Ἥμερον τὸ ζῶον καὶ καθαρόν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ Πνεῦμα πραότητός ἐστι πνεῦμα, διὰ τοῦτο ἐν τούτῳ φαίνεται. Ἄλλως δὲ καὶ παλαιᾶς ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει ἱστορίας. Καὶ γὰρ ναυαγίου ποτὲ κοινοῦ τὴν οἰκουμένην καταλαβόντος ἅπασαν, καὶ τοῦ γένους ἡμῶν κινδυνεύοντος ἀφανισθῆναι, τοῦτο ἐφάνη τὸ ζῶον, καὶ τὴν [164] λύσιν τοῦ χειμῶνος ἔδειξε, καὶ κλάδον φέρον ἐλαίας, τὴν κοινὴν τῆς οἰκουμένης γαλήνην εὐηγγελίσατο· ἅπερ πάντα τύπος τῶν μελλόντων ἦν. Καὶ γὰρ τότε πολλῷ χεῖρον τὰ τῶν ἀνθρώπων διέκειτο, καὶ πολλῷ μείζονος ἄξιοι τιμωρίας ἦσαν. Ἵν' οὖν μὴ ἀπογνῷς, ἀναμιμνήσκει σε τῆς ἱστορίας ἐκείνης. Καὶ γὰρ τότε τῶν πραγμάτων ἀπογνωσθέντων, γέγονε λύσις τις καὶ διόρθωσις· ἀλλὰ τότε διὰ τιμωρίας, νῦν δὲ διὰ χάριτος καὶ δωρεᾶς ἀφάτου [88]. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ περιστερὰ φαίνεται, οὐ κλάδον ἐλαίας φέρουσα, ἀλλὰ τὸν πάντων τῶν κακῶν ἐλευθερωτὴν ἡμῖν δεικνύουσα, καὶ χρηστὰς ὑποτείνουσα τὰς ἐλπίδας. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ κιβωτοῦ ἄνθρωπον ἐξάγει ἕνα, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγει φανεῖσα, καὶ ἀντὶ θαλλοῦ [89] ἐλαίας τὴν υἱοθεσίαν τῷ κοινῷ τῆς οἰκουμένης κομίζει γένει. Ἐννοήσας τοίνυν τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς, μηδὲ [90] ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν ἀξίαν νομίσῃς εἶναι, διὰ τὸ ἐν τοιαύτῃ φανῆναι ὄψει. Καὶ γὰρ ἀκούω τινῶν λεγόντων, ὅτι ὅσον ἀνθρώπου καὶ περιστερᾶς τὸ μέσον, τοσοῦτον τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, τὸ δὲ ἐν ὄψει περιστερᾶς ἐφάνη. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἔστιν εἰπεῖν; Ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, φύσιν ἀνθρώπου ἀνέλαβε· τὸ δὲ Πνεῦμα, οὐ φύσιν ἀνέλαβε περιστερᾶς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐν φύσει περιστερᾶς, ἀλλ' ἐν εἴδει περιστερᾶς· οὐκοῦν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἐν τούτῳ ὤφθη τῷ σχήματι, ἀλλὰ τότε μόνον. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν ἀξίαν φῂς εἶναι, εὑρεθήσεται καὶ τὰ Χερουβὶμ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον ἀμείνω πολλῷ, καὶ τοσοῦτον ὅσον περιστερᾶς ἀετός· καὶ γὰρ εἰς ταύτην κἀκεῖνα ἐσχηματίσθη τὴν ὄψιν· καὶ οἱ ἄγγελοι δὲ ἀμείνους πάλιν· καὶ γὰρ ἐν σχήματι ἀνθρώπων πολλάκις ἐφάνησαν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Καὶ γὰρ ἕτερον οἰκονομίας ἀλήθεια, καὶ ὄψεως προσκαίρου συγκατάβασις. Μὴ τοίνυν ἀχάριστος γίνου περὶ τὸν εὐεργέτην, μηδὲ τοῖς ἐναντίοις ἀμείβου τὸν τὴν πηγήν σοι τῆς μακαριότητος δωρησάμενον. Ὅπου γὰρ υἱοθεσίας ἀξίωμα, ἐκεῖ καὶ ἡ τῶν κακῶν ἀναίρεσις, καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων δόσις. Διὰ δὴ τοῦτο τὸ μὲν Ἰουδαϊκὸν παύεται βάπτισμα, τὸ δὲ ἡμέτερον ἀρχὴν λαμβάνει. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῦ Πάσχα γέγονε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος συμβαίνει. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ ἀμφότερα μετελθὼν, τὸ μὲν ἔπαυσε [91], τῷ δὲ ἀρχὴν δέδωκε· καὶ ἐνταῦθα [92] πληρώσας τὸ Ἰουδαϊκὸν βάπτισμα, ὁμοῦ καὶ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὰς θύρας ἀνοίγνυσιν, ὥσπερ ἐν μιᾷ τραπέζῃ τότε, οὕτως ἐν ἑνὶ ποταμῷ νῦν, καὶ τὴν σκιὰν ὑπογράψας, καὶ τὴν ἀλήθειαν προσθείς [93]. Πνεύματος γὰρ χάριν τοῦτο ἔχει τὸ βάπτισμα μόνον· τὸ δὲ Ἰωάννου, ταύτης ἔρημον τῆς δωρεᾶς ἦν. Διὰ δὴ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τῶν [94] βαπτιζομένων [165] οὐδὲν τοιοῦτον συνέβη, ἐπὶ δὲ αὐτοῦ μόνου τοῦ μέλλοντος τοῦτο παραδιδόναι· ἵνα μετὰ τῶν εἰρημένων καὶ τοῦτο μάθῃς, ὅτι οὐχ ἡ καθαρότης τοῦ βαπτίζοντος [95], ἀλλ' ἡ δύναμις τοῦ βαπτιζομένου τοῦτο ἐποίησε. Τότε γοῦν καὶ οἱ οὐρανοὶ ἀνεῴχθησαν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπῆλθεν [96]. Ἀπὸ γὰρ τῆς παλαιᾶς λοιπὸν ἐπὶ τὴν καινὴν ἐξάγει πολιτείαν ἡμᾶς, τάς τε πύλας ἡμῖν ἀνοιγνὺς τὰς ἄνω, καὶ Πνεῦμα πέμπων ἐκεῖθεν, καλοῦν εἰς τὴν ἐκεῖ πατρίδα· καὶ οὐχ ἁπλῶς καλοῦν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀξιώματος τοῦ μεγίστου. Οὐ γὰρ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους ἐποίησεν, ἀλλὰ υἱοὺς Θεοῦ κατασκευάσας καὶ ἀγαπητοὺς, οὕτως ἕλκει πρὸς ἐκείνην τὴν λῆξιν ἡμᾶς.

δ'. [97] Ταῦτ' οὖν ἐννοήσας ἅπαντα, καὶ τῆς ἀγάπης τοῦ καλοῦντος, καὶ τῆς πολιτείας τῆς ἐκεῖ, καὶ τῆς τιμῆς τῆς δοθείσης ἄξιον ἐπίδειξαι βίον· τῷ κόσμῳ σταυρωθεὶς, καὶ σταυρώσας αὐτὸν σεαυτῷ, τὴν τῶν οὐρανῶν πολιτεύου πολιτείαν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης· μηδὲ ἐπειδὴ τὸ σῶμά σου μὴ μετέστη πρὸς τὸν οὐρανὸν, νομίσῃς ἔχειν τι κοινὸν πρὸς τὴν γῆν· τὴν γὰρ κεφαλὴν ἄνω καθημένην ἔχεις. Καὶ διὰ τοῦτο δὲ πρότερον ἐνταῦθα παραγενόμενος ὁ Δεσπότης, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἀγαγὼν, τότε σε ἀναλαβὼν ἀπῆλθεν ἐκεῖ, ἵνα καὶ πρὸ τῆς ἀνόδου τῆς ἐκεῖσε μάθῃς, ὅτι δυνατόν σοι τὴν γῆν ὡς τὸν οὐρανὸν οἰκεῖν. Μένωμεν τοίνυν τὴν εὐγένειαν τηροῦντες, ἣν ἐδεξάμεθα ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὰ ἐκεῖ βασίλεια καθ' ἑκάστην ἐπιζητῶμεν τὴν ἡμέραν, καὶ πάντα τὰ ἐνταῦθα σκιὰν καὶ ὄναρ εἶναι νομίζωμεν. Οὐδὲ γὰρ εἰ βασιλεύς τις τῶν ἐπὶ τῆς γῆς πτωχὸν ὄντα σε [98] καὶ προσαιτοῦντα λαβὼν, υἱὸν ἐξαίφνης ἐποιήσατο, τὴν καλύβην καὶ τὴν εὐτέλειαν τῆς καλύβης τῆς σῆς ἐνενόησας ἄν· καίτοιγε οὐ πολὺ τὸ μέσον ἐκεῖ. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἐνταῦθα λογίζου τι τῶν προτέρων· καὶ γὰρ ἐπὶ πολλῷ μείζοσιν ἐκλήθης. Ὅ τε γὰρ καλῶν, ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης ἐστί· τά τε [99] διδόμενα ἀγαθὰ, καὶ λόγον καὶ διάνοιαν ὑπερβαίνει πᾶσαν. Οὐ γὰρ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν σε μεθίστησι, καθάπερ ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, καὶ ἀπὸ φύσεως θνητῆς εἰς ἀθάνατον καὶ δόξαν [1] ἄρρητον, τότε δυναμένην μόνον φανῆναι καλῶς, ὅταν αὐτῆς

[85] Τίνος] add δέ A. B. C. add. οὖν Edd. [86] Sic D. E. F. Ge. cæteri παραδέξωνται. [87] ἀπιστοῦσι Edd. [88] καὶ δωρεᾶς ἀφάτου] Sic E. Ge. cæteri ἀφάτου καὶ δωρεᾶς. [89] θαλλοῦ] θαλοῦ A. B. C. κλάδου Edd. [90] μηδέ] μὴ δή A. C. μή B. [91] ἀνέπαυσε D. E. F. [92] ἐνταῦθα] add. πάλιν B. C. p. p. βάπτισμα om. D. E. F. [93] προθεὶς F. [94] τῶν om. A. B. C. [95] βαπτίζοντος] βαπτίσματος D. et pr. E. [96] κατῆλθεν B. [97] ΗΘΙΚΟΝ. Ὅτι ὁ Χριστιανὸς, μὴ ἐπιδεικνύμενος ἀρίστην πολιτείαν, πλέον τιμωρεῖται. [98] σε om. F. Mor. post ἐποιήσατο collocant Sav Ben. [99] Ὅ τε γάρ... τά τε] Ὅταν δὲ καὶ ὁ... καὶ τά A. B. C. Ὅταν γὰρ ὁ... τὰ δέ D. F. ἐστί] ἢ et mox ὑπερβαίνῃ B. Vid. adnot. [1] καὶ δόξαν] δόξαν καί Edd.

tamen fidem neges. Nam in principiis semper admirandarum spiritualiumque rerum visiones apparent sensum moventes et signa hujusmodi, idque stupidorum hominum causa, qui sensili visione opus habent, neque possunt aliquam incorporeæ naturæ ideam admittere, sed ad visibilia tantum obstupescunt, ut etiamsi postea talia non eveniant, ea quæ semel et in principio facta sunt similia, ad fidem iis habendam deducant. Nam et super apostolos sonus factus est spiritus vehementis, et linguarum ignearum species apparuere, non propter apostolos, sed propter eos qui tunc præsentes erant Judæos. Attamen licet sensilia signa non fiant, quæ per illa semel demonstrata sunt admittimus. Nam et columba ideo tunc visa est, ut quasi digito quodam præsentibus et Joanni Filium Dei monstraret. Neque ideo tantum, sed etiam ut tu disceres, etiam super te baptizatum, Spiritum descendere.

3. *Fides non opus habet visione. Spiritus sanctus non minor Christo. Christus Judæorum et baptisma et Pascha abrogat.*—Demum non opus nobis est sensili visione, cum fides vice omnium satis sit : signa quippe non credentibus, sed incredulis dantur. Cur autem in columbæ specie? Mansuetum est animal et mundum. Quia igitur Spiritus, mansuetudinis est Spiritus, ideo illa forma apparuit. Alioquin autem veterem historiam nobis in memoriam revocat. Nam cum olim communi naufragio totum orbem invadente, totum prorsus hominum genus periclitaretur, hoc animal apparuit, et tempestatis finem ostendit, ac ramum olivæ rostro tenens, communem orbis tranquillitatem nuntiavit : quæ omnia figura futurorum erant. Tunc enim multo deteriore conditione res hominum erant, ac multo majore illi erant supplicio digni. Ne desperes igitur, hanc tibi historiam in memoriam revocat. Nam tunc desperatis rebus, exitus tamen quidam et emendatio fuit : sed tunc per supplicium, nunc vero per gratiam et donum ineffabile. Ideoque columba apparet, non ramum olivæ ferens, sed omnium malorum liberatorem nobis ostendens, bonamque spem exhibens. Neque enim ex arca unum educit hominem, sed cum apparet, totum orbem attollit in cælum, et pro olivæ ramo adoptionem filiorum communi orbis generi affert. Magnitudinem ergo doni tecum reputans, ne minorem ejus dignitatem existimes, quod in tali specie appareat. Nam quosdam audio dicentes, tantum esse hominem inter et columbam discrimen, quantum inter Christum et Spiritum, quia ille in natura nostra, hic in specie columbæ apparuit. Quid ad hæc dicendum est? Scilicet Filium Dei naturam hominis assumpsisse; Spiritum vero non naturam accepisse columbæ. Ideo evangelista non in natura, sed in specie columbæ dixit : neque postea unquam hac figura visus est, sed tunc tantum. Si porro ejus ideo dignitatem minorem dicas, hoc ratiocinandi modo Cherubini illo majores reperientur, et quantum aquila major est columba : nam illi hanc suscepere speciem; et angeli quoque præstantiores, qui hominum specie sæpe apparuerunt. At non ita, non ita utique res se habet. Nam aliud est veritas œconomiæ, aliud temporaneæ visionis concessio. Ne itaque ingratus sis erga benefactorem, neque contrariam repende vicem ei qui tibi beatitudinis fontem donavit. Ubi enim est adoptionis dignitas, ibi et malorum depulsio, et bonorum omnium munus. Ideo Judaicum quidem baptisma abrogatur, nostrum autem exordium habet : atque idipsum quod in Paschate, in baptismate quoque contigit. Nam cum utrumque pascha celebraverit, alterum abrogavit, alteri vero principium dedit : et hic rursum, cum Judaicum baptisma implevit, tunc et Ecclesiæ baptismatis januas aperit; sicut tunc in una mensa, sic nunc in uno flumine, et umbram delineans, et veritatem addens. Spiritus quippe gratiam hoc solum baptisma habet; Joannis vero baptisma hoc dono vacuum erat. Ideoque dum alii omnes baptizarentur, nihil tale contigit; sed in illo tantum qui illud traditurus erat; ut cum supradictis hoc quoque discas, non puritatem baptizantis[1], sed baptizati virtutem id fecisse. Tunc itaque et cæli aperti sunt, et Spiritus supervenit. Nam a veteri vivendi genere nos jam traducit ad novum, januas supernas aperiens, et Spiritum inde mittens ad illam patriam vocantem; nec tantum vocantem, sed et cum dignitate maxima. Non enim angelos et archangelos fecit, sed filios Dei et dilectos : sic nos ad illam sortem attrahit.

4. Hæc cogitans omnia, et dilectione vocantis, et consortio illo cælesti et collato honore dignam ducas vitam oportet; mundo crucifixus, et mundum in te crucifigens, cum omni diligentia cæleste institutum exhibe : neque quia corpus tuum nondum translatum est in cælum, putes te aliquid cum terra commune habere. Caput enim tuum habes in cælo sedens. Ideoque Dominus cum prius huc venisset, angelosque secum adduxisset, tunc te assumpto illuc abiit, ut tu antequam illuc ascendas, ediscas posse te terram ut cælum incolere. Perseveremus itaque nobilitatem servare, quam ab initio suscepimus, regiamque illam cælestem quotidie quæramus, ac præsentia omnia umbram et somnium esse putemus. Neque enim si quispiam rex terrenus te mendicum et pauperem repente in filium adoptaret, tugurium tuum ejusque vilitatem ultra respiceres, etiamsi hæc non grandi intervallo separantur. Ne itaque hic quidpiam ex prioribus in mente verses : nam ad longe meliora vocatus es. Qui enim vocat, angelorum Dominus est, bonaque tibi collata rationem omnem et mentem superant. Non enim a terra in terram te transfert, ut ille rex; sed a terra in cælum, et a mortali natura in gloriam immortalem et ineffabilem, quæ tunc tantum clare poterit perspici, cum illa fruemur. Talia tamen consequuturus bona, pecunias mihi commemoras, terrenamque pompam retines? nec putas hæc omnia quæ sub aspectum cadunt, mendicorum pannis esse viliora? Et quomodo tanto

[1] Unus, *non puritatem baptismi;* minus recte.

honore dignus habearis? quam defensionem proferre possis? imo potius quas pœnas non lues, cum post tantum donum ad priorem vomitum curras? Non enim ultra ut homo, sed ut filius Dei peccatorum pœnas dabis, tibique honoris magnitudo ad majus supplicium viam parabit. Siquidem nos, peccantes servos, et filios delinquentes non pari supplicio plectimus, cum maxime illi magna sunt a nobis beneficia consequuti. Nam si is qui paradisum in sortem acceperat, quod semel transgressus esset, tanta post honorem pertulit mala; nos qui cælum accepimus, atque Unigeniti coheredes facti sumus, quam impetrabimus veniam, si ad serpentem relicta columba curramus? Non enim ultra audiemus. *Terra es, et in terram reverteris* (*Gen.* 3. 19), neque *Operaberis terram* (*Gen.* 4. 12), vel alia olim dicta, sed longe his graviora, tenebras exteriores, vincula insolubilia, vermem venenosum, stridorem dentium; et jure quidem. Qui enim nec post tantum beneficium melior evadit, jure extremas et gravissimas pœnas dabit. Aperuit olim et clausit cælum Elias, sed ita ut pluviam aut demitteret aut retineret (3. *Reg.* 17): tibi vero non ita cælum aperitur, sed ut illuc ascendas; quodque majus est, non ut ascendas tantum, sed ut alios etiam tecum ducas, si velis, tantam tibi in suis omnibus fiduciam et potestatem dedit. Quoniam igitur ibi domus nostra est, illic omnia deponamus, et nihil hic relinquamus, ne illa perdamus. Hic enim etiamsi clavem adhibeas, et portas et vectes, si mille servos sistas, et insidiatores omnes declines, etiamsi invidorum oculos effugias, etsi tineas, etiamsi perniciem quam vetustas affert, quod tamen fieri nequit, mortem certe non effugies, unoque temporis momento hæc omnia auferentur: nec modo auferentur, sed etiam sæpe in manus inimicorum tradentur. Si vero in domum illam transmittas, omnibus his superior eris. Neque enim claves, vel portas, vel vectes adhibere oportet; usque adeo munita est illa civitas, tam inexpugnabilis locus, tam inaccessus corruptioni et malignitati.

5. Annon extremæ dementiæ est, ibi omnia accumulare ubi deposita pereunt et corrumpuntur, ubi vero intacta manent et augentur, ibi ne minimam eorum partem deponere, cum maxime ibi sine fine victuri simus? Ideo gentiles fidem negant iis quæ dicimus: nam ex factis, non ex dictis demonstrationem a nobis exigunt: ac cum vident nos ædes exstruere splendidas, hortos et balnea parare, agros emere, nolunt credere nos profectum in aliam civitatem parare. Nam si ita esset, aiunt, omnia quæ hic habent in argentum commutata, illic deponere præverterent; conjecturamque ducunt ex iis, quæ hic fieri solent. Opulentiores quippe videmus in illis maxime urbibus domos, agros, aliaque omnia comparare, in quibus sedes posituri sunt: sed nos contra facimus, terram, quam paulopost relicturi sumus, magno cum studio possidemus, nec pecunias modo, sed sanguinem etiam pro paucis terræ jugeribus et domibus fundimus; ad cælum vero comparandum ne superflua quidem erogare volumus, etiamsi illud parvo pretio ematur, et in sempiternum possideatur, si emamus. Propterea extremas dabimus pœnas, cum nudi et pauperes eo migrabimus; imo potius non ob paupertatem nostram, sed quod alios in hanc miseriam conjecerimus, intolerabili calamitati subjiciemur. Nam cum gentiles videant his studiis deditos tantis frui mysteriis: multo magis et ipsi præsentibus rebus addicentur, ingentem ignem supra caput nostrum accumulantes. Cum enim nos, qui præsentium rerum contemptum illos docere debemus, maxime omnium illarum in eis cupiditatem excitemus, quomodo salutem consequi poterimus, qui aliorum perniciei pœnas subire debeamus? Non audis Christum dicentem, se pro sale et lampadibus nos reliquisse in hoc mundo, ut voluptate diffluentes constringamus, et pecuniæ studiis obtenebratos illuminemus? Si ergo illos magis in tenebras conjiciamus, et molliores reddamus, quæ nobis spes salutis erit? Nulla: sed ejulantes et dentibus stridentes, ligatis pedibus manibusque in gehennæ ignem conjiciemur, postquam divitiarum sollicitudo nos plane confecerit. Hæc itaque cogitantes, omnia talis fallaciæ vincula solvamus, ne in illa incidamus quæ igni inexstinguibili nos traditura sunt. Nam qui divitiis servit, et catenis hic, et catenis illic perpetuo adstrictus erit: qui autem ab hac cupiditate liber est, utraque libertate potietur: quam ut nos quoque assequamur, contrito gravi illo avaritiæ jugo, ad cælum advolare contendamus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XIII.

Cap. 4. v. 1. *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.*

1. *Cur Christus tentari et jejunare voluerit. Tentationis fructus. Intemperantia vitiorum radix.* — Tunc; quandonam? post descensum illum Spiritus sancti, post vocem illam superne delatam et dicentem: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (*Matth.* 3. 17). Quodque mirum est, a Spiritu sancto: hic enim ipsum adduxit illuc. Quia enim omnia ad docendum nos fecit et passus est, illuc adduci, et cum diabolo pugnam committere voluit, ut unusquisque baptizatorum, si post baptismum majores sustineat tentationes, ne turbetur, quasi insperatam rem expertus, sed maneat fortiter omnia ferens, utpote re secundum rectam seriem accidente. Etenim ideo arma accepisti; non ut otieris, sed pugnes. Ideo ingruentes tentationes non impedit Deus: primo quidem ut discas te multo fortiorem factum; deinde ut moderate sapias, neque donorum magnitudine extollaris, cum te tentationes reprimant; ad hæc vero,

illud thronus est, hæc scabellum, undique ipsos ad Dominum compellens. 36. *Neque per caput tuum*, inquit, *quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum*. Rursus non hominem admirans, subjunxit, neque per caput ejus esse jurandum, alioquin enim ipse homo adoratus fuisset; sed gloriam Deo referens, et ostendens, te ne quidem tui dominum esse, ergo neque juramentorum per caput emissorum. Si enim nemo filium suum alteri dederit, multo minus Deus opus suum tibi concedet. Etiamsi enim caput tuum sit, sed alterius est possessio : tantumque abest ne dominus ejus sis, ut ne minimum quidem possis in illo operari. Non enim dixit, Non potes producere capillum; sed, Neque ejus qualitatem mutare. Quid igitur, si quis, inquies, juramentum exigat, et necessitatem inducat? Dei timor necessitate sit potentior. Nam si velis hujusmodi causas objicere, nullum ex præceptis servabis. Nam et de uxore dicturus es : Quid igitur, si litigiosa et sumptuosa sit? Et de oculo dextro : Quid igitur, si diligam eum, et urar? Et de impudico aspectu : Quid igitur, an possum non videre? Et de ira in fratrem : Quid igitur, si præceps sim, et linguam tenere non possim? Et sic prorsus omnia supra dicta calcabis. Atqui in legibus humanis hæc obtendere non ausis, neque dicere, Quid igitur, si hoc, vel illud? sed seu sponte seu invitus ea quæ scripta sunt accipis. Alioqnin autem numquam vim necessitatemve patieris. Nam qui beatitudines prius enuntiatas audivit, ac seipsum ita composuit, ut Christus jussit, nullam a quovis homine hujusmodi necessitatem patietur, cum sit apud omnes admirandus et honorabilis. 37. *Sit autem sermo vester, est, est, et, non, non : quod autem ultra adjungitur, ex malo est*. Quid igitur supervacaneum illud est, ultra, *Est et non?* Juramentum, non autem perjurium. Hoc enim in confesso est, et nemo est qui didicerit, a malo esse, nec supervacaneum esse, sed contrarium : supervacaneum autem est, quod ultra et cum redundantia adjicitur, taleque est juramentum. Quidnam vero dicit a malo esse? et si a malo erat, cur jubebatur in lege? Idipsum etiam de uxore dices : Cur jam fornicatio reputatur id quod olim permittebatur? Quid ad hæc dicendum? Hæc tunc dicta fuisse secundum infirmitatem eorum qui leges accipiebant : nam et nidore victimarum coli indignum admodum Deo est, sicut balbutire indignum philosopho. Adulterium ergo nunc reputatur illud; et a malo est jurare, quando aucta et perfecta virtus est. Si vero hæ ab initio diaboli leges fuissent, non utique tantum profecissent. Etenim nisi illa præivissent, non ita facile hæc nunc accepta fuissent. Noli igitur eorum requirere virtutem, quando eorum usus præterivit : tunc enim tempus id petebat; imo vero, si vis, etiam nunc. Nam eorum virtus ostenditur ex eo ipso quo magis accusatur. Quod enim hæc talia nunc videantur, eorum maxima laus est. Nisi enim nos pulchre nutrivisset, et ad majora recipienda idoneos reddidisset, non talia viderentur esse. Quemadmodum mamilla, cum suum implevit officium, et ad perfectiorem mensam puer mittitur, demum inutilis videtur; parentes vero, qui illam prius puero necessariam esse putabant, mille postea illam irrisionibus prosequuntur; multi autem non verbis solum illam traducunt, sed etiam amaris illam oblinunt unguentis; ut si non possint verba importunum hujusmodi pueri affectum removere, res ipsæ desiderium avertant. [1] Sic Christus a malo hæc esse dixit, non ut ostenderet veterem legem a diabolo prodiisse, sed ut vehementius a veteri vilitate revocaret. Et discipulis quidem hæc dicit; sed Judæis stupidis et in iisdem perseverantibus, ceu quadam amaritudine, captivitatis metu urbem circumlinitam inaccessam reddidit. Quia vero ne id quidem potuit ipsos retinere, sed eam rursus videre optabant quasi pueri ad mamillam accurrentes, demum illam occultavit, illa ipsa diruta, et plerisque eorum procul abductis : quemadmodum plurimi vitulos, a vaccis abductos inclusosque, tempore assuefaciunt; ut a lactis consuetudine abscedant. Nam si diaboli vetus lex esset, non ab idololatria abduxisset, imo contra in illam conjecisset : id enim volebat diabolus. Nunc autem contrarium prorsus videmus a veteri lege effici. Et ipsum quoque juramentum ideo in veteri statutum fuit, ne per idola jurarent. *Jurate*, inquit, *per Deum verum* (*Jer*. 4, 2). Non igitur parva quædam lex effecit, sed magna utique. Nam ad solidum cibum accedere, id Servatoris fuit opus. Quid igitur? annon a malo est jurare? A malo est utique; sed nunc post tantam philosophiam; tunc autem minime. Et quomodo, inquies, idipsum possit esse nunc bonum, nunc minime bonum? Ego autem e contrario dico, quomodo non sit et bonum et non bonum, rebus omnibus sic clamantibus, artibus, fructibus, aliisque omnibus? Primum id videas in natura nostra contingere. Gestari enim in prima ætate bonum est, postea vero perniciosum; præmansis uti cibis in primo vitæ tempore bonum, postea vero horrore plenum; lacte ali et ad mammam confugere initio utile est et salutare, postea vero perniciosum et noxium. Viden' quomodo eædem res secundum tempora bonæ sint, et postea non tales appareant? Nam puerile pallium gestare puero quidem honestum, viro autem turpe. Visne etiam ex contrariis idipsum discere, quomodo quæ viro competunt, puero apta non sint? Da puero pallium virile, hinc plurimus sequetur risus, majusque in incedendo periculum, ita sæpe huc illuc vertetur. Da etiam illi civilia negotia tractanda, vel mercaturam, vel serendi metendique artem, et ridiculum hoc videbitur. Et cur hæc dico? Nam cædes, quam inventum esse diaboli in confesso apud omnes est, opportuno tempore facta, interfectorem Phineem sacerdotii honore decoravit (*Num*. 25). Quod enim cædes sit opus diaboli, audi quomodo dicat ipse : *Vos opera patris vestri vultis facere : ille homicida erat a principio* (*Joan*. 8. 41. 44). Sed homicida fuit etiam Phinees, *Et repu-*

[1] His verbis notam arithmeticam 6 præfixerat Montefalconius, hinc perperam novum ordiens paragraphum. Non tolerandum hoc *apodoseos* a *protasi* divortium correximus. Edit.

*tatum est ei ad justitiam* (*Psal.* 105, 31), inquit. Abraham vero non homicida solum, sed etiam filii interfector factus, quod pejus erat, sic magis Deo placuit. Petrus vero duplicem cædem fecit, attamen spirituale erat id quod factum est (*Act.* 5). Ne itaque simpliciter res examinemus, sed etiam tempus et causam et voluntatem et personarum differentiam, et illa omnia quæ una concurrunt accurate exploremus: neque enim potest veritas alio attingi modo: studeamusque, si velimus regnum assequi, supra vetera præcepta aliquid operari, quia non possumus aliter cælestia obtinere. Nam si ad mensuram tantum veterum perveniamus, extra limina stabimus. *Nisi enim abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum* (*Matth.* 5. 20). Attamen post comminationem hujusmodi quidam sunt qui non modo justitiam illam non superant, sed longe post illam relinquuntur. Non modo enim juramenta non fugiunt, sed etiam pejerant; non modo impudicum aspectum non devitant, sed etiam in ipsum turpem actum proruunt, aliaque omnia prohibita impune audent: unum tantum exspectantes supplicii diem, quando pro sceleribus suis extremas dabunt pœnas: quod unum repositum est iis qui in nequitia vitam obeunt. De illis quippe desperandum est, et nihil aliud exspectandum, quam supplicium. Qui enim hic adhuc supersunt, facile possunt et pugnare, et vincere, et coronari.

7. ***Moralis exhortatio de ableganda consuetudine jurandi. Pravæ consuetudinis eliminandæ modus.***—Ne itaque concidas, mi homo, neque bonam illam alacritatem amittas. Neque enim onerosa sunt ea quæ jubentur. Quis, quæso, labor in vitando juramento? num pecuniarum impensa est? num sudor et ærumna? Sufficit tantum velle, et totum factum est. Si vero consuetudinem mihi objicias, ob hoc ipsum maxime dico facilem esse emendationem. Nam si in aliam te consuetudinem transferas, jam totum perfecisti. Cogita enim multos apud gentiles esse, qui balbi cum essent, multo studio offendentem linguam correxerunt; alios qui cum humeros frequenter et indecenter agitarent moverentque, apposito gladio, dehinc ab hoc abstinuerunt. Quia enim Scripturis non obtemperatis, ab externorum exemplis vos admonere cogor. Hoc etiam Deus Judæis faciebat his verbis: *Abite in insulas Chetiim, et in Cedar mittite: et discite si mutaverint gentes deos suos: et ipsi non sunt dii* (*Jer.* 2. 10. 11). Imo ad irrationabilia sæpe mittit, dicens: *Vade ad formicam, piger, et æmulare vias ejus, et vade ad apem* (*Prov.* 6. 6). Hoc itaque et ego nunc vobis dico: Considerate Græcorum philosophos, et tunc scietis quanto sint digni supplicio ii qui divinas leges transgrediuntur: cum illi pro humana hac honestate labores innumeros pertulerint, vos vero ne pro cælestibus quidem bonis [1] parem exhibere diligentiam velitis. Si porro post hæc dixeris, posse consuetudinem intercipere etiam illos qui admodum sibi cavent, id etiam ego fateor; unum id adjicio: ut facile intercipi potes, ita facile potes te emendare. Si enim multos tibi domi custodes statuas, servum videlicet, uxorem, amicum, ab omnibus pulsus atque agitatus, facile a prava consuetudine absistes. Si per decem dies ita agendo perseveres, non erit diuturniore tempore opus; sed tibi res in tuto posita erit, consuetudinis optimæ firmitate jam radices mittente. Cum ergo cœperis id corrigere, etiamsi semel aut bis legem transgrediaris, etiamsi ter vigesiesque, ne desperes: sed resurge, eamdemque curam suscipe, planeque superabis. Neque enim leve malum est perjurium. Si enim jurare a malo est, pejerare quanto supplicio erit obnoxium? Hæc dicta laudastis? Sed plausibus, tumultu et sonitu non opus est mihi. Unum volo tantum, ut cum quiete et sagaci attentione quæ dicuntur audientes, dicta exsequamini. Hoc mihi plausus et laudis loco est. Si vero ea quæ dicuntur audias, et non facias ea quæ laudas, majus erit supplicium, gravior accusatio, nobisque pudor et irrisio. Non enim theatrum sunt hæc, non tragœdos nunc spectatis, ut solum plaudatis. Magisterium est hic spirituale. Quapropter unum studium est, ut quæ dicuntur opere compleatis, et obedientiam gestis commonstretis. Tunc enim omnia assequuti erimus: at nunc pene desperare cogor. Nam et privatim eos, qui me convenerunt, hæc monere non cessavi, et vobis in commune loquutus, nihil tamen hinc fructus hactenus perceptum video: sed vos primis adhuc elementis hærentes cerno: quod sane maximum potest docenti fastidium generare. Vide igitur et Paulum id moleste ferentem, quod auditores multo tempore in priore disciplinæ gradu manerent. *Nam cum deberetis*, inquit, *magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut doceamini* [1], *quænam elementa sint principii sermonis Dei* (*Hebr.* 5. 12). Ideo et nos lugemus et plangimus. Ac si perseverantes vos videro, vos demum sacrorum liminum aditu interdicam, nec non participatione immortalium mysteriorum, quemadmodum fornicatores, adulteros, et eos qui de cædibus accusantur. Melius namque est cum duobus vel tribus leges Dei observantibus consuetas afferre preces, quam cœtum congregare improborum, qui cæteros corrumpunt. Ne quis dives, ne quis e primoribus infletur, vel supercilia attollat. Hæc omnia mihi fabula sunt, umbra et somnium. Nullus enim eorum, qui nunc opulentiores sunt, mihi tunc patrocinabitur, cum accusabor et rationes dare cogar, quod non cum debita vehementia leges Dei vindicaverim. Hoc enim, hoc certe admirandum illum senem, Heli dico, perdidit, etsi irreprehensibilem duxerat vitam: attamen quia, cum conculcatas Dei leges videret, id neglexit, cum filiis punitus est, et grave supplicium subiit. Si autem ubi tanta naturæ tyrannis erat, is, qui non debita severitate cum filiis suis est usus, ita graves dedit pœnas, qua nos venia donabimur ab illa tyrannide liberati, qui tamen omnia adulatione corrumpimus? Ne itaque et nos et vos ipsos perdatis, obtemperate, obsecro, ut innumeros vobis exploratores et monitores constituentes, a juramentorum consuetu-

[1] Alii, *ne pro cælis quidem.*

[1] Alii, *rursum indigetis tempore, ut doceamini.*

Ἀβραὰμ οὐχ ἀνθρωποκτόνος μόνον, ἀλλὰ καὶ παιδοκτόνος (ὃ πολλῷ [36-39] χεῖρον ἦν) γενόμενος, μειζόνως εὐδοκίμησε πάλιν. Καὶ ὁ Πέτρος δὲ διπλοῦν εἰργάσατο φόνον, ἀλλ' ὅμως πνευματικὸν τὸ γενόμενον ἦν. [40] Μὴ τοίνυν ἁπλῶς τὰ πράγματα ἐξετάζωμεν, ἀλλὰ καὶ καιρὸν, καὶ αἰτίαν, καὶ γνώμην, καὶ προσώπων διαφορὰν, καὶ ὅσα ἂν αὐτοῖς ἕτερα συμβαίνη [41] πάντα μετὰ ἀκριβείας ζητῶμεν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἑτέρως ἐφικέσθαι τῆς ἀληθείας· καὶ σπουδάζωμεν, εἰ βουλοίμεθα βασιλείας ἐπιτυχεῖν, πλέον τι τῶν παλαιῶν ἐπιδείξασθαι ἐπιταγμάτων, ὡς οὐκ ἐνὸν [42] ἄλλως ἐπιλαβέσθαι τῶν οὐρανίων. Ἂν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ μέτρον τῶν παλαιῶν φθάσωμεν, ἔξω τῶν προθύρων στησόμεθα τούτων. *Ἂν γὰρ μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἀλλ' ὅμως, καὶ τοσαύτης ἀπειλῆς κειμένης, εἰσί τινες, οἳ οὐ μόνον οὐχ [43] ὑπερβαίνουσι τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ ὑστεροῦσιν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μόνον ὅρκους οὐ φεύγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιορκοῦσιν· οὐ μόνον ἀκόλαστον ὄψιν οὐκ ἐκκλίνουσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν πονηρὰν ἐμπίπτουσι πρᾶξιν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀναλγήτως τὰ κεκωλυμένα τολμῶσιν· ἓν μόνον ἀναμένοντες, τῆς κολάσεως τὴν ἡμέραν, καὶ πότε [44] τὴν ἐσχάτην τῶν πεπλημμελημένων δώσουσι δίκην· ὃ τῶν ἐν πονηρίᾳ καταλυσάντων τὸν βίον ἐστὶ μόνον. Ἐκείνους γὰρ ἀπογινώσκειν χρὴ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ τὴν κόλασιν λοιπὸν ἀναμένειν. Οἱ γὰρ ἐνταῦθα ὄντες ἔτι, καὶ ἀναμαχήσασθαι [45] δυνήσονται, καὶ νικῆσαι, καὶ στεφανωθῆναι ῥᾳδίως.

ζ'. [46] Μὴ τοίνυν ἀναπέσῃς, ἄνθρωπε, μηδὲ τὴν καλὴν καταλύσῃς προθυμίαν· οὐδὲ γὰρ φορτικὰ τὰ ἐπιταττόμενα. Ποῖος πόνος, εἰπέ μοι, ὅρκον φεύγειν; μὴ γὰρ δαπάνη χρημάτων ἐστί; μὴ γὰρ ἱδρὼς καὶ ταλαιπωρία; Ἀρκεῖ θελῆσαι μόνον, καὶ τὸ πᾶν γέγονεν. Εἰ δὲ τὴν συνήθειάν μοι [47] προβάλλῃ, [232] δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα εὔκολον εἶναί φημι τὸ κατόρθωμα. Ἂν γὰρ εἰς ἑτέραν σαυτὸν καταστήσῃς συνήθειαν, τὸ πᾶν κατώρθωσας. Ἐννόησον γοῦν ὅτι παρ' Ἕλλησι πολλοὶ, οἱ μὲν τραυλίζοντες, μελέτῃ πολλῇ χωλεύουσαν αὐτοῖς τὴν γλῶσσαν διώρθωσαν· οἱ δὲ τοὺς ὤμους ἀτάκτως ἀναφερομένους [48] καὶ κινουμένους συνεχῶς, ξίφος ἐπιτιθέντες ἀπέστησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ Γραφῶν οὐ πείθεσθε, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀναγκάζομαι ἐντρέπειν. Τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς πρὸς Ἰουδαίους ἐποίει λέγων· *Πορεύθητε εἰς νήσους Χεττιεὶμ, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ γνῶτε εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσὶ θεοί.* Καὶ πρὸς τὰ ἄλογα δὲ πέμπει πολλάκις, οὕτω λέγων· *Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν.* Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐγὼ νῦν [49] ὑμῖν ἐρῶ· ἐννοήσατε τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους, καὶ τότε εἴσεσθε πόσης ἐσμὲν [50] ἄξιοι κολάσεως οἱ τῶν νόμων τῶν θείων παρακούοντες· ὅταν ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ εὐσχημοσύνης ἀνθρωπίνης μυρία ὦσι πεπονηκότες [51], ὑμεῖς δὲ μηδὲ ὑπὲρ τῶν οὐρανίων τὴν αὐτὴν παρέχησθε σπουδήν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα λέγοις, ὅτι δεινὸν ἡ συνήθεια κλέψαι καὶ τοὺς σφόδρα σπουδάζοντας, ὁμολογῶ μὲν τοῦτο κἀγώ· πλὴν κἀκεῖνο μετὰ τούτου φημὶ, ὅτι ὥσπερ δεινὸν ἀπατῆσαι, οὕτω καὶ εὔκολον διορθωθῆναι. Ἂν γὰρ ἐπιστήσῃς ἐπὶ τῆς οἰκίας πολλοὺς σαυτῷ φύλακας, οἷον τὸν οἰκέτην, τὴν γυναῖκα, τὸν φίλον, ῥᾳδίως ὑπὸ πάντων συνωθούμενός τε καὶ συνελαυνόμενος, ἀποστήσῃ τῆς πονηρᾶς συνηθείας. Κἂν δέκα ἡμέρας μόνον αὐτὸ κατορθώσῃς, οὐκέτι δεήσῃ λοιπὸν ἑτέρου χρόνου, ἀλλὰ κείσεταί σοι μετὰ ἀσφαλείας τὸ πᾶν, τῇ τῆς καλλίστης συνηθείας στεῤῥότητι πάλιν ῥιζωθέν. Ὅταν οὖν ἄρξῃ τοῦτο διορθοῦν, κἂν ἅπαξ, κἂν δεύτερον παραβῇς τὸν νόμον, κἂν τρίτον, κἂν εἰκοστὸν, μὴ ἀπογνῷς· ἀλλὰ πάλιν ἀνάστηθι, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς αὐτῆς σπουδῆς, καὶ περιέσῃ πάντως. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἐστι κακὸν ἐπιορκία [52]. Εἰ δὲ τὸ ὀμνύναι τοῦ πονηροῦ, τὸ ἐπιορκεῖν πόσην οἴσει τὴν τιμωρίαν; Ἐπῃνέσατε τὰ εἰρημένα; Ἀλλά μοι κρότων οὐ δεῖ, οὐδὲ θορύβων, οὐδὲ ἠχῆς. Ἓν βούλομαι μόνον, μεθ' ἡσυχίας καὶ ἐπιστήμης ἀκούοντας, ποιεῖν τὰ λεγόμενα. Τοῦτό μοι κρότος, τοῦτο ἐγκώμιον. Ἂν δὲ ἐπαινῇς μὲν τὰ εἰρημένα, μὴ ποιῇς δὲ ἅπερ ἐπαινεῖς, μείζων μὲν ἡ κόλασις, πλείων δὲ ἡ κατηγορία, καὶ ἡμῖν αἰσχύνη καὶ γέλως. Οὐδὲ γὰρ θέατρόν ἐστι τὰ παρόντα, οὐ τραγῳδοὺς κάθησθε θεώμενοι νῦν, ἵνα κροτῆτε μόνον. Διδασκαλεῖόν ἐστι τὰ ἐνταῦθα πνευματικόν. Διὸ καὶ τὸ σπουδαζόμενον ἕν ἐστιν, ὥστε κατορθῶσαι τὰ εἰρημένα, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεῖξαι τὴν ὑπακοήν. Τότε γὰρ τὸ πᾶν ἐσόμεθα ἀπειληφότες· ὡς νῦν γε καὶ ἀπηγορεύσαμεν λοιπόν. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἰδίᾳ συντυγχάνουσιν οὐ διέλιπον ταῦτα παραινῶν, καὶ ὑμῖν κοινῇ διαλεγόμενος, καὶ οὐδὲν ὅλως ὁρῶ γεγενημένον πλέον [233], ἀλλ' ἔτι τῶν προτέρων ὑμᾶς ἐχομένους στοιχείων· ὅπερ ἱκανὸν τῷ διδάσκοντι πολὺν ἐνθεῖναι τὸν ὄκνον. Ὅρα γοῦν καὶ Παῦλον διὰ τοῦτο δυσανασχετοῦντα, ὅτι πολὺν χρόνον [53-56] τοῖς προτέροις ἐνδιέτριβον μαθήμασιν οἱ ἀκροαταί. *Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι,* φησὶ, *διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκεσθαι ὑμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ.* Διὸ καὶ ἡμεῖς θρηνοῦμεν καὶ ὀδυρόμεθα. Κἂν ἐπιμένοντας ἴδω, ἀπαγορεύσω λοιπὸν ὑμῖν τῶν ἱερῶν τούτων ἐπιβῆναι προθύρων, καὶ τῶν ἀθανάτων μετασχεῖν μυστηρίων, ὥσπερ τοῖς πορνεύουσι καὶ μοιχεύουσι καὶ ἐπὶ φόνοις ἐγκαλουμένοις. Καὶ γὰρ βέλτιον μετὰ δύο καὶ τριῶν τοὺς τοῦ Θεοῦ φυλαττόντων νόμους τὰς συνήθεις ἀναφέρειν εὐχὰς, ἢ πλῆθος ἐπισύρεσθαι παρανομούντων καὶ τοὺς ἄλλους διαφθειρόντων. Μή μοί τις πλούσιος, μή μοί τις δυνάστης ἐνταῦθα φυσάτω, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπάτω. Πάντα μοι ταῦτα μῦθος καὶ σκιὰ καὶ ὄναρ. Οὐδεὶς γὰρ τῶν νῦν πλουτούντων ἐκεῖ μου προστήσεται, ὅταν ἐγκαλῶμαι καὶ κατηγορῶμαι, ὡς μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης σφοδρότητος τοὺς τοῦ Θεοῦ διεκδικήσας νόμους. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον πρεσβύτην [57] ἀπώλεσε, καίτοι βίον παρεχόμενον ἄληπτον· ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους πατουμένους ὑπερεῖδεν, ἐκολάζετο μετὰ τῶν παίδων, καὶ τὴν χαλεπὴν ἐδίδου τιμωρίαν. Εἰ δὲ ἔνθα τοσαύτη τῆς φύσεως ἦν ἡ τυραννὶς, ὁ μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀνδρείας τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ χρησάμενος

[36-39] πολλῷ] καὶ πολλῷ Edd. [40] Incipit τὸ ἠθικόν. A. Sav. [41] συμβαίνοι B. C. D. E. συμβαίνειν (om. ἂν) F. [42] ἐνὸν] δυνατὸν D. ἔνι Edd. p. p. τῶν οὐρανῶν D. F. [43] οὐχ om. A. D. F. et pr. E. [44] πότε] τότε F. et corr. B. [45] ἀναμαχήσασθαι] Sic E. favente Arm. cæteri μάχεσθαι. μαχήσασθαι Edd. [46] Incipit τὸ ἠθικόν B. Arm. Περὶ τοῦ μὴ ὀμνύναι. [47] μοι] νόμον B. D. *ut legem* Ge. [48] φερομένους B. F. p. p. ἐπιθέντες E. F. [49] νῦν om. B. F. [50] ἐσμὲν] εἰσὶν Edd. Mox οἱ τῶν θείων παρακούσαντες νόμων E. οἱ τὸν νόμον τὸν θεῖον παραβαίνοντες B. F. [51] πεποιηκότες B. D. F. p. p. ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν D. [52] ἡ ἐπιορκία Edd. [53-56] χρόνον om. B. D. F. [57] πρεσβύτην] add. τὸν Ἠλὶ λέγω E. περὶ τοῦ Ἠλεὶ C. in mar.

οὕτω χαλεπὴν ἔδωκε δίκην, τίνα ἕξομεν συγγνώμην ἡμεῖς, καὶ τῆς τυραννίδος ἐκείνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ κολακείᾳ τὸ πᾶν διαφθείροντες; Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἡμᾶς καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς προσαπολέσητε, πείσθητε, παρακαλῶ, καὶ μυρίους ἐξεταστὰς καὶ λογιστὰς ἑαυτοῖς καταστήσαντες, ἀπαλλάγητε τῆς τῶν ὅρκων συνηθείας, ἵνα ὁδῷ προβαίνοντες ἐντεῦθεν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν μετ' εὐκολίας κατορθώσητε πᾶσης, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσητε ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## [234] ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

*Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.*

α'. Ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ ὀφθαλμοῦ τὰ πρότερα ἔλεγεν, ἡνίκα ἐνομοθέτει ὀφθαλμὸν ἐκκόπτειν τὸν [58] σκανδαλίζοντα, ἀλλὰ περὶ τοῦ διὰ φιλίας βλάπτοντος ἡμᾶς, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας ἐμβάλλοντος βάραθρον; Ὁ γὰρ τοσαύτην ἐνταῦθα ποιούμενος τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μηδὲ ἑτέρου ἐξορύττοντος τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιτρέπων ἐκκόψαι τὸν ἐκείνου, πῶς ἂν τὸν ἑαυτοῦ ἐκκόπτειν ἐνομοθέτησεν; Εἰ δέ τις τοῦ παλαιοῦ κατηγορεῖ νόμου, διὰ τὸ κελεύειν οὕτως ἀμύνεσθαι [59], σφόδρα μοι δοκεῖ σοφίας νομοθέτῃ πρεπούσης ἄπειρος εἶναι, καὶ καιρῶν δύναμιν ἀγνοεῖν, καὶ συγκαταβάσεως κέρδος. Ἂν γὰρ ἐννοήσῃ [60] τίνες ἦσαν οἱ ταῦτα ἀκούοντες, καὶ πῶς διακείμενοι, καὶ πότε τὴν νομοθεσίαν ἐδέξαντο ταύτην, σφόδρα ἀποδέξεται τοῦ νομοθέτου τὴν σοφίαν, καὶ ὄψεται ὅτι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ ἐκεῖνα καὶ ταῦτα νομοθετήσας ἐστὶ, καὶ σφόδρα χρησίμως ἑκάτερα καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος γράψας καιροῦ. Καὶ γὰρ εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν τὰ ὑψηλὰ ταῦτα καὶ ὑπέρογκα εἰσήγαγε παραγγέλματα, οὔτ' ἂν ταῦτα ἐδέξατο, οὔτε ἐκεῖνα· νυνὶ δὲ ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἑκάτερα διαθεὶς, τὴν οἰκουμένην δι' ἀμφοτέρων κατώρθωσεν [61] ἅπασαν. Ἄλλως δὲ καὶ τοῦτο ἐκέλευσεν, οὐχ ἵνα τοὺς ἀλλήλων ἐκκόπτωμεν ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἵνα παρ' ἑαυτοῖς τὰς χεῖρας κατέχωμεν. Ἡ γὰρ ἀπειλὴ τοῦ παθεῖν τὴν ἐπὶ τὸ δρᾶσαι ὁρμὴν διεκώλυσε [62]. Καὶ οὕτω δὴ πολλὴν ἠρέμα ὑποσπείρει τὴν φιλοσοφίαν, ὅπου γε παθόντα τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι κελεύει· καίτοιγε μείζονος κολάσεως ἄξιος ἦν ὁ τῆς παρανομίας ταύτης κατάρξας, καὶ τοῦτο ὁ τοῦ δικαίου λόγος ἀπαιτεῖ [63]. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ φιλανθρωπίαν ἐβούλετο κεράσαι τῷ δικαίῳ, τὸν μείζονα πλημμελήσαντα ἐλάττονι τῆς ἀξίας καταδικάζει τιμωρίᾳ, παιδεύων καὶ [64] ἐν τῷ πάσχειν πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐπιείκειαν. Εἰπὼν τοίνυν τὸν παλαιὸν νόμον, καὶ ἀναγνοὺς αὐτὸν ἅπαντα, δείκνυσι πάλιν οὐ τὸν ἀδελφὸν ὄντα τὸν ταῦτα ἐργασάμενον, ἀλλὰ τὸν πονηρόν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν· *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ.* Οὐκ εἶπε, Μὴ ἀντιστῆναι τῷ ἀδελφῷ, ἀλλὰ, *Τῷ πονηρῷ*· δεικνὺς ὅτι ἐκείνου κινοῦντος ταῦτα τολμᾶται, καὶ ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς ὀργῆς τῆς πρὸς τὸν πεποιηκότα χαλῶν καὶ ὑποτεμνόμενος, [235] τῷ τὴν αἰτίαν ἐφ' ἕτερον μεταθεῖναι. Τί οὖν; οὐ χρὴ ἡμᾶς ἀνθίστασθαι τῷ πονηρῷ; φησί. Δεῖ μὲν, οὐ τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐπέταξε, τῷ παρέχειν ἑαυτὸν πάσχειν κακῶς· οὕτω γὰρ αὐτοῦ περιέσῃ. Οὐδὲ γὰρ πυρὶ σβέννυται πῦρ, ἀλλ' ὕδατι πῦρ. Ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι καὶ ἐν τῷ παλαιῷ νόμῳ ὁ παθὼν κρατεῖ μᾶλλον, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ στεφανούμενος, ἐξέτασον αὐτὸ τὸ γινόμενον, καὶ ὄψει πολλὴν αὐτοῦ τὴν προεδρίαν οὖσαν. Ὁ μὲν γὰρ ἄρξας χειρῶν ἀδίκων, ἀμφοτέρους αὐτὸς [65] ἔσται ἀνῃρηκὼς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸν τοῦ πλησίον, καὶ τὸν αὐτοῦ. Διὸ καὶ μισεῖται παρὰ πάντων δικαίως, καὶ μυρίαις βάλλεται κατηγορίαις. Ὁ δὲ ἠδικημένος, καὶ μετὰ τὸ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι, οὐδὲν ἔσται δεινὸν πεποιηκώς. Διὸ καὶ πολλοὺς ἔχει τοὺς συναλγοῦντας, ἅτε καθαρὸς ὢν, καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι, ταύτης τῆς πλημμελείας. Καὶ τὰ μὲν τῆς συμφορᾶς ἴσα ἀμφοτέροις· τὰ δὲ τῆς δόξης οὐκ ἴσα, οὔτε [66] παρὰ Θεῷ, οὔτε παρὰ ἀνθρώποις. Διόπερ λοιπὸν οὐδὲ [67] τὰ τῆς συμφορᾶς ἴσα. Ἀρχόμενος μὲν οὖν ἔλεγεν· *Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, καὶ ὁ μωρὸν καλῶν, ἔνοχος ἔσται τῇ γεέννῃ τοῦ πυρός*· ἐνταῦθα δὲ καὶ πλείονα ἀπαιτεῖ φιλοσοφίαν, οὐ μόνον κελεύων ἡσυχάζειν τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀντιφιλοτιμεῖσθαι μειζόνως, τὴν ἑτέραν παρέχοντα σιαγόνα. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐ περὶ τῆς τοιαύτης πληγῆς νομοθετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἀνεξικακίαν παιδεύων ἡμᾶς.

β'. Ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ, ὅτι *Ὁ καλῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μωρὸν, ἔνοχος ἔσται τῇ γεέννῃ* [68], οὐ περὶ τοῦ ῥήματος τούτου λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ λοιδορίας ἁπάσης· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐχ ἵνα ῥαπιζόμενοι [69] φέρωμεν γενναίως, νομοθετεῖ, ἀλλ' ἵνα καὶ πᾶν ὁτιοῦν πάσχοντες μὴ θορυβώμεθα. Διὰ τοῦτο κἀκεῖ τὴν ἐσχάτην ὕβριν ἐπελέξατο [70], καὶ ἐνταῦθα τὴν μάλιστα δοκοῦσαν εἶναι πληγὴν ἐπονείδιστον, τὴν ἐπὶ [71] σιαγόνος, καὶ πολλὴν ἔχουσαν τὴν ὕβριν τέθεικε. Κελεύει δὲ τοῦτο, ὑπέρ τε τοῦ πλήττοντος, ὑπέρ τε τοῦ πληττομένου τὸν λόγον ποιούμενος. Ὅ τε γὰρ ὑβρισμένος, οὐδὲν ἡγήσεται πάσχειν δεινὸν, οὕτω παρεσκευασμένος φιλοσοφεῖν (οὐδὲ γὰρ τῆς ὕβρεως αἴσθησιν λήψεται, ἅτε ἀγωνιζόμενος μᾶλλον ἢ τυπτόμενος)· ὅ τε ἐπηρεάζων καταισχυνθεὶς οὐκέτι δευτέραν ἐπάξει πληγὴν, κἂν θηρίου παντὸς χαλεπώτερος ᾖ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ προτέρᾳ σφόδρα ἑαυτοῦ καταγνώσεται. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατέχει τοὺς ἀδικοῦντας, ὡς τὸ φέρειν τοὺς ἀδικουμένους ἐπιεικῶς τὰ γινόμενα· οὐ κατέχει δὲ μόνον τῆς προσωτέρω ῥύμης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς φθάσασι μετανοῆσαι παρασκευάζει, καὶ θαυμάζοντας τὴν ἐπιείκειαν ἀναχωρεῖν [72], καὶ οἰκειοτέρους καθίστησι, καὶ δούλους, οὐχὶ φίλους μόνον, ἀντὶ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ποιεῖ· ὥσπερ οὖν τὸ ἀμύνεσθαι, τὰ ἐναντία ἅπαντα [73]· ἀμφοτέρους τε γὰρ καταισχύνει καὶ [236] χείρους κατασκευάζει, καὶ τὴν ὀργὴν εἰς μείζονα ἀνάγει [74] φλόγα· καὶ πολλάκις καὶ εἰς θάνατον καταστρέφει περαιτέρω τὸ δεινὸν προβαῖνον. Διὰ τοῦτο οὐ μόνον ῥαπιζόμενον ἐκέλευσε μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐμπιπλᾶν αὐτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπέταξεν, ἵνα μηδὲ τὸ πρότερον δόξῃς ἄκων ὑπομεμενηκέναι. Οὕτω γὰρ καὶ ἀναίσχυντον ὄντα καιρίᾳ [75] δυνήσῃ πλῆξαι πληγῇ μᾶλλον, ἢ εἰ τῇ χειρὶ ἔπληξας, καὶ ἀναισχυντότερον [76] ὄντα ἐπιεικέστερον ποιήσεις. *Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.* Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ πληγῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρημάτων βούλεται τὴν τοιαύτην ἀνεξικακίαν παρέχεσθαι. Διὸ πάλιν τὴν αὐ-

[58] τὸν om. B. F. [59] ἀμύνασθαι A. D. et sæpius. [60] ἐννοήσῃς... ἀποδέξῃ... ὄψει Edd. [61] διώρθωσεν B. [62] διεκώλυε D. ἐκώλυσε F. [63] ἀπῄτει B. F. [64] καὶ] ὡς καὶ B. F. ἐπιδείκνυσθαι] add. χρὴ iidem. [65] αὐτὸς] τε αὐτὸς D. E. F. [66] οὐδὲ Edd. οὐδὲ bis Sav. [67] οὔτε A. C. E. [68] γεέννῃ] add. τοῦ πυρὸς Edd. [69] ῥαπιζόμενοι] add. μόνον Edd. [70] ἐξελέξατο F. ὑπελέξατο A. [71] ἐπὶ] add. τῆς B. F. [72] ἀναχωρεῖν] πείθει ἀναχωρεῖν A. *οὕτως ἀναχωρεῖν* F. [73] ἅπαντα om. A. B. C. D. F. Deinde τοὺς ἀμφοτέρους τε καταισχύνει B. *τοὺς γὰρ ἀμφ. κατ.* F. [74] ἀνάγει] ἀνάπτει A. [75] καιρίαν (hoc D.)... πληγὴν B. F. [76] αὐθαδέστερον B.

liberemini, ut hinc pergentes, aliam quoque
em cum facilitate magna impleatis, et futuris
ini bonis : quæ nos omnes assequi contingat,
gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XVIII.

5. v. 38. *Audistis quia dictum est : Oculum pro lo, et dentem pro dente.* 39. *Ego autem dico vo-, non resistere malo : sed si quis percusserit te in teram maxillam, præbe ei et alteram.* 40. *Et vo- i tecum in judicio contendere, et tunicam tuam re, dimitte ei et pallium.*

*Quid significet oculus scandalizans, quem Christus erui. Cur præcepta legis veteris non ita sublimia* . — Vides eum non de oculo priora dixisse, juberet oculum eruere qui nobis offendiculo sed de eo qui per amicitiam nos læderet, et in ici barathrum conjiceret? Nam qui tanta hic bole utitur, neque alterius, qui nobis oculum et, oculum eruere permitti, quomodo suum lege sanxisset? Quod si quis veterem redar- egem, quæ jubeat se ita ulcisci, is admodum videtur sapientiam, quæ legislatorem decet, re, necnon temporum rationem et indulgen- ilitatem. Si cogitaveris enim, quinam essent talia audirent, quomodo affecti, et quando has acceperint, legislatoris sapientiam multum lau videbisque unum et eumdem esse qui hæc statuerit, et valde utiliter utraque, ac con- i tempore scripserit. Nam si ab initio hæc sic sublimia præcepta intulisset, neque hæc ne- a recepissent; jam vero cum opportuno ultra- mpore statuerit, per utraque totum orbem it. Alioquin autem hæc jussit, non ut mutuo oculos eruamus, sed ut potius manus nostras eamus. Nam rependendæ vicis comminatio im- inferendæ injuriæ coercuit. Atque ita sensim n disseminat philosophiam : quando læsum rependere vicem jubet; quamquam majore erat supplicio is a quo iniquitas hujusmodi et exordium : illud enim æquitatis ratio postu- Sed quia benignitatem volebat justitia tempe- eum, qui iniquius se gesserat, minori, quam atur, damnat supplicio, docens ut in patiendo m servemus moderationem. Cum ergo priorem protulisset, illamque totam legisset, ostendit non fratrem esse qui talia perpetravit, sed um, ideoque subjunxit : *Ego autem dico vobis, sistere malo.* Non dixit, Non resistere fratri : *alo*, ostendens illo instigante talia perpetrari, sic magnam iræ partem adversus eum qui inju- intulit conceptam sedans et succidens, cum n in alterum transfert. Quid igitur? annon de- , inquies, resistere malo? Debetis, sed non odo : verum ut ipse præcepit : ut scilicet parati ad recipiendas injurias; sic enim illum supe- Neque enim igne ignis exstinguitur, sed aqua. em discas, etiam in veteri lege eum qui patere- cisse, coronatumque fuisse, id diligenter ex- plora, et videbis eum longe anteferri. Nam qui prior manus iniquas intulit, duos ipse oculos eruisse deprehenditur, et proximi sui et suum. Ideoque jure ab omnibus odio habetur, et mille criminationibus impetitur. Qui vero læsus est, præterquam quod pari pœna vindicatur, nihil mali intulit. Ideoque multos habet seu commiseratione dolentes, utpote purus, etiamsi ultio facta fuerit. Calamitas par est in utrisque, gloria vero non par apud Deum et homines. Quapropter neque calamitas deinceps par est. Principio itaque dixit, *Qui irascitur fratri suo sine causa, et qui illum fatuum appellat, reus erit gehennæ ignis*, hic vero majorem etiam requirit philosophiam, non modo quiescere jubens eum qui talia passus sit, sed etiam cum cædente officio certare, ipsique alteram maxillam præbere. Hoc autem dicit, non pro illo injuriæ genere tantum legem ferens, sed ad talem in aliis omnibus tolerantiam nos instituens.

2. *Christus quod de colapho dicit ad omnem contumeliam extendit. Patiendo vincere oportet.* — Quemadmodum enim cum dicit, *Qui vocat fratrem suum fatuum, reus erit gehennæ ignis*, non de hoc uno verbo hoc dicit, sed de qualibet contumelia : ita hic quoque legem statuit, non tantum ut colaphis cæsi, id fortiter feramus, sed ut quidvis aliud patientes, ne turbemur. Propterea et ibi extremam selegit injuriam, et hic eam, quæ probrosa et contumeliosa maxime videbatur, maxillæ percussionem. Id vero jussit, et percutientis et percussi rationem habens. Nam qui injuria afficitur, nihil se grave passum arbitrabitur, sic philosophia præmunitus : neque enim contumeliæ sensum ullum habebit, ut qui certet potius quam percutiatur; qui vero injuriam infert, pudore suffusus non secundum colaphum impinget, etiamsi fera quavis ferocior sit; imo etiam de priore sese damnabit. Nihil enim ita lædentes cohibet, ut cum læsi injuriam modeste ferunt; neque modo retinet impetum, ne ulterius procedatur, sed etiam id efficit, ut de facto se pœniteat, et alii moderationem admirantes secedant; imo, neque solum amicos ex inimicis, sed familiares reddit et servos : sicut, e converso, ultio sumpta contraria omnia parit, utrumque dedecorat, et pejorem efficit, majorem iræ flammam excitat, ac sæpe cæde terminatur malum ad ulteriora progressum. Idcirco percussum non modo jubet non irasci, sed etiam percutientis implere cupiditatem præcipit, ut ne videaris priorem plagam invitus accepisse. Sic enim impudentem opportuniore plaga percutere poteris, quam si manu percussisses, et impudentem mansuetiorem efficies. *Qui voluerit tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte illi et pallium.* Neque enim in plagis tantummodo, sed etiam in pecuniis vult talem tole-

rantiam exhiberi. Ideo rursum simili utitur hyperbole. Sicut enim illic jubet patiendo vincere, ita et hic in concedendo plura, quam raptor exspectabat. Verum hoc non simpliciter posuit, sed cum additamento. Non enim dixit, Da petenti pallium, sed, *Ei qui voluerit tecum judicio contendere*; hoc est, si te ad judicium traxerit, ac negotia tibi exhibeat. Quemadmodum vero cum dixisset, Ne voces fatuum, et ne irascaris sine causa, deinceps plura exegit, cum jussit etiam dexteram maxillam præbere: ita et hic cum dixisset, Esto consentiens cum adversario tuo, rursum gravius præceptum addit. Non enim modo jubet illa dare quæ ille vult auferre, sed majorem etiam liberalitatem exhibere. Quid igitur? inquies, nudusne circuiturus sum? Nunquam essemus nudi, si his præceptis diligenter obtemperaremus; sed multo pluribus quam alii omnes vestibus induti essemus. Primo enim nemo tali animo præditus invaderet: secundo, si quispiam occurreret ita ferox et inhumanus, ut eo usque procederet, multo plures reperirentur qui tantæ philosophiæ virum non vestibus modo, sed et carne sua, si fieri posset, operirent.

3. Si autem etiam propter talem philosophiam nudum incedere oporteret, neque id etiam turpe esset. Nam et Adam nudus erat in paradiso, nec erubescebat (*Gen.* 2. 25); Isaias etiam nudus et discalceatus, Judæorum omnium splendidissimus erat (*Isai.* 20. 3); Joseph vero cum exutus est, tunc maxime claruit. Neque enim malum est ita nudari, sed ita indui, ut nunc nos induimur vestimentis pretiosis. Hoc et turpe et ridiculum est. Ideo illos quidem Deus laudavit; hos vero per prophetas et per apostolos sæpe incusat. Ne itaque præcepta impossibilia esse putemus. Quæ utique et utilia nobis sunt, et valde facilia, si vigilemus: tantumque afferunt lucrum, ut non nos solum, sed etiam eos, qui nos lædunt, maxime juvent. Et hoc est in eis eximium, quod dum suadent nobis, ut mala patiamur, eadem opera eos, qui nos lædunt, docent philosophari. Dum enim ille putat magnum esse aliena auferre, tu vero ostendis ipsi, tibi in promptu esse illa etiam dare quæ ipse non petit, et pronam alacritatem ejus inopiæ philosophiamque ejus rapacitati opponis, considera quantam ille percipiet doctrinam, non ex verbis, sed ex operibus eruditus ad parvipendendam nequitiam, et virtutem assequendam. Non enim vult Deus ut nobis tantum utiles simus, sed omnibus proximis. Si igitur dederis, et non judicio contenderis, quod tibi utile erat tantum quæsivisti; si vero aliud dono addideris, illum meliorem effectum dimittis. Hujusmodi est sal, ut vult Dominus discipulos esse: quod et seipsum servat, et alia corpora, quibuscum mixtum est, firmat: talis est oculus, qui sibi ipsi lucet et aliis. Quia igitur eorum te vice constituit, illumina eum, qui in tenebris sedet, et doce illum, nec primum quidem rapuisse violenter, nec te læsisse omnino. Sic enim et tu venerabilior clariorque eris, si ostendas, dedisse te, non raptum amisisse. Fac igitur per mansuetudinem tuam, ut ejus peccatum liberalitas tua sit.

*Quantam perfectionem nos docuerit Christus. Perfecti viri ærumnis fortiores evadunt.*— Si vero hoc esse magnum putas, exspecta, et clare videbis, te nondum ad perfectionem venisse. Non enim hic gradum sistit is qui patientiæ leges dedit, sed ulterius procedit, ita dicens: 41. *Si quis te angariaverit milliarium unum, vade cum illo et duo.* Vidistin' philosophiæ excellentiam? Post datam tunicam et pallium, si adhuc nudo corpore uti velit adversarius ad laborem et miseriam ferendam, ne sic quidem illum coercere oportet, inquit. Omnia enim nos communiter vult possidere, corpora, pecunias, et egenis pariter injuriamque inferentibus illa præbere: hoc enim fortitudinis, illud benignitatis est. Ideo dicebat: *Si quis te angariaverit milliarium unum, vade cum illo et duo*, sublimius te rursum erigens, atque eamdem ipsam liberalitatem ostendere jubens. Si enim illa, quæ in principio dicebat, his longe minora, tot tamen beatitudines habeant, cogita quanta sors hæc majora operantes exspectet, atque etiam quales illi vel ante præmia evadant, in humano et passibili corpore impassibilitatem omnem exhibentes. Cum enim neque calumniis, neque plagis, neque pecuniarum direptione mordeantur, neque ulli rei simili umquam cedant, imo potius ærumnis fortiores evadant, considera qualis anima eorum efficiatur. Propterea quod in plagis, quod in pecuniis jubet, hoc et in hac re quoque facere præcepit. Quid loquor, inquit, de contumeliis, de pecuniis? Si etiam ipso corpore tuo uti velit ad laborem et defatigationem, illudque injuste, rursus vincito, et illius iniquam cupiditatem exsuperato. Angariare enim est inique trahere, et sine ulla prorsus ratione vim inferre. Attamen ad hoc etiam paratus esto, ut amplius patiaris, quam ille velit exigere. 42. *Petenti te da, et volentem a te mutuari, ne averseris.* Hæc minora illis sunt; sed ne mireris: sic enim solet semper facere, magnis parva miscens. Si vero hæc minora sint illis, audiant qui aliena rapiunt, qui meretricibus sua largiuntur, et duplex sibi parant incendium, et per iniquum aditum, et per sumptus perniciosos. Mutuum autem hic non usurarium illud fœnus appellant, sed usum simplicem. Alibi vero idipsum intendit, dicens, illis dandum esse, a quibus nihil recepturos nos speramus. 43. *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum.* 44. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, et orate pro calumniantibus et persequentibus vos; benedicite maledicentibus vobis, benefacite iis qui vos oderunt*, 45. *ut sitis similes Patris vestri, qui est in cœlis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Vide quomodo ultimam bonorum coronidem posuit. Propterea enim docet, non modo colaphis cædentes ferre, sed etiam dexteram maxillam præbere, neque tantum tunicæ pallium adjicere, sed cum angariante ad unum milliarium per duo milliaria incedere, ut quod his longe majus erat cum omni facilitate susciperes. Et quid, inquies, his majus est? Illum qui hæc faciat non inimicum habere: imo et aliquid aliud majus. Non

τὴν τίθησιν ὑπερβολήν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κελεύει νικᾷν ἐν τῷ πάσχειν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῷ ἀφαιρεῖσθαι πλείονα ὧν ὁ πλεονεκτῶν [77-78] προσεδόκησε. Πλὴν οὐχ [79] ἁπλῶς αὐτὸ τέθεικεν, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης. Οὐ γὰρ εἶπε, Δὸς τῷ αἰτοῦντι τὸ ἱμάτιον, ἀλλὰ, *Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι*· τουτέστιν, ἐὰν εἰς δικαστήριον ἕλκῃ καὶ πράγματά σοι παρέχῃ. Καὶ ὥσπερ εἰπὼν μὴ καλεῖν μωρὸν, μηδὲ ὀργίζεσθαι εἰκῆ, προϊὼν πλέον ἀπήτησεν, ἡνίκα ἐκέλευσε καὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα παρέχειν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, εἰπὼν εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, πάλιν ἐπιτείνει τὸ ἐπίταγμα. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἃ βούλεται λαβεῖν κελεύει δοῦναι, ἀλλὰ καὶ πλείονα ἐπιδείξασθαι φιλοτιμίαν. Τί οὖν; γυμνὸς μέλλω περιιέναι; φησίν. Οὐχ ἂν ἦμεν γυμνοὶ, εἰ τούτοις ἐπειθόμεθα μετὰ ἀκριβείας· ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα ἁπάντων ἂν ἦμεν περιβεβλημένοι. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν οὕτω διακειμένοις [80] ἐπέθετο· δεύτερον δὲ, εἰ καὶ ἔτυχέ τις οὕτως ἄγριος καὶ ἀνήμερος, ὡς καὶ μέχρι τοσούτου προελθεῖν, ἀλλὰ πολλῷ πλείους ἂν ἐφάνησαν οἱ τὸν οὕτω φιλοσοφοῦντα οὐχ ἱματίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ σαρκὶ τῇ ἑαυτῶν, εἴγε οἷόν τε ἦν, περιβάλλοντες.

γ'. Εἰ δὲ καὶ ἐχρῆν γυμνὸν περιιέναι διὰ τοιαύτην φιλοσοφίαν, οὐδὲ οὕτως αἰσχρὸν ἦν. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀδὰμ γυμνὸς ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ οὐκ ᾐσχύνετο· καὶ ὁ Ἡσαΐας γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, καὶ πάντων Ἰουδαίων λαμπρότερος ἦν· καὶ ὁ Ἰωσὴφ δὲ, ὅτε ἀπεδύσατο, τότε μάλιστα ἔλαμψεν. Οὐ γὰρ τὸ οὕτω γυμνοῦσθαι κακὸν, ἀλλὰ τὸ οὕτως ἐνδύεσθαι, καθάπερ νῦν ἡμεῖς ἱματίοις πολυτελέσι, τοῦτο καὶ αἰσχρὸν καὶ καταγέλαστον. Διά τοι τοῦτο ἐκείνους μὲν ὁ Θεὸς ἐπῄνεσε, τούτοις δὲ ἐγκαλεῖ, καὶ διὰ προφητῶν καὶ δι' ἀποστόλων. Μὴ τοίνυν ἀδύνατα εἶναι νομίζωμεν τὰ ἐπιτάγματα. Καὶ γὰρ μετὰ τοῦ συμφέροντος σφόδρα ἐστὶν εὔκολα, ἐὰν νήφωμεν· καὶ τοσοῦτον ἔχει τὸ κέρδος, ὡς μὴ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς ἐπηρεάζοντας τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. Καὶ τοῦτο μάλιστα αὐτῶν ἐστι τὸ ἐξαίρετον, ὅτι πείθοντες [81] ἡμᾶς πάσχειν κακῶς, διὰ τῶν αὐτῶν καὶ τοὺς ποιοῦντας διδάσκουσι φιλοσοφεῖν. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἡγῆται μέγα τὸ τὰ [237] ἑτέρων λαμβάνειν, σὺ δὲ αὐτῷ δείξῃς, ὅτι σοι κοῦφον καὶ ἃ μὴ αἰτεῖ δοῦναι, καὶ ἀντίῤῥοπον φιλοτιμίαν εἰσαγάγῃς τῆς ἐκείνου πτωχείας, καὶ φιλοσοφίαν τῆς ἐκείνου πλεονεξίας, ἐννόησον ὅσης ἀπολαύσεται διδασκαλίας, οὐ διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν παιδευόμενος καταφρονεῖν μὲν κακίας, ἐφίεσθαι δὲ ἀρετῆς. Οὐδὲ γὰρ ἑαυτοῖς χρησίμους ἡμᾶς εἶναι [82] βούλεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλησίον ἅπασιν. Ἂν μὲν οὖν δῷς, καὶ μὴ δικάσῃ, τὸ σαυτοῦ συμφέρον ἐζήτησας μόνον [83]· ἂν δὲ προσδῷς καὶ ἕτερον, κἀκεῖνον βελτίω ποιήσας ἐξέπεμψας. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ ἅλας, ὅπερ αὐτοὺς εἶναι βούλεται· καὶ γὰρ ἑαυτὸ [84] συγκροτεῖ, καὶ τὰ ἄλλα διακρατεῖ σώματα, οἷς ἂν ὁμιλήσῃ· [85] τοιοῦτόν ἐστι τὸ φῶς· καὶ γὰρ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις φαίνει. Ἐπεὶ οὖν ἐν τάξει σε τούτων κατέστησεν, ὠφέλησον [86] καὶ τὸν ἐν σκότῳ καθήμενον, καὶ δίδαξον αὐτὸν, ὅτι οὐδὲ τὸ πρότερον [87] βίᾳ ἔλαβε· πεῖσον ὅτι οὐκ ἐπηρέασεν. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς αἰδεσιμώτερος ἔσῃ καὶ σεμνότερος, ἐὰν δείξῃς ὅτι ἐχαρίσω, καὶ οὐχ ἡρπάγης. Ποίησον τοίνυν αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς σῆς ἐπιεικείας φιλοτιμίαν σήν.

Εἰ δὲ μέγα τοῦτο εἶναι νομίζεις, ἀνάμεινον, καὶ ὄψει σαφῶς, ὅτι οὐδέπω πρὸς τὸ τέλειον ἀπήντηκας. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἵσταταί σοι ὁ τοὺς περὶ ἀνεξικακίας τιθεὶς νόμους, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω πρόεισιν, οὕτω λέγων· *Ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.* Εἶδες ὑπερβολὴν φιλοσοφίας; Μετὰ γοῦν τὸ δοῦναι [88] τὸν χιτῶνα καὶ τὸ ἱμάτιον, οὐδὲ εἰ γυμνῷ τῷ σώματι χρῆσθαι βούλοιτο ὁ ἐχθρὸς πρὸς ταλαιπωρίας [89] καὶ πόνους, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν δεῖ κωλύειν, φησί. Πάντα γὰρ βούλεται κεκτῆσθαι ἡμᾶς κοινὰ, καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα, καὶ τοῖς δεομένοις [90] καὶ τοῖς ὑβρίζουσι· τὸ μὲν γὰρ ἀνδρείας, τὸ δὲ φιλανθρωπίας ἐστί. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο*· ἀνωτέρω σε ἀνάγων πάλιν, καὶ τὴν αὐτὴν φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυσθαι κελεύων. Εἰ γὰρ ἅπερ ἀρχόμενος ἔλεγεν, ἐλάττονα ὄντα τούτων πολλῷ, τοσούτους ἔχει μακαρισμοὺς, ἐννόησον οἷα λῆξις τοὺς ταῦτα κατορθοῦντας ἀναμένει, καὶ τίνες καὶ [91] πρὸ τῶν ἐπάθλων γίνονται, ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι καὶ παθητῷ ἀπάθειαν ἅπασαν κατορθοῦντες. Ὅταν γὰρ μήτε [92] ὕβρεσι καὶ πληγαῖς, μήτε χρημάτων ἀφαιρέσει δάκνωνται, μήτε ἄλλῳ μηδενὶ εἴκωσι τοιούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπιδαψιλεύωνται τῷ πάθει μᾶλλον, σκόπησον οἵα αὐτοῖς κατασκευάζεται ἡ ψυχή. Διὰ δὴ τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῶν πληγῶν, ὅπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐκέλευσε ποιεῖν. Τί γὰρ λέγω, φησὶν, ὕβριν καὶ χρήματα; Κἂν αὐτῷ τῷ σώματί σου βούληται εἰς πόνον χρήσασθαι καὶ [238] κάματον, καὶ τοῦτο ἀδίκως, πάλιν νίκησον καὶ ὑπέρβηθι τὴν ἄδικον ἐπιθυμίαν ἐκείνου. Τὸ γὰρ ἀγγαρεῦσαι τοῦτό ἐστι, τὸ ἀδίκως ἑλκύσαι, καὶ ἄνευ λόγου τινὸς, καὶ ἐπηρεάζοντα. Ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς τοῦτο ἔσο παρατεταγμένος, ὥστε πλέον παθεῖν, ἢ ἐκεῖνος βούλεται ποιῆσαι. *Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς.* Ταῦτα ἐκείνων ἐλάττονα· ἀλλὰ μὴ θαυμάσῃς· τοῦτο γὰρ εἴωθεν ἀεὶ ποιεῖν, ἀναμιγνὺς τοῖς μεγάλοις τὰ μικρά. Εἰ δὲ ταῦτα μικρὰ πρὸς ἐκεῖνα, ἀκουέτωσαν οἱ τὰ ἑτέρων λαμβάνοντες, οἱ πόρναις τὰ ἑαυτῶν [93] διανέμοντες, καὶ διπλῆν ἑαυτοῖς ἀνάπτοντες πυρὰν, καὶ διὰ τῆς προσόδου τῆς ἀδίκου, καὶ διὰ τῆς δαπάνης τῆς ὀλεθρίας. Δάνεισμα δὲ ἐνταῦθα οὐ τὸ μετὰ τῶν τόκων λέγει συμβόλαιον, ἀλλὰ τὴν χρῆσιν ἁπλῶς. Ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπιτείνει, λέγων ἐκείνοις διδόναι, παρ' ὧν οὐ προσδοκῶμεν ἀπολαμβάνειν. *Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς* [94]· *εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· ὅπως γένησθε ὅμοιοι* [95] *τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.* Ὅρα τὴν κορωνίδα τῶν ἀγαθῶν πῶς ἐπέθηκεν ἐσχάτην. Διὰ γὰρ τοῦτο παιδεύει, μὴ μόνον ῥαπιζόμενον [96] φέρειν, ἀλλὰ καὶ παρέχειν τὴν δεξιὰν σιαγόνα, μηδὲ μόνον τῷ χιτῶνι τὸ ἱμάτιον προστιθέναι, ἀλλὰ καὶ δύο συνοδεύειν μίλια τῷ ἓν ἀγγαρεύοντι, ἵνα τὸ πολλῷ πλέον τούτων

[77-78] ὁ τὸ πλεονεκτεῖν θέλων B. F. [79] οὐχ] add. οὕτως B. F. οὐχ οὕτως αὐτὸ ἁπλῶς F. [80] διακείμενος Mor. Ben. ἐπέθετο] Sic B. F. Ep. cæteri ἐπίθοιτο. [81] πείθοντα B. E. [82] εἶναι] add. μόνον C. D. Post βούλεται habent B. F. [83] μόνον om. B. F. p. p. προδῷς A. et p. D. [84] ἑαυτὸ] Sic B. Sav. cæteri ἑαυτῷ. [85] Sic A. E, Arm. et margo Ge. cæteri τοιοῦτός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. p. p. καὶ γὰρ καὶ ἑαυτῷ B. F. [86] ὠφέλησον] φώτισον Ge. Mor. Ben. [87] πρῶτον B. F. [88] δοῦναι] add. τὴν σιαγόνα καὶ B. D. F. οὐδὲ εἰ... χρῆσθαι] εἰ καὶ... κεχρῆσθαι B. F. [89] ταλαιπωρίας] τιμωρίας A. C. D. E. [90] δεομένοις] add. παρέχειν A. C. Non legit Ge. [91] καὶ quod A. B. D. E. e cod. F. adsumpsi. [92] μήτε] Sic B. E. F. vulgo μηδέ. μήτε ὕβρεσι μήτε πληγαῖς F. [93] αὐτῶν vulgo deest [94] ὑμᾶς] add. καὶ διωκόντων E. [95] ὅμοιοι] υἱοὶ B. C. D. E. F. 1 Mosq. [96] ῥαπιζόμενος A. C. D.

μετ' εὐκολίας δέξῃ πάσης. Καὶ τί τούτων πλέον ἐστί; φησί. Τὸ τὸν ποιοῦντα ταῦτα μηδὲ ἐχθρὸν ἔχειν· μᾶλλον δὲ καὶ τούτου ἕτερόν τι πλέον. Οὐ γὰρ εἶπε, Μὴ μισήσῃς, ἀλλὰ, *Ἀγάπησον*· οὐκ εἶπε, Μὴ ἀδικήσῃς. ἀλλὰ [97], *Καλῶς ποίησον*.

δ'. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ τούτων αὐτῶν ἑτέραν ὄψεται προσθήκην πολλῷ μείζονα τούτων. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐκέλευσεν ἀγαπᾷν, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι. Εἶδες ὅσους ἀνέβη βαθμοὺς, καὶ πῶς εἰς αὐτὴν ἡμᾶς τὴν κορυφὴν ἔστησε τῆς ἀρετῆς; Σκόπει δὲ ἄνωθεν ἀριθμῶν. Πρῶτός ἐστι βαθμὸς, μὴ ἄρχειν ἀδικίας· δεύτερος, μετὰ τὸ ἄρξασθαι [98], τοῖς ἴσοις ἀμύνασθαι [99]· τρίτος, μὴ δρᾶσαι τὸν ἐπηρεάζοντα ταῦτα ἃ ἔπαθεν, ἀλλ' ἡσυχάσαι· τέταρτος, τὸ καὶ παρασχεῖν ἑαυτὸν εἰς τὸ παθεῖν κακῶς· πέμπτος, τὸ καὶ πλέον παρασχεῖν ἢ ἐκεῖνος βούλεται ὁ ποιήσας· ἕκτος, τὸ μὴ μισῆσαι τὸν ταῦτα ἐργασάμενον [1]· ἕβδομος, τὸ καὶ ἀγαπῆσαι· ὄγδοος, τὸ καὶ εὐεργετῆσαι· ἔννατος, τὸ καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ παρακαλεῖν. Εἶδες ὕψος φιλοσοφίας; Διά τοι τοῦτο καὶ λαμπρὸν τὸ ἔπαθλον ἔχει. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἦν τὸ ἐπίταγμα, καὶ νεανικῆς δεόμενον ψυχῆς καὶ πολλῆς τῆς σπουδῆς, [239] καὶ μισθὸν αὐτῷ τίθησι τοιοῦτον, οἷον οὐδενὶ τῶν προτέρων. Οὐ γὰρ γῆς ἐνταῦθα μέμνηται, καθάπερ ἐπὶ τῶν πράων· οὔτε παρακλήσεως καὶ ἐλέου, καθάπερ ἐπὶ τῶν πενθούντων καὶ ἐλεημόνων· οὔτε βασιλείας οὐρανῶν· ἀλλ' ὃ πάντων τούτων ἦν φρικωδέστερον, τὸ γενέσθαι ὁμοίους τῷ Θεῷ, ὡς ἀνθρώπους γενέσθαι εἰκός. *Ὅπως γὰρ γένησθε* [2], φησὶν, *ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς*. Σὺ δέ μοι παρατήρει, πῶς οὐδὲ ἐνταῦθα, οὐδὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν Πατέρα ἑαυτοῦ καλεῖ· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν Θεὸν καὶ βασιλέα μέγαν, ὅτε περὶ τῶν ὅρκων διελέγετο· ἐνταῦθα δὲ Πατέρα αὐτῶν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, τῷ προσήκοντι καιρῷ τοὺς περὶ τούτων τηρῶν λόγους. Εἶτα καὶ προσάγων [3] τὴν ὁμοιότητα, φησὶν, ὅτι *Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. Καὶ γὰρ αὐτὸς [4] οὐ μόνον οὐ μισεῖ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ εὐεργετεῖ τοὺς ὑβρίζοντας. Καίτοιγε οὐδαμοῦ τὸ [5] γινόμενον ἴσον, οὐ μόνον διὰ τὴν τῆς εὐεργεσίας ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῆς ἀξίας ὑπεροχήν. Σὺ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ ὁμοδούλου καταφρονῇ, ἐκεῖνος δὲ παρὰ τοῦ δούλου καὶ μυρία εὐεργετηθέντος· καὶ σὺ μὲν ῥήματα χαρίζῃ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ πράγματα πολὺ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, τὸν ἥλιον ἀνάπτων, καὶ τοὺς ἐτησίους ὄμβρους διδούς. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω δίδωμι ἴσον εἶναι, ὡς ἄνθρωπον ἐγχωρεῖ εἶναι. Μὴ τοίνυν μίσει τὸν ποιοῦντα κακῶς, τοιούτων ὄντα σοι πρόξενον ἀγαθῶν, καὶ εἰς τοσαύτην ἄγοντά σε τιμήν· μὴ καταρῶ τῷ ἐπηρεάζοντι· ἐπεὶ τὸν μὲν πόνον ὑπέστης, τοῦ δὲ καρποῦ ἀπεστερήθης· καὶ τὴν μὲν ζημίαν οἴσεις, τὸν δὲ μισθὸν ἀπολεῖς· ὅπερ ἐσχάτης ἐστὶν ἀνοίας, τὸ χαλεπώτερον ὑπομείναντας, τὸ ἔλαττον τούτου μὴ φέρειν. Καὶ πῶς ἔνι τοῦτο γενέσθαι; φησί. Θεὸν ἰδὼν ἄνθρωπον γενόμενον, καὶ τοσοῦτον καταβάντα, καὶ τοσαῦτα παθόντα διὰ σὲ, ἐρωτᾷς ἔτι καὶ ἀμφιβάλλεις, πῶς δυνατὸν τοῖς ὁμοδούλοις ἀφεῖναι τὰς ἀδικίας; Οὐκ ἀκούεις αὐτοῦ ἐν τῷ σταυρῷ λέγοντος· *Ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν*; Οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, ὅτι *Ὁ ἀναβὰς ἄνω καὶ καθήμενος ἐν δεξιᾷ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν*; Οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, τοῖς ἀνῃρηκόσιν Ἰουδαίοις ἔπεμπε [6] τοὺς ἀποστόλους τὰ μυρία οἴσοντας ἀγαθὰ, καὶ ταῦτα μυρία μέλλοντας παρ' αὐτῶν πάσχειν δεινά; Ἀλλὰ σὺ μεγάλα ἠδίκησαι; Καὶ τί τοιοῦτον πέπονθας, οἷον ὁ σὸς Δεσπότης, δεσμούμενος, μαστιζόμενος, ῥαπιζόμενος, παρὰ οἰκετῶν ἐμπτυόμενος, θάνατον ὑπομένων, καὶ θάνατον τὸν [7] θανάτων ἁπάντων αἴσχιστον, μετὰ μυρίας [8] εὐεργεσίας; Εἰ δὲ καὶ μεγάλα ἠδίκησαι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα εὐεργέτησον, ἵνα καὶ σαυτῷ λαμπρότερον ποιήσῃς τὸν στέφανον, καὶ τὸν ἀδελφὸν τῆς ἐσχάτης ἀπαλλάξῃς ἀῤῥωστίας. Ἐπεὶ καὶ οἱ [9] ἰατροὶ, ὅταν λακτίζωνται καὶ ὑβρίζωνται παρὰ τῶν [240] μαινομένων, τότε μάλιστα αὐτοὺς ἐλεοῦσι, καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν ἐκείνων διόρθωσιν, εἰδότες ὅτι τῆς ὑπερβολῆς τοῦ νοσήματος ἡ ὕβρις ἐστί. Καὶ σὺ τοίνυν ταύτην περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἔχε τὴν γνώμην, καὶ οὕτω κέχρησο τοῖς ἀδικοῦσιν· ἐκεῖνοι γάρ εἰσι μάλιστα οἱ νοσοῦντες καὶ τὴν βίαν ὑπομένοντες ἅπασαν [10]. Ἀπάλλαξον τοίνυν αὐτὸν τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐπηρείας, καὶ δὸς ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν, καὶ δαίμονος ἐλευθέρωσον χαλεποῦ, τοῦ θυμοῦ. Καὶ γὰρ δαιμονῶντας [11] ἐὰν ἴδωμεν, δακρύομεν, οὐχὶ καὶ αὐτοὶ [12] σπουδάζομεν δαιμονᾷν. Τοῦτο καὶ νῦν ποιῶμεν ἐπὶ τῶν ὀργιζομένων· καὶ γὰρ ἐκείνοις ἐοίκασιν οἱ θυμούμενοι· μᾶλλον δὲ κἀκείνων εἰσὶν ἀθλιώτεροι, μετὰ αἰσθήσεως μαινόμενοι. Διὸ καὶ ἀσύγγνωστος αὐτῶν ἡ παραπληξία.

ε'. Μὴ τοίνυν ἐπέμβαινε κειμένῳ, ἀλλὰ καὶ ἐλέει. Καὶ γὰρ ἂν [13] ὑπὸ χολῆς ἐνοχλούμενον καὶ σκοτοδινιῶντα καὶ ἐμέσαι ἐπειγόμενον τὸν πονηρὸν τοῦτον χυμὸν ἴδωμεν, χεῖρα ὀρέγομεν, καὶ διαβαστάζομεν σπαραττόμενον, κἂν τὸ ἱμάτιον μολύνωμεν, οὐκ ἐπιστρεφόμεθα [14], ἀλλ' ἓν μόνον ζητοῦμεν, ὅπως ἐκεῖνον ἀπαλλάξωμεν τῆς χαλεπῆς ταύτης στενοχωρίας. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τούτων ποιῶμεν, καὶ διαβαστάζωμεν ἐμοῦντας καὶ σπαραττομένους· μηδὲ πρότερον ἀφῶμεν, ἕως ἂν ἅπασαν ἀπόθηται τὴν πικρίαν. Καὶ τότε σοι χάριν εἴσεται μεγίστην· ἐπειδὰν παύσηται, τότε γνώσεται σαφῶς, ὅσης αὐτὸν ἀπήλλαξας ταραχῆς. Καὶ τί λέγω τὴν παρ' ἐκείνου χάριν; Ὁ γὰρ Θεός σε εὐθέως στεφανώσει, καὶ μυρίοις ἀμείψεται καλοῖς, ὅτι σου τὸν ἀδελφὸν νοσήματος ἠλευθέρωσας χαλεποῦ· κἀκεῖνος δὲ ὡς Δεσπότην τιμήσει, διαπαντὸς αἰδούμενός σου τὴν ἐπιείκειαν. Οὐχ ὁρᾷς τὰς τικτούσας γυναῖκας, πῶς δάκνουσι τὰς παρεστώσας, καὶ οὐκ ἀλγοῦσιν ἐκεῖναι; μᾶλλον δὲ ἀλγοῦσι μὲν, φέρουσι δὲ γενναίως, καὶ συναλγοῦσι ταῖς ὀδυνωμέναις καὶ διακοπτομέναις ὑπὸ τῆς ὠδῖνος. Ταύτας καὶ σὺ ζήλωσον, καὶ μὴ γίνου μαλακώτερος γυναικῶν. Ἐπειδὰν γὰρ τέκωσιν αἱ γυναῖκες αὗται (γυναικῶν γάρ εἰσι μικροψυχότεροι), τότε σε τὸν ἄνδρα εἴσονται. Εἰ δὲ βαρέα τὰ ἐπιτάγματα, ἐννόησον ὅτι διὰ τοῦτο παρεγένετο ὁ Χριστὸς, ἵνα ταῦτα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καταφυτεύσῃ διανοίᾳ, ἵνα καὶ ἐχθροῖς καὶ φίλοις χρησίμους κατασκευάσῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ἑκατέρων τούτων

ρωμένος, οὐδὲ ἡλίου φανέντος· ὃ δὴ καὶ οὗτοι πεπόνθασι. Οὐδὲ γὰρ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης λάμψαντος καὶ παραινοῦντος ἀκούουσιν, ἀποκλείσαντος αὐτοῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ πλούτου. Διὸ καὶ διπλοῦν σκότος ὑπομένουσι· τὸ μὲν ἐξ ἑαυτῶν [21], τὸ δὲ ἐκ τοῦ μὴ προσέχειν τῷ διδασκάλῳ. [22] Προσέχωμεν τοίνυν αὐτῷ μετὰ ἀκριβείας, ἵνα ὀψὲ γοῦν ποτε ἀναβλέψωμεν. Καὶ πῶς [23] ἀναβλέψαι δυνατόν; Ἐὰν μάθῃς πῶς ἐτυφλώθης. Πῶς οὖν ἐτυφλώθης; Ἀπὸ τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας. Καθάπερ γὰρ κόρῃ [24] καθαρᾷ χυμὸς ἐπιῤῥεύσας πονηρὸς ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, πυκνὴν τὴν νεφέλην ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ διασκεδασθῆναι καὶ ῥαγῆναι [25] τὴν νεφέλην ταύτην ῥᾴδιον, ἐὰν τὴν ἀκτῖνα τῆς τοῦ Χριστοῦ δεξώμεθα διδασκαλίας· ἂν ἀκούσωμεν αὐτοῦ παραινοῦντος καὶ λέγοντος· *Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς*. Καὶ τί μοι, φησὶ, πλέον ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως, ὅταν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας κατέχωμαι; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἡ συνεχὴς ἀκρόασις καταλῦσαι δυνήσεται [26]. Ἂν δ' ἄρα ἐπιμένῃς κατεχόμενος, ἐννόησον ὅτι οὐδὲ ἐπιθυμία τὸ πρᾶγμά ἐστι. Ποία γὰρ ἐπιθυμία, δουλεύειν χαλεπῶς, καὶ ὑποκεῖσθαι τυραννίδι, καὶ δεδέσθαι πανταχόθεν, καὶ ἐν σκότῳ διατρίβειν, καὶ θορύβου γέμειν, καὶ πόνους ὑπομένειν ἀκερδεῖς, καὶ ἑτέροις φυλάττειν τὰ χρήματα, πολλάκις δὲ καὶ ἐχθροῖς; Ποίας ταῦτα ἐπιθυμίας ἄξια; ποίας δὲ οὐ φυγῆς καὶ δρόμων; Ποία ἐπιθυμία, θησαυρὸν ἀποτίθεσθαι μεταξὺ κλεπτῶν; Εἰ γὰρ ὅλως ἐπιθυμεῖς χρημάτων, μετάθες ἔνθα δύναται [267] μένειν ἀσφαλῆ καὶ ἀνεπηρέαστα. Ὡς ἅ γε νῦν ποιεῖς, οὐ χρημάτων ἐπιθυμοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ δουλείας, καὶ ἐπηρείας, καὶ ζημίας, καὶ ὀδύνης διηνεκοῦς. Σὺ δὲ, ἂν μέν τις ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς τόπον ἀνεπηρέαστον δείξῃ [27], κἂν εἰς αὐτὴν ἐξαγάγῃ τὴν ἔρημον, ὑποσχόμενος ἀσφάλειαν τῇ φυλακῇ τῶν χρημάτων, οὐ κατοκνεῖς, οὐδὲ ἀναδύῃ, ἀλλὰ καὶ ἐμπιστεύεις, καὶ ἐκβάλλεις [28] ἐκεῖ τὰ χρήματα· τοῦ Θεοῦ δὲ ἀντὶ ἀνθρώπων ὑπισχνουμένου σοι τοῦτο, καὶ οὐχὶ τὴν ἔρημον, ἀλλὰ τὸν οὐρανὸν προτιθέντος, τὰ ἐναντία καταδέχῃ. Καίτοιγε κἂν μυριάκις ἐν ἀσφαλείᾳ γένηται [29] κάτω, τῆς φροντίδος οὐδέποτε ἐλεύθερος γενέσθαι δυνήσῃ. Κἂν γὰρ μὴ ἀπολέσῃς, τοῦ φροντίζειν μὴ ἀπολέσῃς [30] οὐδέποτε ἀπαλλαγήσῃ. Ἐκεῖ δὲ οὐδὲν ὑποστήσῃ τούτων· καὶ τὸ δὴ πλέον, ὅτι οὐ κατορύττεις τὸ χρυσίον μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτεύεις. Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ θησαυρός ἐστι καὶ σπόρος· μᾶλλον δὲ ἑκατέρων τούτων πλέον. Ὁ μὲν γὰρ σπόρος οὐ μένει διαπαντὸς, τοῦτο δὲ μένει διηνεκῶς. Πάλιν ὁ θησαυρὸς οὐ βλαστάνει, οὗτος δὲ ἀθανάτους σοι φέρει καρπούς. Εἰ δὲ τὸν χρόνον μοι λέγεις, καὶ τὴν ἀναβολὴν τῆς ἀποδόσεως, ἔχω μὲν καὶ ἐγὼ δεῖξαι, καὶ εἰπεῖν ὅσα καὶ ἐνταῦθα ἀπολαμβάνεις· χωρὶς δὲ τούτων, καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν βιωτικῶν σε ἐλέγξαι πειράσομαι μάτην ταῦτα [31] προφασιζόμενον.

ς'. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ κατασκευάζεις, ὧν οὐ μέλλεις αὐτὸς ἀπολαύειν· κἂν ἐγκαλῇ τις, τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐκείνων παῖδας προβαλλόμενος, ἱκανὴν δοκεῖς παραμυθίαν τῶν περιττῶν εὑρηκέναι πόνων. Ὅταν γὰρ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ γενόμενος οἰκοδομῇς οἰκίας λαμπρὰς, ὧν πρὸ τοῦ τέλους ἀπελεύσῃ πολλάκις, καὶ δένδρα φυτεύῃς, ἃ μετὰ πολλὰ ἔτη τὸν καρπὸν οἴσει· [ὅταν [32] φυτεύῃς ἐν χωρίῳ δένδρα, ὧν μετὰ μυρία ἔτη ὁ καρπὸς ἥξει,] καὶ οὐσίας ἀγοράζῃς καὶ κλήρους, ὧν μετὰ πολὺν δέξῃ χρόνον τὴν δεσποτείαν, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα φιλοπονῇς, ὧν οὐ καρπώσῃ τὴν ἀπόλαυσιν· ἆρα διὰ σεαυτὸν ἢ διὰ τοὺς μετὰ ταῦτα ποιεῖς; Πῶς οὖν οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας, ἐνταῦθα μὲν μηδὲν ἀλύειν πρὸς τὴν τοῦ χρόνου μέλλησιν, καὶ ταῦτα μέλλοντα [33] ἐκ τῆς μελλήσεως ταύτης ἁπάσης τῶν πόνων ἐκπίπτειν τῆς ἀμοιβῆς· ἐκεῖ δὲ διὰ τὴν ἀναβολὴν ναρκᾷν, καὶ ταῦτα πλέον σοι φερούσης τὸ κέρδος, καὶ οὐκ εἰς ἑτέρους παραπεμπούσης τὰ ἀγαθὰ, ἀλλὰ σοὶ κομιζούσης τὰς δωρεάς; Χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ ἡ ἀναβολὴ πολλή. Καὶ γὰρ ἐπὶ θύραις τὰ πράγματα, καὶ οὐκ ἴσμεν μή ποτε καὶ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ τέλος ἕξει τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, καὶ ἡ φοβερὰ παραγένηται ἡμέρα [34] ἐκείνη, τὸ φρικῶδες ἡμῖν ἐνδεικνυμένη καὶ ἀδέκαστον δικαστήριον. Καὶ [268] γὰρ τὰ πλείονα τῶν σημείων ἀπήρτισται, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον λοιπὸν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κεκήρυκται, καὶ τὰ τῶν πολέμων, καὶ τὰ τῶν σεισμῶν, καὶ τὰ τῶν λιμῶν ἐξέβη, καὶ οὐ πολὺ τὸ μέσον. Ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς σημεῖα [35]; Καὶ τοῦτο αὐτὸ μέγιστον σημεῖον. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἐπὶ Νῶε εἶδον προοίμια τῆς πανωλεθρίας ἐκείνης, ἀλλὰ μεταξὺ παίζοντες, ἐσθίοντες, γαμοῦντες, τὰ συνήθη πράττοντες ἅπαντα, οὕτω κατελήφθησαν ὑπὸ τῆς φοβερᾶς δίκης ἐκείνης. Καὶ οἱ ἐν Σοδόμοις δὲ ὁμοίως, τρυφῶντες καὶ οὐδὲν ὑφορώμενοι τῶν γεγενημένων, ὑπὸ τῶν κεραυνῶν κατεφλέχθησαν τῶν τότε κατενεχθέντων. Ἅπερ οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ἐπιστρέψωμεν ἑαυτοὺς πρὸς τὴν τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας παρασκευήν. Κἂν γὰρ ἡ κοινὴ τῆς συντελείας ἡμέρα μηδέποτε [36] ἐπιστῇ, τὸ ἑκάστου τέλος ἐπὶ θύραις, κἂν γεγηρακώς τις ᾖ, κἂν νέος· καὶ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν ἀπελθόντας οὔτε ἔλαιον πρίασθαι λοιπὸν, οὔτε δεηθέντας ἐπιτυχεῖν συγγνώμης, κἂν Ἀβραὰμ ὁ παρακαλῶν [37] ᾖ, κἂν Νῶε, κἂν Ἰὼβ, κἂν Δανιήλ. Ἕως οὖν καιρὸν ἔχομεν, προαποθώμεθα ἑαυτοῖς πολλὴν τὴν παῤῥησίαν, συναγάγωμεν ἔλαιον δαψιλὲς, μεταθῶμεν ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι καὶ ᾧ [38] μάλιστα αὐτῶν δεόμεθα, πάντων ἀπολαύσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[21] αὐτῶν B. [22] ΗΘΙΚΟΝ. Κατὰ φιλαργύρων. A. [23] πῶς] add. φησὶ A. Arm. [24] κόρῃ] add. ὀφθαλμοῦ A. [25] διαῤῥαγῆναι A. C. D. [26] δυνήσηται et p. p. ἐπιμείνῃς Edd. [27] δείξῃ] σοι δείξῃ Edd. paulo ante Σοὶ δὲ C. [28] ἐμβάλλεις B. F. Infra προστιθέντος A. C. [29] γένηται] κεῖται Edd. γενέσθαι] γενήσεσθαι Edd. [30] Sic. F. μήποτε ἀπολέσῃς E. Regii 668, 669. Verba μὴ ἀπολέσῃς, quæ vulgo desunt, ex his codd. recepi. Favet quoque B. in quo desunt etiam vv. τοῦ φροντίζειν Scilicet duplex ἀπολέσῃ; scribam fefellit. [31] αὐτὰ B. E. F. [32] ὅταν] ὅταν γὰρ B. D. E. F. Cæterum si quis me audacior importunam hanc clausulam ex serie orationis amoveat, sciat non id facturum esse sine auctoritate interpretis Arm. et unius codicis, nempe Reg. 669, quem molesta illa iteratio non invasit. [33] μέλλοντας Edd. [34] Verba παραγένηται ἡμέρα desunt in E. propter homœotel. δικαστήριον] κριτήριον D. F. [35] τὰ σημεῖα Edd. [36] μηδέπω Edd. [37] παρακαλούμενος B. D. E. F. mox ἔχωμεν C. D. F. [38] ᾧ] ὅτε A. C. D. F.

## ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

*Οὐδεὶς [39] δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει.*

α'. Ὁρᾷς πῶς κατὰ μικρὸν τῶν ὄντων ἀφίστησι, καὶ διὰ πλειόνων τὸν περὶ τῆς ἀκτημοσύνης εἰσάγει λόγον, καὶ τὴν τῆς φιλαργυρίας καταβάλλει [40] τυραννίδα; Οὐδὲ γὰρ ἠρκέσθη τοῖς ἔμπροσθεν, καίτοι πολλοῖς καὶ μεγάλοις οὖσιν· ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστίθησι πλείονα καὶ φο-

[39] Οὐδεὶς] add. οἰκέτης F. 1. Mosq. [40] ἐκβάλλει A. καταστέλλει D. Sav. *exstinguat* Ge. Arm.

obruantur. Quapropter ne respicere quidem facile possunt. Nam qui in tenebris est tantum, sole illucescente, ab iis liberatur; qui vero oculis excæcatus est, neque sole lucente videt: id quod et ipsi patiuntur. Neque enim Sole justitiæ [1] fulgente et hortante audiunt, divitiis oculos ipsorum claudentibus. Quapropter duplicem sustinent cæcitatem: aliam, ex seipsis, aliam, quod Magistro suo non attendant. Attendamus itaque diligenter dictis illius, ut sero tandem videamus. Et quomodo videre possumus? Si discas quomodo excæcatus sis. Quomodo igitur excæcatus es? A mala concupiscentia. Sicut enim malignus humor in pupillam oculi puram influens, sic pecuniarum amor densam nubem in mente tua fecit. Verum hanc nubem dissipare et dirumpere facile est, si Christi doctrinæ radium excipiamus; si audiamus illum monentem ac dicentem: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Et quid mihi proderit doctrinam audire, cum a cupiditate detinear? Sane quidem frequens doctrinæ auditus cupiditatem dissolvere poterit. Quod si detentus permaneas, cogita rem illam non esse amplius cupiditatem. Quæ enim cupiditas durissimæ servituti esse subjectum, tyrannidi subjacere, et undique alligari, in tenebris versari et tumultu plenum esse, labores ferre infructuosos, aliis pecunias servare, sæpe autem inimicis? Qua ergo hæc concupiscentia digna sunt? imo qua non fuga et cursu sunt relinquenda? Quæ concupiscentia thesauros inter fures recondere? Si enim omnino pecunias concupiscis, illas eo transfer ubi possunt tutæ et integræ manere. Certe quæ nunc facis non sunt concupiscentis pecunias, sed servitutem, damna, mulctas, doloremque perpetuum. Tu vero, si quis tibi homo locum in terra inviolabilem ostenderet, etiamsi te in desertum educeret, promittens pecuniis tuis securitatem: non cunctareris, neque recusares, sed pecunias ibi cum fiducia deponeres: Deo autem, non homine id tibi promittente, nec desertum, sed cælum proponente, contraria accipis: quamquam etiamsi tutissime jaceant repositæ, tu numquam sollicitudine vacuus esse possis. Etiamsi enim non perdas, numquam a sollicitudine perdendi liberaberis. Illic autem nihil prorsus tale patieris: atque quod est majus, aurum non defodis tantum, sed seminas. Idipsum enim est et thesaurus et semen; imo utroque majus. Semen quippe non manet semper, ille vero thesaurus manet perpetuo. Rursum thesaurus hic non germinat, ille vero immortales tibi fructus parit. Quod si tempus mihi objicias, et dilationem reditus: possum ego tibi demonstrare quanta etiam hic accipias; præter hæc autem ex ipsis sæcularibus te confutare tentabo, et ostendere te frustra hæc objicere.

6. Multa enim in præsenti vita paras, quibus numquam frueris; et si quis te hac de re arguat, filios et nepotes proferens, idoneam tibi videris superfluorum laborum consolationem reperisse. Cum enim in extrema senectute splendidas construis ædes, quæ antequam perficiantur sæpe tu decedis, et arbores seris, quæ post multos annos fructum allaturæ sunt; cum in agro arbores plantas, quæ post multa annorum curricula fructum ferent; cum prædia emis et hereditates, quorum dominium multo post tempore habiturus es, aliaque multa paras, quorum numquam frueris: an pro te vel pro successoribus hæc agis? Quomodo igitur non extremæ dementiæ est, hic non ægre ferre temporis dilationem, etsi per illam dilationem a mercede laborum nos privandos esse exspectemus; cum de cælo autem agitur, propter dilationem torpere, cum tamen illa dilatio majus tibi lucrum afferat; nec ad alios bona transmittat, sed tibi dona tradenda custodiat? Præter hæc autem non longa est ista dilatio (*a*). Nam ad fores res ipsæ sunt: nec scimus num forte in hac generatione omnia nostra finem habitura sint, et dies ille tremendus sit adventurus, horrendum illud, et nullam personarum acceptionem habens tribunal ostensurus. Nam pleraque signa jam perfecta sunt, ac demum evangelium per totum orbem prædicatum fuit, ac bella, terræ motus et fames evenerunt, nec magnum jam intervallum est. Sed signa non vides? Et hoc ipsum magnum signum est. Neque enim qui Noe tempore erant procemia generalis interitus viderunt, sed interim ludentes, edentes, uxores ducentes, consuetaque omnia agentes, sic a terribili illa ultione deprehensi sunt. Similiterque in Sodomis, deliciis operam dantes, nihilque eorum quæ postea facta sunt suspicantes, ab immissis fulminibus combusti sunt. Quæ omnia cogitantes, ad profectionem hinc parandam nos convertamus. Etiamsi communis ille consummationis non instet dies; uniuscujusque finis in januis est, sive senex sive juvenis sit; neque tunc oleum emere licebit, neque petentes impetrare veniam, etsi Abraham precetur, etsi Noe, etsi Job, etsi Daniel. Donec igitur tempus habemus, multam nobis paremus fiduciam, oleum nobis copiosum comparemus, omnia transferamus in cælum, ut in opportuno tempore, quo maxime his egemus, omnibus fruamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Vox, *justitiæ*, deest in quibusdam.

(*a*) Suspicatur Chrysostomus finem mundi adventare.

## HOMILIA XXI. al. XXII.

Cap. 6. v. 24. *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet.*

1. *Servire pecuniæ maximum malum; eam negligere maximum bonum. Christus utilia parat, dum contraria tollit.* — Vides ut paulatim a præsentibus rebus abducat, ac pluribus de contemptu divitiarum sermonem instituat, et tyrannidem cupiditatis dejiciat! Neque enim contentus iis, quæ superius dixit, etiamsi multa et præclara illa sint, alia adjicit plura et terribiliora.

Quid enim iis quæ nunc dicuntur terribilius, si propter pecunias a Christi servitute excidere debeamus? quid desiderabilius, si iis contemptis strictam erga eum benevolentiam et caritatem habituri simus? Quod enim semper dico, hoc et nunc dicam, ipsum per utraque auditorem acuere ad obsequendum dictis, et per utilia et per noxia: quemadmodum optimus medicus, et morbum ex negligentia, et sanitatem ex obedientia commonstrans. Vide igitur, quantum hic lucrum rursus ostendat, et quomodo utilia paret, dum contraria tollit. Neque enim, inquit, divitiæ ideo tantum nocent vobis, quod fures contra vos armis instruant, neque quod mentem omnino tenebris offundant; sed etiam quod ex servitute Dei vos dejiciant, inanimatis pecuniis vos captivos tradentes, et utrinque nocentes, et quod servos efficiant eorum quibus imperare deberemus, et quod vos a servitute Dei dejiciant, cui maxime servire necesse vobis est. Quemadmodum enim illic etiam duplex esse nocumentum ostendit, et quod ibi deponantur, ubi ærugo corrodit, et quod ibi non deponantur, ubi tuta custodia: sic et hoc loco duplicem noxam ostendit, et quod a Deo abstrahant, et quod mamonæ subjiciant. Sed non statim id ponit, sed id prius ex communibus parat ratiociniis, sic dicens: *Nemo potest duobus dominis servire:* duos hic dicens qui contraria præcipiant. Nam si id non esset, non duo forent. Nam *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una (Act. 4. 32)*: licet enim essent in plura corpora divisi, attamen concordia plurimos unum efficiebat. Deinde illa cumulans, dicit: Non modo non serviet, sed etiam odio habebit et aversabitur: *Aut enim unum odio habebit*, inquit, *et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet*. Ac videtur quidem bis idipsum dixisse; sed non sine causa sic rem concinnavit, sed ut ostenderet facilem esse mutationem in melius. Ne diceres enim, Semel servus factus sum, divitiarum tyrannide oppressus: ostendit posse in aliam converti partem: et sicut ex ista in illam, sic ex illa in istam venire. Cum ergo hoc indefinite dixisset, quo auditori suaderet, ut æquum se dictorum judicem gereret, et ex ipsa rerum natura calculum ferret, postquam illum sibi consentientem habuit, tunc seipsum revelat; subjunxit enim: *Non potestis Deo servire et mamonæ*. Exhorrescamus cogitantes quid Christum dicere coegimus, ita ut cum Deo aurum poneret. Quod si illud horribile, longe horribilius est hoc reipsa fieri, et Dei timori auri tyrannidem anteferri. Quid igitur? annon apud veteres idipsum fieri potuit? Minime. Quomodo ergo Abraham, quomodo Job virtute claruere? Ne mihi divites memores, sed divitiis servientes. Nam Job dives quidem erat, sed non serviebat mamonæ; divitias habebat et tenebat, ac dominus, non servus erat. Etenim sicut alienarum pecuniarum dispensator, sic illa omnia possidebat: non modo aliena non rapiens, sed etiam sua egentibus largiens. Quodque majus est: nec de præsentibus gaudebat, ut ille declarat dicens: *Si lætatus sum, quod multæ mihi essent divitiæ (Job. 31. 25)*; ideoque illis amissis non doluit. At non tales hodie divites sunt: sed captivis quibuslibet deterius affecti, mamonæ, quasi tyranno cuidam acerbo tributa pendentes. Nam quasi arcem quamdam ipsorum animum amor pecuniarum invasit, et mandata omni plena iniquitate inde ipsis mittit quotidie: nemoque est qui ipsi non obtemperet. Ne itaque in vanum philosopheris. Nam semel Deus sententiam tulit, dixitque non posse hanc et illam servitutem una concurrere. Ne dicas ergo tu, posse concurrere. Cum enim ille rapere, hic sese exspoliare jubeat; hic castum esse, ille fornicari; hic inebriari et mensæ deliciis frui, ille ventrem moderari; hic despicere præsentia, ille iis hærere; ille ipse marmora mirari et ornatos parietes atque laquearia; hic illa despicere et philosophiam colere: quomodo possunt hæc convenire?

2. *Quare de mamona quasi de domino loquatur Christus. Damna ex divitiis parta.* — Hic porro dominum mamonam vocavit, non quod natura talis sit, sed ob eorum qui sese illi subjecere miseriam. Sic etiam ventrem deum vocat, non a dignitate dominantis, sed a servientium miseria; quod omni supplicio pejus est, et ante supplicium potest captivum ulcisci. Quibus enim damnatis miseriores non fuerint ii, qui Deum dominum habentes, a tam mansueto illo regno ad gravissimam se tyrannidem transferunt subigendi, cum tantum hinc detrimentum etiam in terra accipiant? Nam hinc damnum ingens, lites, molestiæ, concertationes, labores, animæ cæcitas, et quod omnium gravissimum est, illa mamonæ servitus a supernis bonis nos dejicit[1]. Cum igitur ex iis omnibus ostendisset quanta utilitas ex pecuniarum contemptu proveniret et ad ipsam pecuniarum custodiam, et ad animæ voluptatem, et ad philosophiæ possessionem, et ad pietatis tutelam, demum probat, ipsam rem, de qua admonet, posse fieri. Hæc enim legis ferendæ optima ratio est, non modo utilia præcipere, sed etiam possibilia reddere; ideoque sic pergit: 25. *Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis.* Ne enim dicerent, Quid ergo? si omnia projiciamus, quomodo vivere poterimus? huic objectioni opportune occurrit. Sicut enim si a principio dixisset, *Nolite solliciti esse*, molestus sermo visus esset: sic postquam ostendit perniciem ex amore pecuniæ partam, captu facilem postea hortationem adhibet. Ideoque non modo dixit, *Nolite solliciti esse*, sed addita causa, sic præceptum extulit. Cum enim dixisset, *Non potestis Deo servire et mamonæ*, subjunxit: *Propterea dico vobis, nolite solliciti esse. Propterea*, quare? Propter ingens damnum. Neque enim in pecuniis tantum noxa est, sed etiam in præcipuis plaga infligitur, etiam ex salutis amissione. Nam vos a Deo creatore, curatore, amatore dejiciunt. *Propterea dico vobis, Nolite solliciti esse.* Quoniam enim ingens nocumentum ostendit, præceptum extendit. Non modo enim bona ejicere jubet, sed etiam de necessario cibo sollicitos esse vetat, dicens: *Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis.* Non quod

[1] Ed. Cantabr., cujus Græca expressimus: *et q. o. g. a.* (qui servit mamonæ) *excidit a supernis bonis, id est, a servitio Dei.*

ερα. Τί γὰρ τῶν νῦν εἰρημένων φοβερώτερον, εἴγε
μεν τῆς τοῦ Χριστοῦ δουλείας ἐκπίπτειν διὰ τὰ
τα; τί δὲ ποθεινότερον, εἴγε [41] μέλλοιμεν αὐτῶν
όντες ἀκριβῆ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἔχειν καὶ τὴν
ν; Ὅπερ γὰρ ἀεὶ λέγω, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ, ὅτι δι'
ων ὠθεῖ τὸν ἀκροατὴν εἰς τὴν ὑπακοὴν τῶν λεγο-
, καὶ διὰ τῶν ὠφελίμων, καὶ διὰ τῶν βλαβερῶν·
ερ ἰατρὸς ἄριστος, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀπροσεξίας
καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς ὑγείαν ἐνδεικνύμενος.
οὖν οἷον πάλιν δείκνυσι τὸ κέρδος τοῦτο, καὶ πῶς
κευάζει τὸ συμφέρον ἀπὸ τῆς τῶν ἐναντίων ἀπαλ-
. Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ὑμᾶς βλάπτει, φησὶν, ὁ
ς, [269] ὅτι λῃστὰς ὁπλίζει καθ' ὑμῶν, οὐδ' ὅτι
ῶν σκοτοῖ μετ' ἐπιτάσεως ἁπάσης· ἀλλ' ὅτι καὶ
υλείας ὑμᾶς ἐκβάλλει τοῦ Θεοῦ, αἰχμαλώτους τῶν
ν χρημάτων ποιῶν, καὶ ἑκατέρωθεν βλάπτων, καὶ
ίλους ποιεῖν ὧν κρατεῖν ἔδει, καὶ τῷ τῆς δουλείας
ιειν τοῦ Θεοῦ, ᾧ μάλιστα πάντων δουλεύειν ἀναγ-
ὑμῖν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ διπλῆν ἔδειξε τὴν βλάβην,
ἐνταῦθα τιθέναι, ὅπου σὴς ἀφανίζει, καὶ ἐκεῖ μὴ
ι, ἔνθα ἀνάλωτος ἡ φυλακή· οὕτω καὶ ἐνταῦθα
δείκνυσι τὴν ζημίαν, καὶ δι' ὧν ἀφέλκει τοῦ
καὶ δι' ὧν ὑποτάττει τῷ μαμωνᾷ. Ἀλλ' οὐχ εὐ-
ὐτὸ τίθησιν, ἀλλ' ἀπὸ κοινῶν αὐτὸ πρῶτον κατα-
ει λογισμῶν, οὕτω λέγων· *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ*
*ς δουλεύειν*· δύο τοὺς τὰ ἐναντία ἐπιτάττοντας
ἐνταῦθα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο εἴη, οὐδὲ δύο ἂν εἶεν.
ἀρ *Τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρ-*
*ἰ ἡ ψυχὴ μία*· καίτοι εἰς πολλὰ σώματα ἦσαν διῃ-
ι, ἀλλ' ὅμως ἡ ὁμόνοια τοὺς πολλοὺς ἓν ἐποίησεν.
πιτείνων αὐτὰ, φησίν· οὐ μόνον οὐ δουλεύσει, ἀλλὰ
σήσει καὶ ἀποστραφήσεται. *Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μι-*
, φησὶ, *καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς* [42]
*ται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει*. Καὶ δοκεῖ
ὕτερον εἰρῆσθαι τὸ αὐτό· οὐ μὴν [43] ἁπλῶς οὕτως
υνέθηκεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ῥᾳδίαν οὖσαν τὴν ἐπὶ τὸ
μεταβολήν. Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς· ἐδουλώθην ἅπαξ,
νήθην ὑπὸ τῶν χρημάτων· δείκνυσιν ὅτι δυνατὸν
σθαι, καὶ [44] ὥσπερ ἐκεῖθεν ἐπὶ τοῦτο, οὕτω καὶ
ιν ἐπ' ἐκεῖνο ἐλθεῖν. Εἰπὼν τοίνυν ἀορίστως, ἵνα
τὸν ἀκροατὴν ἀδέκαστον κριτὴν γενέσθαι τῶν λε-
ων, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως
φον ἐξενεγκεῖν, ὅτε ἔλαβεν αὐτὸν συμφωνοῦντα,
αὶ ἑαυτὸν ἀποκαλύπτει. Ἐπήγαγε γοῦν· *Οὐ δύ-*
*Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ*. Φρίξωμεν ἐννοή-
[45] τί παρεσκευάσαμεν τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, καὶ
εοῦ θεῖναι τὸν χρυσόν. Εἰ δὲ τοῦτο φρικτὸν, τὸ διὰ
ργων γίνεσθαι, καὶ προτιμᾶσθαι τοῦ φόβου τοῦ
ὴν τοῦ χρυσοῦ τυραννίδα, πολλῷ φρικωδέστερον.
; ἐπὶ τῶν παλαιῶν οὐκ ἦν τοῦτο δυνατόν; Οὐδα-
ῶς οὖν ὁ Ἀβραὰμ, φησὶ, πῶς ὁ Ἰὼβ εὐδοκί-
Μή μοι τοὺς πλουτοῦντας εἴπῃς, ἀλλὰ τοὺς δου-
ς. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰὼβ πλούσιος ἦν· ἀλλ' οὐκ ἐδού-
ῷ μαμωνᾷ, ἀλλ' εἶχεν αὐτὸν καὶ ἐκράτει, καὶ δε-
, οὐ δοῦλος ἦν. Ὥσπερ οὖν ἀλλοτρίων οἰκονόμος
ημάτων, οὕτω πάντα ἐκεῖνα ἐκέκτητο, οὐ μόνον
ρων οὐχ ἁρπάζων, ἀλλὰ καὶ τὰ [46] ἴδια προϊέμενος
ομένοις. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι οὐδὲ παροῦσιν
ν· ὃ καὶ ἐδήλου λέγων· *Εἰ καὶ εὐφράνθην πολ-*
*λούτου μοι γενομένου*· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἤλγησεν

ἀπελθόντος. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν τοιοῦτοι οἱ πλουτοῦντές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἀνδραπόδου χεῖρον διακείμενοι, καθάπερ τυράννῳ τινὶ χαλεπῷ [270] φόρους ἄγοντες. Ὥσπερ γὰρ ἀκρόπολίν τινα αὐτῶν καταλαβὼν τὴν διάνοιαν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, τὰ πάσης παρανομίας γέμοντα ἐπιτάγματα ἐκεῖθεν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην πέμπει [47] τὴν ἡμέραν, καὶ ὁ παρακούων οὐδείς. Μὴ τοίνυν περιττὰ φιλοσόφει. Καὶ γὰρ ἀπεφήνατο ἅπαξ ὁ Θεὸς, καὶ εἶπεν ἀδύνατον εἶναι ταύτην κἀκείνην συμβῆναι τὴν δουλείαν. Μὴ τοίνυν σὺ λέγε, ὅτι δυνατόν. Ὅταν γὰρ ὁ μὲν ἁρπάζειν κελεύῃ, ὁ δὲ τὰ ὄντα ἀποδύεσθαι· ὁ μὲν σωφρονεῖν, ὁ δὲ πορνεύειν· ὁ μὲν μεθύειν καὶ τρυφᾶν, ὁ δὲ γαστρὸς κατέχειν· καὶ ὁ μὲν ὑπερορᾷν τῶν ὄντων, ὁ δὲ προσηλῶσθαι τοῖς παροῦσιν· ὁ μὲν θαυμάζειν μάρμαρα καὶ τοίχους καὶ ὀρόφους, ὁ δὲ ταῦτα ἀτιμάζειν, τιμᾷν δὲ φιλοσοφίαν, πῶς δυνατὸν ταῦτα συμβῆναι;

β'. Κύριον δὲ ἐνταῦθα τὸν μαμωνᾶν ἐκάλεσεν, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ὑποκλινομένων αὐτῷ ταλαιπωρίαν. Οὕτω καὶ τὴν κοιλίαν Θεὸν καλεῖ, οὐκ ἀπὸ τοῦ τῆς δεσποίνης ἀξιώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν δουλευόντων ἀθλιότητος· ὃ πάσης κολάσεως χεῖρόν ἐστι, καὶ πρὸ τῆς κολάσεως ἱκανὸν τιμωρήσασθαι τὸν ἁλόντα. Ποίων γὰρ καταδίκων οὐκ ἂν εἶεν ἀθλιώτεροι οἱ τὸν Θεὸν δεσπότην ἔχοντες, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρου βασιλείας ἐκείνης ἐπὶ τὴν χαλεπὴν αὐτομολοῦντες τυραννίδα, καὶ ταῦτα τοσαύτης ἀπὸ τοῦ πράγματος βλάβης καὶ ἐνταῦθα γινομένης; Καὶ γὰρ ζημία ἄφατος ἀπὸ τοῦ πράγματος, καὶ δίκαι, καὶ ἐπήρειαι, καὶ ἀγῶνες, καὶ πόνοι, καὶ ψυχῆς πήρωσις· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτερον, ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐκπίπτει τῶν ἀνωτάτω, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ δουλεία [48]. Διδάξας [49] τοίνυν διὰ πάντων τὸ συμφέρον τῆς τῶν χρημάτων ὑπεροψίας, καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν χρημάτων τὴν φυλακὴν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἡδονὴν, καὶ πρὸς τὴν τῆς φιλοσοφίας κτῆσιν, καὶ πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ἀσφάλειαν, κατασκευάζει λοιπὸν ὅτι καὶ δυνατὴ αὕτη ἡ παραίνεσις. Τοῦτο γὰρ μάλιστα νομοθεσίας ἀρίστης, τὸ μὴ τὰ συμφέροντα μόνον ἐπιτάττειν, ἀλλὰ καὶ δυνατὰ αὐτὰ ποιεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπάγει, λέγων· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε*. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι· Τί οὖν; ἂν πάντα ῥίψωμεν, πῶς δυνησόμεθα ζῆσαι; πρὸς ταύτην λοιπὸν ἵσταται τὴν ἀντίθεσιν σφόδρα εὐκαίρως. Ὥσπερ γὰρ εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν εἶπε, *Μὴ μεριμνήσητε*, ἐδόκει βαρὺς εἶναι ὁ λόγος· οὕτως ἐπειδὴ ἔδειξε τὴν λύμην τὴν ἐγγινομένην ἀπὸ τῆς φιλαργυρίας, εὐπαράδεκτον λοιπὸν ποιεῖ τὴν παραίνεσιν. Διόπερ οὐδὲ νῦν ἁπλῶς εἶπε, *Μὴ μεριμνήσητε*, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν προσθεὶς, οὕτω τοῦτο ἐπέταξε. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, *Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ*, ἐπήγαγε· *Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, Μὴ μεριμνήσητε*. — *Τοῦτο*, ποῖον; Τὸ τῆς ζημίας ἄφατον. Οὐδὲ γὰρ ἐν χρήμασι μόνον ὑμῖν ἡ βλάβη, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιριωτάτοις ἡ πληγὴ, καὶ τῇ τῆς σωτηρίας ὑμῶν ἀνατροπῇ. Τοῦ γὰρ ποιήσαντος ὑμᾶς καὶ κηδομένου καὶ φιλοῦντος ἐκβάλλει Θεοῦ. *Διὰ τοῦτο λέγω* [271] *ὑμῖν, μὴ μεριμνήσητε*. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν βλάβην ἔδειξεν ἄφατον, καὶ [50] ἐπιτείνει λοιπὸν τὸ ἐπίταγμα. Οὐδὲ γὰρ τὰ ὄντα κελεύει ῥίπτειν μόνον, ἀλλὰ μηδὲ ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας μεριμνᾶν τροφῆς, λέγων· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε*. Οὐκ ἐπειδὴ ἡ ψυχὴ τροφῆς δεῖται· ἀσώματος γάρ [51]· ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινὴν ἐφθέγξατο συνήθειαν. Εἰ

γε] εἰ A. et corr. B. [42] ἑνὸς] τοῦ ἑνὸς A. [43] οὐ μὴν] αὐτὸς δὲ οὐχ A. [44] καὶ om. B. C. D. E. F. Mox
τως Sav. Ben. [45] ἐννοοῦντες A. [46] τὰ om. Edd. [47] πέμπει] add. ποιεῖν Edd. [48] Vulgo legitur ὅτι τῶν
ν ἐκπίπτειν ποιεῖ τῶν ἀνωτάτω ἡ τοῦ μαμωνᾶ δουλεία. Alteram lectionem, quam ad marginem ablegant
es, tuentur omnes mei, præter A., et quoad posteriorem partem etiam Interpretes; de priore non satis
l. [49] Δείξας Ep. Edd. [50] καὶ om. A. [51] γάρ] add. ἐστι Edd. contra Ep. Theoph. et codd.

γὰρ καὶ μὴ δέξαιτο τροφῆς, ἀλλὰ ἄλλως οὐκ ἂν [52] ἀνάσχοιτο μένειν ἐν τῷ σώματι, ἀλλ' ἢ τρεφομένου αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸ τίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα λογισμοὺς ἀνακινεῖ· τοὺς μὲν ἐκ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἤδη, τοὺς δὲ [53] ἐξ ἑτέρων παραδειγμάτων. Ἀπὸ μὲν τῶν ὑπηργμένων, οὕτω λέγων· *Οὐχὶ πλέον* [54] *ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;* Ὁ τοίνυν τὸ μεῖζον δοὺς, πῶς τὸ ἔλαττον οὐ δώσει; ὁ τὴν τρεφομένην σάρκα διαπλάσας, πῶς τὴν τροφὴν οὐ παρέξει; Διόπερ οὐδὲ ἁπλῶς εἶπε, *Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε καὶ τί ἐνδύσησθε*, ἀλλὰ, *Τῷ σώματι*, καὶ, *Τῇ ψυχῇ*· ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἔμελλε τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, κατὰ σύγκρισιν τὸν λόγον προάγων. Ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν ἅπαξ ἔδωκε, καὶ μένει τοιαύτη· τὸ δὲ σῶμα καθ' ἑκάστην ἐπιδίδωσι τὴν ἡμέραν. Ἅπερ οὖν ἀμφότερα ἐνδεικνύμενος, καὶ τῆς μὲν τὸ ἀθάνατον, τούτου [55] δὲ τὸ ἐπίκηρον, ἐπήγαγε λέγων· *Τίς δύναται ἐξ ὑμῶν προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;* Καὶ τὴν ψυχὴν σιγήσας, ἅτε οὐ λαμβάνουσιν ἐπίδοσιν, περὶ τοῦ σώματος διελέχθη μόνον· ἀπὸ τούτου κἀκεῖνο δηλῶν, ὅτι οὐχ ἡ τροφὴ αὐτὸ αὔξει, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια. Ὃ καὶ δι' ἄλλων δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων, οὔτε ὁ ποτίζων ἐστί τι, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός*. Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ὑπηργμένων οὕτω προέτρεψεν· ἀπὸ δὲ ἑτέρων παραδειγμάτων, *Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ*, λέγων. Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃ τις, ὅτι ὠφελοῦμεν μεριμνῶντες, καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος αὐτοὺς ἀποτρέπει· τοῦ μείζονος μὲν, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· τοῦ ἐλάττονος δὲ, τῶν πετεινῶν. Εἰ γὰρ τῶν σφόδρα καταδεεστέρων τοσοῦτος λόγος αὐτῷ, πῶς ὑμῖν οὐ δώσει; φησίν. Καὶ πρὸς μὲν τούτους οὕτως· ὄχλος γὰρ ἦν τέως δημώδης· τῷ διαβόλῳ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πῶς; *Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ* [56] *ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ*. Ἐνταῦθα δὲ τῶν ὀρνίθων μέμνηται, καὶ σφόδρα ἐντρεπτικῶς· ὅπερ μεγίστην εἰς παραινέσεως λόγον ἔχει τὴν ἰσχύν. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἦλθόν τινες τῶν ἀσεβῶν, ὡς καὶ ἐπιλαβέσθαι τοῦ παραδείγματος. Οὐ γὰρ ἔδει, φησὶ, προαίρεσιν ἀλείφοντα, ἀπὸ φυσικῶν πλεονεκτημάτων εἰς τοῦτο ἐνάγειν· ἐκείνοις γὰρ τοῦτο κατὰ φύσιν πρόσεστι, φησί.

γʹ. Τί οὖν πρὸς τοῦτο ἂν εἴποιμεν; Ὅτι εἰ καὶ κατὰ φύσιν ἐκείνοις πρόσεστιν, ἀλλὰ δυνατὸν καὶ ἡμῖν ἐκ προαιρέσεως γενέσθαι [57] τοῦτο. Οὐδὲ [272] γὰρ εἶπεν [58], Ἐμβλέψατε ὅτι πέταται τὰ πετεινὰ, ὅπερ ἀδύνατον ἦν ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ὅτι τρέφεται χωρὶς μερίμνης, ὅπερ καὶ ἡμῖν, ἐὰν ἐθέλωμεν, εὔκολον κατορθωθῆναι. Καὶ τοῦτο ἔδειξαν οἱ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸ ἀνύσαντες. Διὸ δὴ ἄξιον μάλιστα θαυμάσαι τὴν τοῦ νομοθέτου σύνεσιν, ὅτι ἐξ ἀνθρώπων ἔχων τὸ ὑπόδειγμα παρασχεῖν, καὶ δυνάμενος εἰπεῖν τὸν Ἠλίαν, καὶ τὸν Μωϋσέα, καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἑτέρους τοιούτους μὴ μεριμνήσαντας, ἵνα αὐτῶν καθάψηται [59], τῶν ἀλόγων ἐμνημόνευσεν. Εἰ μὲν γὰρ εἶπε τοὺς δικαίους ἐκείνους, εἶχον οὗτοι λέγειν, ὅτι οὐδέπω κατ' ἐκείνους γεγόναμεν. Νυνὶ δὲ σιγήσας αὐτοὺς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ παραγαγὼν, πᾶσαν αὐτῶν ἐξέκοψε πρόφασιν, καὶ ἐνταῦθα παλαιὸν μιμούμενος νόμον. Καὶ γὰρ καὶ [60] ἡ Παλαιὰ Διαθήκη καὶ πρὸς τὴν μέλισσαν πέμπει, καὶ πρὸς τὸν μύρμηκα, καὶ πρὸς τὴν τρυγόνα, καὶ πρὸς τὴν χελιδόνα. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο τιμῆς δεῖγμα, ὅταν ἅπερ ἐκεῖνα ἀπὸ φύσεως ἔχει [61], ταῦτα δυνώμεθα ἡμεῖς κατορθοῦν τῇ προαιρέσει. Εἰ τοίνυν τῶν δι' ἡμᾶς τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν, πολλῷ μᾶλλον ἡμῶν· εἰ τῶν δούλων, πολλῷ μᾶλλον τοῦ δεσπότου. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν. *Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινά*· καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐ καπηλεύουσιν, οὐδὲ ἐμπορεύονται· ταῦτα γὰρ τῶν σφόδρα ἀπειρημένων ἦν· ἀλλὰ τί [62]; *Οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσι*. Τί οὖν; οὐ δεῖ σπείρειν; φησίν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι σπείρειν οὐ δεῖ, ἀλλ' ὅτι μεριμνᾷν οὐ δεῖ· οὐδ' ὅτι ἐργάζεσθαι οὐ χρή, ἀλλ' ὅτι [63] μικρόψυχον εἶναι καὶ κατατείνειν ἑαυτὸν ταῖς φροντίσιν οὐ χρή. Ἐπεὶ καὶ τρέφεσθαι ἐκέλευσεν, ἀλλὰ μὴ μεριμνῶντας. Τοῦτον καὶ ὁ Δαυῒδ ἄνωθεν προκαταβάλλεται τὸν λόγον, αἰνιγματωδῶς οὕτω λέγων· *Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας*· καὶ πάλιν [64], *Τῷ διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν*. Τίνες οὖν οὐκ ἐμερίμνησαν [65]; φησίν. Οὐκ ἤκουσας ὅσους [66] παρήγαγον τῶν δικαίων; Οὐχ ὁρᾷς μετ' ἐκείνων τὸν Ἰακὼβ ἀπὸ τῆς πατρῴας οἰκίας γυμνὸν ἁπάντων ἀναχωροῦντα; οὐκ ἀκούεις αὐτοῦ εὐχομένου καὶ λέγοντος· *Ἐὰν δῴῃ μοι Κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι*; ὅπερ οὐχὶ μεριμνῶντος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν ζητοῦντος ἦν. Τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι κατώρθωσαν, ἅπαντα ῥίψαντες, καὶ μὴ μεριμνήσαντες· καὶ οἱ πεντακισχίλιοι, καὶ οἱ τρισχίλιοι [67]. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ, τοσούτων ἀκούων ῥημάτων, ἀπολῦσαι σαυτὸν τῶν χαλεπῶν τούτων δεσμῶν, τὸ ἀνόνητον τοῦ πράγματος ἐννοήσας, κατάλυσον τὴν φροντίδα. *Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν*, φησὶ, *μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;* Εἶδες [68] πῶς ἀπὸ τοῦ φανεροῦ καὶ τὸ ἀφανὲς κατάδηλον ἐποίησεν; Ὥσπερ γὰρ τῷ σώματι, φησὶν, οὐδὲ μικρὸν προσθεῖναι δυνήσῃ μεριμνῶν· οὕτως οὐδὲ τροφὴν συναγαγεῖν, εἰ [273] καὶ οὕτω νομίζεις. Ἀπὸ τούτου δῆλον, ὅτι οὐχὶ ἡ ἡμετέρα σπουδὴ, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, καὶ ἐν οἷς δοκοῦμεν ἐνεργεῖν, τὸ πᾶν ἀνύει· ὡς ἂν [69] ἐκεῖνος ἡμᾶς ἐγκαταλίπῃ, οὐ φροντὶς, οὐ μέριμνα, οὐ πόνος, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν φανεῖταί ποτε, ἀλλὰ πάντα οἰχήσεται.

δʹ. [70] Μὴ τοίνυν νομίζωμεν ἀδύνατα εἶναι τὰ ἐπιτάγματα· πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ κατορθοῦντες αὐτὰ καὶ νῦν. Εἰ δὲ ἀγνοεῖς, θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπεὶ καὶ Ἠλίας ἐνόμιζεν εἶναι μόνος, ἀλλ' ἤκουσεν, ὅτι *Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας*. Ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ νῦν πολλοὶ τὸν ἀποστολικόν εἰσιν ἐπιδεικνύμενοι βίον, καθάπερ καὶ οἱ τρισχίλιοι τότε, καὶ οἱ πεντακισχίλιοι. Εἰ δὲ οὐ πιστεύομεν, οὐ παρὰ τὸ μὴ εἶναι τοὺς κατορθοῦντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ πολὺ τοῦ πράγματος ἀπέχειν. Ὥσπερ οὖν ὁ μεθύων οὐκ ἂν εὐκόλως πιστεύσειεν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπός τις οὐδὲ ὕδατος ἀπογευόμενος· καίτοιγε καὶ τοῦτο πολλοὶ κατώρθωσαν ἐφ' ἡμῶν [71] μοναχοί· καὶ ὁ μυρίαις γυναιξὶ μιγνύμενος, ὅτι εὔκολον παρθενεύειν· οὐδὲ ὁ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζων, ὅτι καὶ τὰ αὐτοῦ τις ῥᾳδίως προήσεται· οὕτως οὐδὲ οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μυρίαις φροντίσιν ἑαυτοὺς κατατήκοντες [72] οὐκ [73] εὐκόλως ἂν τοῦτο παρα-

[52] Sic E. ἀλλ' οὐκ ἂν ἄλλως Ep. ἀλλ' ὡς οὐκ ἂν C. Vulgo legitur ἄλλως οὐκ ἂν (om. ἀλλά). Pro ἄλλως Boisio placuit ἀλλ' ὅμως. [53] οὓς μὲν... οὓς δὲ A. οὓς μὲν... τοὺς δὲ B. C. D. [54] πλεῖον B. [55] τούτου Sic B. E. τοῦ cæteri. [56] μόνον E. [57] προσγενέσθαι Edd. [58] εἶπεν] add. ὅτι C. D. p. p. πέτεται A. [59] καθάψηται] Add. μᾶλλον A. [60] καὶ om. Edd. [61] ἔχει] Sic B. D. E. vulgo ἔχῃ. mox δυνάμεθα B. C. D. E. F. [62] ἀλλὰ τί;] ἀλλ' ὅτι Edd. [63] ὅτι] add. μὴ B. [64] Verba καὶ πάλιν om. codd. præter E. Leguntur in Verss. [65] Τίς οὖν οὐκ ἐμερίμνησεν; E. faventibus Interpp. [66] πόσους Edd. [67] καὶ οἱ τρισχ. καὶ οἱ πεντ. A. F. καὶ οἱ τρισχ. om. B. E. [68] Εἶδες] Ἴδε Edd. [69] ἂν] ἐὰν D. ἂν εἰ Ep. ut vulgo. [70] ΗΘΙΚΟΝ. Ὅτι ἀφιστάμενος τοῦ πλεονεκτεῖν, δύναται ταχέως καὶ ἐλεήμων γενέσθαι. A. [71] ἡμῖν C. E. F. [72] κατατείνοντες F. [73] οὐκ om. A. p. p. παραδέξαιντο A.

anima cibo egeat, incorporea enim est; sed communi loquendi more usus est. Etiamsi enim cibo non egeat, non potest in corpore manere, nisi ipsum nutriatur. Postquam hoc dixit, non simpliciter loquitur, sed hic etiam utitur ratiociniis; quorum alia ex iis quæ apud nos sunt, alia ex aliis exemplis sumuntur. Ex iis quæ apud nos sunt sic ait : *Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum?* Qui igitur id quod majus est dedit, quomodo quod minus est non dabit? qui carnem quæ alitur efformavit, quomodo ipsi escam non præbebit? Ideo non simpliciter dixit : *Nolite solliciti esse, quid manducetis, aut quo induamini;* sed addit, *Corpori*, et, *Animæ*; quia ex ipsis erat exempla sumpturus, per comparationem procedens. Sed animam quidem semel dedit, et manet illa ut data est; corpus vero augetur quotidie. Quod utrumque ut ostendit, et illius immortalitatem, hujusque fluxam naturam declaravit, hæc subjungit: 27 *Quis potest ex vobis adjicere staturæ suæ cubitum unum?* De anima tacens, quæ incrementa non caperet, de corpore tantum disseruit : ex quo illud ostendit, nempe non cibo illud augeri, sed Dei providentia. Quod etiam per alia Paulus demonstrans dicebat : *Igitur neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus* (1. *Cor.* 3. 7). Ab iis igitur quæ in nobis sunt ita cohortatus est : ab aliis vero exemplis : 26. *Aspicite volatilia cœli*, inquit. Ne quis diceret, utile nobis esse si solliciti simus, et a majori et a minori ipsos dehortatur; a majori nempe, ab anima et corpore; a minori, ab avibus. Si enim etiam de longe inferioribus tantam gerit curam, quomodo vobis non idipsum præstabit; inquit. Et hæc quidem illis; erat quippe turba populi; diabolo autem non sic respondit, sed quomodo? *Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei* (*Matth.* 4. 4). Hic autem volatilia memorat, sed modo ad cohortandum optimo, qui in admonitione maximam vim habeat. Sed in tantum insipientiæ quidam impii venerant, ut exemplum reprehenderent. Neque enim oportuit, inquiebant, eum qui voluntates excitaret, ex naturalium rerum exemplis id agere, quippe quæ id habeant ex natura.

3. Quid igitur ad hæc dicamus? Etiamsi id ex natura insit illis, posse id etiam nobis ex studio voluntatis accedere. Non enim dixit, Respicite volatilia quomodo volent, quod non potest homo, sed quod sine sollicitudine alantur : quod nobis etiam licet, si volumus. Idque comprobarunt ii qui id opere exhibuerunt. Quapropter summe admiranda est Legislatoris prudentia, qui cum ex hominibus proferre posset exemplum, et in medium adducere Heliam, Moysem, Joannem, aliosque similes qui de cibo non solliciti fuerant; ut illos magis perstringeret, irrationabilia animalia memoravit. Si enim justos illos allegasset, dicere potuissent, Nondum ad illorum virtutem pertigimus. Nunc autem cum illos tacuit, et volatilia cæli induxit, omnem illis occasionem succidit, hac in re veterem legem imitatus. Nam Vetus Testamentum ad apem mittit, ad formicam, ad turturem, ad hirundinem. Nec parvum hoc est homini honoris argumentum, quando quæ illa ex natura habent, nos possumus ex voluntatis arbitrio nancisci. Si igitur illorum quæ propter nos creata sunt, tantam gerit providentiam, quanto magis nostrum? si servorum, quanto magis herorum? Ideo dicebat : *Respicite volatilia :* nec addidit, quod non cauponentur vel negotientur : hæc quippe admodum reprobata erant; sed quod non serant, neque metant. Quid igitur? inquies, annon serendum erit? Non dixit, non esse serendum, sed non sollicitum esse oportere : neque dixit, non operandum, sed non pusillanimum esse, neque sese sollicitudinibus macerare. Nam alimenta sumere præcipit, sed absque sollicitudine. Hunc porro sermonem jam præmittit David, sic ænigmatice loquens : *Aperis manum tuam, et imples omne animal benedictione* (*Psal.* 144. 16) : et rursus, *Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum* (*Psal.* 146. 9). Et quinam sunt, inquies, qui non solliciti fuerunt? Non audisti quot viros protulerim? annon cum illis jam memoratis vidisti Jacobum nudum ex paterna domo profectum? non audis eum precantem ac dicentem : *Si dederit mihi Deus panem ad manducandum, et vestimentum quo operiar* (*Gen.* 28. 20)? Id quod non solliciti, sed a Deo totum quærentis erat. Hoc et apostoli fortiter egerunt, omnibus relictis nihil solliciti : sic illa quinque millia, sic tria millia hominum (*a*). Si vero his auditis, non sustines adhuc hæc dura vincula solvere, cognita saltem curæ inutilitate, solve sollicitudinem : 27. *Quis enim ex vobis*, inquit, *sollicite cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?* Vide quomodo ex eo quod manifestum, id quod occultum erat clarum effecerit. Quemadmodum enim corpori, inquit, ne minimum quidem staturæ adjicere cogitans poteris : sic nec alimenta congregare, etiamsi te posse existimes. Hinc autem planum est, non curam nostram, sed Dei providentiam in iis etiam quæ opera nostra fieri putamus, totum perficere : ita ut si nos ille relinqueret, nec cura, nec sollicitudo, nec labor, nec aliud quidpiam simile successurum esset, sed omnia pessum abirent.

4. *Præcepta Dei impleri possunt.* — Ne itaque putemus præcepta impleri non posse : multi enim nunc etiam sunt, qui illa sequuntur. Si tu hoc ignoras, nihil mirum, siquidem Helias se solum esse putabat; sed audivit : *Reliqui mihi septem millia virorum* (3. *Reg.* 19. 18). Unde planum est, etiam nunc esse qui apostolicam ducant vitam, quemadmodum et tunc ter mille et quinquies mille homines. Si autem non credimus, non quia desunt qui recte vivant, sed quia longe ab illis absumus, ita affecti sumus. Sicut is qui ebrius est, non facile credat esse hominem qui ne aquam quidem degustet : etiamsi hoc nostro tempore multi monachorum fecerint; et qui cum innumeris coit mulieribus, non credet facile esse virginitatem

(*a*) Illa quinque millia et tria millia hominum, de quibus infra loquitur, memorantur sub initium libri Actuum apostolorum.

servare; nec qui aliena rapit, credet esse quempiam qui sua facile largiatur: sic neque ii qui se quotidie mille sollicitudinibus macerant, facile hanc suscipient doctrinam. Quod autem multi sint qui ad hanc perfectionem devenerint, ab illis ipsis demonstrare possumus, qui ætate nostra hanc sunt philosophiam professi. Sed vobis interim satis erit si discatis non avaritiæ studere, bonamque esse eleemosynam; si discatis ex bonis nostris erogandum esse. Hæc enim si exsequaris, dilecte, cito ad illa pervenies. Interim ergo superfluam illam pompam deponamus, mediocritate contenti simus, et discamus ex justis laboribus omnia, quæ habituri sumus, acquirenda esse; quandoquidem beatus Joannes, cum eos qui in telonio sedebant et milites alloquebatur, illis ut contenti suis stipendiis essent præcipiebat (*Luc.* 3). Volebat quidem illos ad majorem aliam philosophiam deducere; quia vero nondum ad id erant idonei, minora dicit, quia si sublimiora disseruisset, non illis attendissent, et ex his minoribus excidissent. Idcirco etiam nos in hisce inferioribus vos exercemus. Interimque scimus facultatum deponendarum onus fortius esse, quam ut vos ferre possitis; et quantum distat cælum a terra, tantum vos distare ab illa philosophia. Itaque ultima saltem præcepta servemus; neque enim hæc parva consolatio est: etiamsi apud Græcos quidam illud, quod diximus, exsequuti sunt, omniaque reliquerunt, licet non eo, quo par erat, proposito. Attamen sat nobis erit si eleemosynam large spargatis: cito enim postea ad illa perveniemus, si ita procedamus. Sin ne hoc quidem faciamus, qua erimus venia digni, qui jussi sanctos veteris legis superare, Græcis philosophis minores videamur? Quid dixerimus, si cum angeli et filii Dei esse debeamus, ne homines quidem esse videamur? Nam rapere et aliena expetere non ad hominum mansuetudinem, sed ad ferarum immanitatem pertinet; imo feris deteriores sunt qui aliena invadunt. Feris namque id a natura inditum est: nos autem qui ratione ornati sumus, et præter naturam in ignobilitatem delabimur, qua fruemur venia? Considerantes igitur propositæ nobis philosophiæ mensuras, saltem ad media perveniamus, ut et a futuro supplicio liberemur, et progressi ad ipsum bonorum culmen ascendamus: quæ omnia utinam assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XXII. al. XXIII.

Cap. 6. v. 28. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt; non laborant, neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua vestitus erat sicut unum ex istis.*

1. *Cur Christus maluit lilium in exemplum afferre quam animalia. De luxu vestium superbire quam vanum. Creaturarum pulchritudo sapientiam Dei prædicat.* — Postquam de necessario cibo dixit, et ostendit non oportere de illo sollicitos esse, ad leviora transit. Neque enim ita necessaria vestis est, ut alimentum. Cur itaque hic non eodem utitur exemplo volucrum, neque affert nobis pavonem, aut cycnum, aut ovem? Nam plurima hinc exempla mutuari licebat. Quia utrinque rei magnitudinem vult ostendere, tum a vilitate eorum quæ tanto decore fulgent, tum ab excellentia ornatus liliis tributi. Ideo postquam hanc descriptionem concinnavit, non amplius lilia vocat ipsa, sed 30. *Fœnum agri.* Neque hoc nomine contentus est, sed aliam adjicit vilitatem, dicens, *Quod hodie est.* Neque addit, Cras non est, sed quod longe vilius, *In clibanum mittitur.* Neque simpliciter dixit, Vestit, sed, *Sic vestit.* Vides ubique multos ad ulteriora et majora progressus? Id porro agit ut illos perstringat: ideoque subjunxit, *Quanto magis vos?* Illud quippe magnam emphasim continet. Nam, *Vos*, nihil aliud subindicat, quam ipsum genus humanum magno honore, magna cura dignatum fuisse: ac si diceret: Vos, quibus animam dedit, quibus corpus efformavit, ad quorum usum visibilia omnia creavit, propter quos prophetas misit et legem dedit, innumeraque bona contulit; propter quos unigenitum Filium tradidit, et millia per ipsum munera largitus est [1]. Et postquam hæc clare ostenderat, tunc illos increpat, dicens: *Modicæ fidei.* Talis quippe est qui consilia sua offert: postquam rem clare demonstravit, non modo hortatur, sed etiam pungit, ut magis ad parendum dictis excitet. His autem nos docet non modo ut ne solliciti simus, sed ut ne admiratione capiamur cum magnifica vestimenta conspicimus. Nam hic decor florum est, herbarumque pulchritudo; imo pretiosius fœnum est hoc vestimento. Quid igitur magnum sapis de re, in qua ab herba longe superaris? Et vide quomodo a principio præceptum leve facileque esse ostendat, dum illos rursum a contrariis et ab iis quæ maxime timent, deducit. Cum enim dixisset, *Considerate lilia agri*, subjunxit: *Non laborant.* Itaque nos a laboribus eripere volens, hæc præcepit. Non ergo labor has res non curare, sed curare et sollicitum esse. Ac quemadmodum cum dixit, *Non serunt*, non sementem sustulit, sed curam nimiam: sic cum ait, *Non laborant, neque nent*, non opus sustulit, sed sollicitudinem. Si autem Salomon illorum decore superatus est, neque semel aut bis, sed per totum regni sui tempus (neque enim potest quis dicere ipsum nunc sic, nunc alio modo indutum fuisse; sed neque uno die tante decore fulsit: id enim indicavit dicens, *In toto regno suo*), neque uni tantum flori cessit, alterum vero imitatus est, sed omnibus simul cessit (quapropter dixit, *Sicut unum ex istis*: quantum enim distat veritas a mendacio, tantum est inter vestimenta illa et hos flores intervallum): si ergo ille se victum confessus est, omnium qui umquam fuere regum splendidissimus, quandonam tu vincere poteris, aut ad illum decorem vel tantillum accedere? Hinc nos instituit ut ne hujusmodi decorem umquam ambiamus. Vide ergo finem ejus: post victoriam, in clibanum mittitur. Quod

[1] Hic articulus phrasis, *et millia..... largitus est* in ductus tantum codd. legitur.

:ο. Ὅτι μὲν οὖν πολλοὶ οἱ τοῦτο κατορθωκότες εἰ-
τ' αὐτῶν δυνατὸν ἡμῖν δεῖξαι τῶν ταῦτα φιλοσο-
ων καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς. Ἀλλ' ὑμῖν τέως
τὸ μὴ πλεονεκτεῖν μαθεῖν, καὶ ὅτι καλὸν ἡ ἐλεη-
], καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι χρὴ τῶν ὄντων μεταδι-
Ταῦτα γὰρ ἂν κατορθώσῃς, ἀγαπητὲ, ταχέως
τ' ἐκεῖνα βαδιεῖς. Τέως τοίνυν τὴν πολυτέλειαν
μεθα τὴν περιττὴν, καὶ ἀνασχώμεθα τῆς συμμε-
καὶ μάθωμεν ἀπὸ δικαίων πόνων κτᾶσθαι ἅπαντα
ιέλλομεν ἔχειν: ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὅτε
:το τοῖς περὶ τὴν τελωνείαν ἐσχολακόσι καὶ τοῖς στρα-
.νοις, ἀρκεῖσθαι τοῖς ὀψωνίοις προσέταττεν [74.75].
.ετο μὲν γὰρ καὶ ἐφ' ἑτέραν μείζονα αὐτοὺς ἀγα-
.λοσοφίαν· ἐπειδὴ δὲ οὐδέπω πρὸς ταῦτα ἦσαν ἐπι-
:, τὰ ἐλάττονα λέγει, ὡς εἰ τὰ ὑψηλότερα τούτων
οὔτ' ἂν ἐκείνοις [76] προσέσχον, καὶ τούτων ἐξέπε-
. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς καταδεεστέροις
'υμνάζομεν. Καὶ γὰρ τέως ἴσμεν, ὅτι μεῖζον ὑμῶν
.τημοσύνης τὸ φορτίον, καὶ ὅσον ἀφέστηκεν ὁ οὐ-
τῆς γῆς, τοσοῦτον ὑμῶν ἡ φιλοσοφία ἐκείνη.
, κἂν τῶν ἐσχάτων ἐπιλαβώμεθα ἐπιταγμάτων·
ιρ αὕτη μικρὰ παραμυθία. Καίτοιγε παρ' Ἕλλησί
τινες καὶ τοῦτο κατώρθωσαν, εἰ καὶ μὴ μετὰ τῆς προση-
κούσης γνώμης, καὶ τὰ ὄντα ἅπαντα ἀπεδύσαντο. Ἀλλ'
ὅμως ἡμεῖς ἀρκούμεθα ἐφ' ὑμῶν τῷ τὴν ἐλεημοσύνην
δαψιλῆ παρέχεσθαι [274] παρ' ὑμῶν· ταχέως γὰρ καὶ ἐπ'
ἐκεῖνα ἥξομεν, ἂν οὕτω προβαίνωμεν. Εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο
ποιοῦμεν [77], τίνος ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, οἱ τοὺς
ἐν τῇ παλαιᾷ ὑπερβῆναι κελευόμενοι, καὶ τῶν παρ' Ἕλ-
λησι φιλοσόφων ἐλάττους φαινόμενοι; Τί ἂν εἴποιμεν,
ὅταν ὀφείλοντες εἶναι ἄγγελοι καὶ υἱοὶ Θεοῦ, μηδὲ τὸ
ἄνθρωποι εἶναι διατηρῶμεν; Τὸ γὰρ ἁρπάζειν καὶ
πλεονεκτεῖν οὐ τῆς ἀνθρώπων ἡμερότητος, ἀλλὰ τῆς τῶν
θηρίων ὠμότητος· μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνων χείρους οἱ τοῖς
ἀλλοτρίοις ἐπιτιθέμενοι. Τοῖς μὲν γὰρ [78] ἀπὸ φύσεως
τοῦτο πρόσεστιν· ἡμεῖς δὲ οἱ λόγῳ τιμηθέντες, καὶ
πρὸς τὴν παρὰ φύσιν καταπίπτοντες δυσγένειαν, τίνος
ἀπολαυσόμεθα συγγνώμης; Ἐννοήσαντες τοίνυν τὰ μέ-
τρα τῆς προκειμένης ἡμῖν φιλοσοφίας, κἂν εἰς τὰ μέσα
φθάσωμεν, ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἀπαλλαγῶμεν κολά-
σεως, καὶ ὁδῷ προβαίνοντες ἐπ' αὐτὴν ἔλθωμεν τὴν κο-
ρυφὴν τῶν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν,
χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώ-
νων. Ἀμήν.

ἐπέταττεν E. [76] ἐκεῖνοι C. E. [77] ποιῶμεν B. C. E. [78] γὰρ] Add. θηρίοις Edd. Non habent Interpp.

## ΟΜΙΛΙΑ ΚΒ'.

*:άθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει· οὐ
ιᾷ, οὐδὲ νήθει· λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολο-
ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο* [79.80] *ὡς ἓν
:ων.*

:Ιπὼν περὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, καὶ δείξας ὅτι
ὑπὲρ ταύτης χρὴ μεριμνᾷν, ἐπὶ τὸ κουφότερον
ιίνει λοιπόν. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀναγκαῖον ἔνδυμα,
ιφή. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ κέχρηται καὶ ἐνταῦθα
τῷ ὑποδείγματι τῷ τῶν ὀρνίθων, οὐδὲ λέγει τὸν
ἡμῖν, καὶ τὸν κύκνον, καὶ τὸ πρόβατον; καὶ γὰρ
τοιαῦτα παραδείγματα ἦν ἐκεῖθεν λαβεῖν. Ὅτι
αι ἑκατέρωθεν δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν, ἀπό τε τῆς
ίας τῶν τῆς τοιαύτης μετασχόντων εὐπρεπείας,
ι τῆς φιλοτιμίας τοῦ καλλωπισμοῦ τῆς δοθείσης
:ρίνοις. Διὰ τοῦτο ὅτε αὐτὰ κατεσκεύασεν, οὐδὲ
αὐτὰ καλεῖ λοιπὸν, ἀλλὰ *χόρτον ἀγροῦ*. Καὶ οὐ-
τῷ ὀνόματι ἀρκεῖται τούτῳ, ἀλλὰ πάλιν ἑτέραν
ιαν προστίθησιν, εἰπὼν, *σήμερον ὄντα*. Καὶ οὐχ
αὔριον οὐκ ὄντα, ἀλλὰ τὸ πολλῷ πάλιν καταδεέστε-
ις *κλίβανον βαλλόμενον*. Καὶ οὐκ εἶπεν [83], ἀμ-
σιν, ἀλλ', οὕτως ἀμφιέννυσιν. Ὁρᾷς πανταχοῦ
; τὰς ὑπερβολὰς καὶ τὰς ἐπιτάσεις; Ποιεῖ δὲ τοῦτο,
τῶν καθάψηται: διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐ
ρ μᾶλλον ὑμᾶς;* Καὶ γὰρ πολλὴν ἔχει καὶ τοῦτο τὴν
ιν. Τὸ γὰρ, *ὑμᾶς*, οὐδὲν ἕτερον ἐστὶν αἰνιττομένου, ἢ
υτίμητον καὶ περισπούδαστον τοῦ γένους· ὡσανεὶ
Ἔλεγεν, Ὑμᾶς, οἷς ψυχὴν ἔδωκεν, οἷς σῶμα δι-
ι, δι' οὓς τὰ ὁρώμενα πάντα ἐποίησε, δι' οὓς προ-
ἔπεμψε, καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ τὰ μυρία εἰργά-
ἀγαθά· δι' οὓς τὸν μονογενῆ παῖδα ἐξέδωκεν [84].
ὴ δὲ ἀπέδειξε σαφῶς, τότε καὶ ἐπιπλήττει λέγων·
*όπιστοι*. Τοιοῦτον [85] γὰρ ὁ συμβουλεύων· οὐ πα-
μόνον, ἀλλὰ καὶ καθάπτεται, ἵνα διεγείρῃ πλέον
τὴν πειθὼ τῶν λεγομένων. Ἀπὸ τούτων ἡμᾶς
ὴ μεριμνᾷν διδάσκει μόνον, ἀλλὰ μηδὲ ἐπτοῆσθαι
πρὸς τὴν πολυτέλειαν τῶν ἱματίων. Χλόης γὰρ ἡ εὐπρέ-
πεια, καὶ πόας τὸ κάλλος· μᾶλλον δὲ καὶ τιμιώτερος ὁ
χόρτος τῆς τοιαύτης στολῆς. Τί τοίνυν μέγα φρονεῖς, ἐν
οἷς τὰ νικητήρια παρὰ τῇ βοτάνῃ μετὰ πολλῆς τῆς
περιουσίας; Καὶ ὅρα πῶς ἀπὸ τῶν προοιμίων κοῦφον
δείκνυσι τὸ ἐπίταγμα, πάλιν ἀπὸ τῶν ἐναντίων αὐτοὺς,
καὶ ἀφ' ὧν δεδοίκασιν, ἀπὸ τούτων ἀπάγων. Εἰπὼν γὰρ,
*Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ*, ἐπήγαγεν, *Οὐ κο-
πιῶσιν*. Ὥστε κόπων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι βουλόμενος, ταῦ-
τα ἐκέλευσεν. Οὐ τοίνυν τὸ μὴ μεριμνᾷν ταῦτα πόνος,
ἀλλὰ τὸ μεριμνᾷν. Καὶ καθάπερ εἰπὼν, *Οὐ σπείρου-
σιν*, οὐ τὸν σπόρον ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ τὴν φροντίδα· οὕ-
τως εἰπὼν, *Οὐ κοπιῶσιν, οὐδὲ* [86] *νήθουσιν*, οὐ τὸ
ἔργον ἀνεῖλεν, ἀλλὰ τὴν μέριμναν. Εἰ δὲ Σολομῶν ἡττή-
θη τοῦ κάλλους αὐτῶν, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ δι'
ὅλης τῆς βασιλείας αὐτοῦ· (οὐδὲ γὰρ ἔχοι [87] τις εἰπεῖν,
ὅτι νῦν μὲν τοιαῦτα περιεβάλετο, μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι,
ἀλλὰ οὐδὲ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ οὕτως ἐκαλλωπίσατο· τοῦτο γὰρ
ἐδήλωσεν εἰπὼν, *Ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ*)· καὶ
οὐχ ὑπὸ τούτου μὲν ἡττήθη τοῦ ἄνθους, τὸ δὲ ἕτερον ἐμι-
μήσατο, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοῦ παρεχώρησε· (διὸ καὶ ἔλεγεν,
*Ὡς ἓν τούτων*· ὅσον γὰρ τῆς ἀληθείας πρὸς τὸ ψεῦδος,
τοσοῦτον τῶν ἱματίων ἐκείνων καὶ τῶν ἀνθῶν τούτων
τὸ μέσον·) εἰ τοίνυν ἐκεῖνος ὡμολόγησε τὴν ἧτταν, ὁ
πάντων βασιλέων τῶν πώποτε γενομένων λαμπρότερος,
πότε σὺ περιγενέσθαι δυνήσῃ, μᾶλλον δὲ ἐγγὺς γενέσθαι
κἂν μικρὸν τῆς τοιαύτης εὐμορφίας; Ἐντεῦθεν ἡμᾶς
παιδεύει μηδ' ὅλως ἐφίεσθαι τοῦ τοιούτου καλλωπισμοῦ.
Ὅρα γοῦν αὐτοῦ τὸ τέλος· μετὰ τὴν νίκην εἰς κλίβανον
βάλλεται. Εἰ δὲ περὶ τὰ εὐτελῆ καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου,
καὶ τὴν τυχοῦσαν παρεχόμενα χρείαν, τοσαύτην πρό-
νοιαν ὁ Θεὸς ἐπεδείξατο, πῶς σὲ προήσεται τὸ πάντων
ἀναγκαιότατον [88] ζῶον; Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτω καλὰ
αὐτὰ ἐποίησεν; Ἵνα τὴν αὐτοῦ σοφίαν ἐπιδείξηται καὶ
τὴν περιουσίαν τῆς δυνάμεως, ἵνα πανταχόθεν αὐτοῦ τὴν
δόξαν μάθωμεν. Οὐ γὰρ οἱ οὐρανοὶ μόνοι διηγοῦνται τὴν

' περιεβάλλετο A. [81] οὐδὲ] Sic. F. Ep. Ge. vulgo οὐδέν. [82] οὐδὲ] οὐ Edd. ἑτέραν] δευτέραν A. [83] εἶπεν] add. A. invitis Verss. Mox πολλὰς om. A. C. [84] ἐξέδωκε] add. καὶ τὰ (τὰ om. A.) μυρία δι' αὐτοῦ χαρίσματα σατο A. F. Non verterunt Interpp. [85] Τοιοῦτο E. Τοιοῦτος Mor. Ben. [86] οὔτε codd. præter E. [87] ἔχει Edd. περιεβάλλετε A. C. F [88] ἀναγκαιότερον Edd.

δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ· καὶ τοῦτο ὁ Δαυῒδ δηλῶν ἔλεγεν· *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ξύλα καρποφόρα καὶ πᾶσαι κέδροι*. Τὰ μὲν γὰρ διὰ τοῦ καρποῦ, τὰ δὲ διὰ τοῦ μεγέθους, τὰ δὲ διὰ τοῦ κάλλους ἀναπέμπει τῷ ποιήσαντι τὴν εὐφημίαν. Πολλῆς γὰρ καὶ τοῦτο [276] περιουσίας σοφίας [89] σημεῖον, ὅταν καὶ εἰς τὰ σφόδρα εὐτελῆ (τί γὰρ εὐτελέστερον τοῦ σήμερον ὄντος, καὶ αὔριον οὐκ ὄντος;) τοσοῦτον ἐκχέῃ τὸ κάλλος. Εἰ τοίνυν τῷ χόρτῳ τὸ μὴ ἐν χρείᾳ δέδωκε, (τί γὰρ αὐτοῦ τὸ κάλλος πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς τροφὴν συντελεῖ;) πῶς σοὶ τὸ ἐν χρείᾳ οὐ δώσει [90]; Εἰ τὸ πάντων εὐτελέστερον ἐκαλλώπισεν ἐκ περιουσίας, καὶ ταῦτα οὐ πρὸς χρείαν, ἀλλὰ πρὸς φιλοτιμίαν τοῦτο ποιῶν· πολλῷ μᾶλλον σὲ τὸν [91] ἁπάντων τιμιώτερον ἐν τοῖς κατὰ τὴν χρείαν τιμήσει.

β'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπέδειξε πολλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν οὖσαν, καὶ ἔδει [92] καὶ ἐπιπλῆξαι λοιπὸν, καὶ ἐνταῦθα κέχρηται τῇ φειδοῖ, οὐκ ἀπιστίαν, ἀλλ' ὀλιγοπιστίαν αὐτοῖς ἐγκαλῶν. *Εἰ γὰρ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πολλῷ* [93] *μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι*. Καίτοιγε ταῦτα πάντα αὐτὸς ἐργάζεται· *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*· ἀλλ' ὅμως οὐδαμοῦ ἑαυτοῦ μέμνηται τέως. Ἤρκει γὰρ εἰς τὸ δεῖξαι τὴν αὐθεντίαν τέως, τὸ λέγειν καθ' ἑκάστην τῶν ἐντολῶν· *Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν*. Μὴ τοίνυν θαυμάσῃς, ὅταν καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα κρύπτῃ ἑαυτὸν, ἢ ταπεινόν τι περὶ ἑαυτοῦ φθέγγηται. Ἓν γὰρ ἐσπούδαζε τέως, εὐπαράδεκτον αὐτοῖς γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ διὰ πάντων ἀποδεῖξαι οὐκ ἀντίθεόν τινα ὄντα, ἀλλ' ὁμονοοῦντα καὶ συμβαίνοντα τῷ Πατρί. Ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Τοσούτους γὰρ ἀναλώσας λόγους συνεχῶς αὐτὸν ἐν τῷ μέσῳ τίθησι, τὴν σοφίαν αὐτοῦ θαυμάζων, τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν τὴν διὰ πάντων, καὶ τῶν μεγάλων καὶ τῶν μικρῶν. Καὶ γὰρ ὅτε περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔλεγε, τὴν [94] πόλιν τοῦ μεγάλου βασιλέως αὐτὴν ἐκάλεσε· καὶ ὅτε τοῦ οὐρανοῦ ἐμνημόνευσε, θρόνον πάλιν ὠνόμασε τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτε περὶ τῆς κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίας διελέγετο, αὐτῷ πάλιν τὸ πᾶν ἀνατίθησι λέγων ὅτι· *Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. Καὶ ἐν τῇ εὐχῇ δὲ ἐδίδασκε λέγειν ὅτι, *Αὐτοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα*. Καὶ ἐνταῦθα περὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ διαλεγόμενος, καὶ δεικνὺς πῶς καὶ ἐν τοῖς μικροῖς ἀριστοτέχνης ἐστὶ, φησὶν ὅτι *Τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ ἀμφιέννυσι*. Καὶ οὐδαμοῦ ἑαυτοῦ Πατέρα καλεῖ, ἀλλ' ἐκείνων, ἵνα καὶ τῇ τιμῇ καθάψηται, καὶ ὅταν αὐτοῦ [95] λέγῃ Πατέρα, μηκέτι ἀγανακτῶσιν. Εἰ δὲ ὑπὲρ ψιλῶν καὶ ἀναγκαίων οὐ δεῖ μεριμνᾷν, τίνος ἂν εἶεν ἄξιοι συγγνώμης οἱ ὑπὲρ τῶν πολυτελῶν μεριμνῶντες; μᾶλλον δὲ τίνος ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι οἱ μηδὲ καθεύδοντες, ἵνα τὰ τῶν ἄλλων λάβωσι; *Μὴ οὖν μεριμνήσητε λέγοντες· Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου* [96] *ἐπιζητεῖ*. Εἶδες πῶς πάλιν αὐτοὺς καὶ ἐνέτρεψε μειζόνως, καὶ παρεδήλωσεν ὅτι οὐδὲν φορτικὸν, οὐδὲ ἐπαχθὲς [277] ἐπέταξεν; Ὥσπερ οὖν ὅτε ἔλεγεν· *Ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, οὐδὲν μέγα ποιεῖτε· καὶ γὰρ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν*· ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν ἐθνικῶν αὐτοὺς διήγειρε πρὸς τὸ μεῖζον· οὕτω καὶ νῦν ἐκείνους εἰς μέσον ἄγει, καθαπτόμενος καὶ δεικνὺς ὅτι ἀναγκαῖον ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν ὀφείλημα. Εἰ γὰρ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων πλέον ἐπιδείξασθαι χρὴ, τίνος ἂν εἴημεν ἄξιοι οἱ μὴ μόνον ἐκείνους μὴ ὑπερβαίνοντες, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν ἐθνικῶν εὐτελείᾳ μένοντες, καὶ τὴν αὐτῶν μικροψυχίαν ζηλοῦντες; Οὐ μὴν μέχρι τῆς ἐπιπλήξεως ἔστη, ἀλλὰ καθαψάμενος ἐντεῦθεν καὶ διεγείρας αὐτοὺς, καὶ ἐντρέψας μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, καὶ ἑτέρωθεν παρακαλεῖ λέγων· *Οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων*. Οὐκ εἶπεν, Οἶδεν ὁ Θεὸς, ἀλλ', *Οἶδεν ὁ Πατὴρ*, ὥστε αὐτοὺς εἰς μείζονα ἐλπίδα ἀγαγεῖν. Εἰ γὰρ πατήρ ἐστι, καὶ πατὴρ τοιοῦτος, οὐ δυνήσεται περιϊδεῖν τοὺς υἱοὺς ἐν ἐσχάτοις ὄντας κακοῖς· ὅπου γε οὐδὲ ἄνθρωποι πατέρες ὄντες τοῦτο ὑπομένουσι. Καὶ ἕτερον δὲ μετὰ τούτου [97] πάλιν ἐπάγει λογισμόν. Ποῖον δὴ τοῦτον; *Ὅτι χρῄζετε αὐτῶν* [98]. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. Μὴ γὰρ περιττά ἐστι ταῦτα, ἵνα καταφρονήσῃ; Καίτοιγε οὐδὲ ἐν τοῖς περισσοῖς κατεφρόνησεν, ἐπὶ τοῦ χόρτου· νυνὶ δὲ καὶ ἀναγκαῖά ἐστιν. Ὥστε ὃ νομίζεις αἴτιον εἶναί σοι τῆς φροντίδος, τοῦτο ἱκανὸν εἶναί φημι τῆς φροντίδος σε ταύτης ἀπαγαγεῖν. Εἰ γάρ [99] λέγοις, ὅτι διὰ τοῦτό με χρὴ μεριμνᾷν, ἐπειδὴ ἀναγκαῖά ἐστι, τοὐναντίον ἐγώ φημι, ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μὴ μεριμνήσῃς, ἐπειδὴ ἀναγκαῖά ἐστιν. Εἰ γὰρ περιττὰ ἦν, οὐδ' οὕτως ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ θαῤῥεῖν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν χορηγίας ἐχρῆν· ἐπειδὴ δὲ ἀναγκαῖά ἐστιν, οὐκέτι ἀμφιβάλλειν δεῖ. Ποῖος γάρ ἐστι πατὴρ, ὃς ὑπομένει μηδὲ τὰ ἀναγκαῖα παρασχεῖν τοῖς παισίν; Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο πάντως παρέξει ὁ Θεός. Καὶ γὰρ δημιουργὸς τῆς φύσεως αὐτός ἐστι, καὶ τὴν χρείαν αὐτῆς μετὰ ἀκριβείας αὐτὸς ἐπίσταται. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὅτι Πατὴρ μέν ἐστι, καὶ ἀναγκαῖά ἐστι τὰ ζητούμενα, ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ἐν χρείᾳ αὐτῶν καθεστήκαμεν. Ὁ γὰρ τὴν φύσιν αὐτὴν εἰδὼς, καὶ δημιουργὸς αὐτῆς γεγενημένος, καὶ τοιαύτην αὐτὴν διαπλάσας, εὔδηλον ὅτι καὶ τὴν χρείαν αὐτῆς ἐπίσταται σοῦ μᾶλλον τοῦ ἐν χρείᾳ αὐτῶν [1] καθεστῶτος. Καὶ γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἔδοξεν, ὥστε ἐν τοιαύτῃ χρείᾳ εἶναι αὐτήν. Οὐ τοίνυν ἐναντιώσεται οἷς ἠθέλησε, καταστήσας μὲν ἐν ἀνάγκῃ τοσαύτης χρείας [2] ἀποστερῶν δὲ αὖ πάλιν τῆς χρείας καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτήν.

γ'. Μὴ τοίνυν φροντίζωμεν· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν περιέσται πλέον, ἢ τὸ κατατείνειν ἑαυτούς. Ὅταν γὰρ καὶ μεριμνώντων ἡμῶν [3] καὶ μὴ μεριμνώντων παρέχῃ, καὶ μᾶλλον μὴ μεριμνώντων, τί σοι πλέον ἀπὸ τῆς φροντίδος, ἢ τὸ δίκην σαυτὸν περιττὴν [278] ἀπαιτεῖν; Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ δαψιλὲς ἀπιέναι μέλλων ἄριστόν τις, ὑπὲρ τροφῆς ἀνέξεται μεριμνᾷν· οὐδὲ ὁ ἐπὶ πηγὴν βαδίζων, ὑπὲρ τοῦ πίνειν φροντίζει [4]. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς, καὶ πηγῆς ἁπάσης καὶ μυρίων δείπνων παρεσκευασμένων δαψιλεστέραν ἔχοντες χορηγίαν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, πτωχεύωμεν [5], μηδὲ μικροψυχῶμεν. Μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτερον λογισμὸν πάλιν ὑπὲρ τοῦ θαῤῥεῖν περὶ τῶν τοιούτων τίθησι λέγων· *Ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνῆκε τῆς φροντίδος τὴν ψυχὴν, τότε καὶ τῶν οὐρανῶν ἐμνημόνευσε. Καὶ γὰρ τὰ παλαιὰ ἀναλύσων παραγέγονε, καὶ πρὸς μείζονα καλέσων πατρίδα. Διὰ τοῦτο πάντα ποιεῖ, ὥστε τῶν

[89] περιουσίας καὶ σοφίας A. σοφίας καὶ περιουσίας Edd. Nostram lectionem tuentur Interpp. [90] δίδωσιν Edd. [91] τὸν] τῶν D. τιμήσει] Sic Ep. et Edd. codices τιμήσειεν. [92] καὶ ἔδει] ἔδει δὲ A. [93] οὐ πολλῷ B. E. 1. Mosq. [94] τὴν om. B. [95] ἑαυτοῦ Edd. [96] τοῦ κόσμου om. E. Cf. Luc. XII. 30. [97] τοῦτο Edd. [98] αὐτῶν] τούτων E. τούτων ἁπάντων Edd. [99] γὰρ] δὲ A. [1] αὐτοῦ Edd. [2] τοσαύτῃ τῆς χρείας A. [3] ἡμῶν om. A. D. E. καὶ μεριμ. ἡμῶν om B. [4] φροντίζειν F. [5] πτωχεύωμεν] Sic codd. *inopes nos putemus* Ge. μεριμνῶμεν Edd.

si erga isthæc et ad nullius momenti usum Deus tantam exhibet providentiam, quomodo te negliget omnium maxime necessarium animal? Quare ergo tam pulchra fecit illa? Ut suam ostenderet sapientiam, et vim potentiæ suæ, quo undique ejus gloriam ediscamus. Neque enim *Cœli* tantum *enarrant gloriam Dei* (*Psal.* 18. 2), sed etiam terra: idque significans David dicebat: *Laudate Dominum, ligna fructifera, et omnes cedri* (*Psal.* 148. 9). Alia enim per fructum, alia per magnitudinem, alia per pulchritudinem Creatori laudem emittunt. Magnæ quoque illud sapientiæ est et potestatis signum, cum etiam ea quæ vilissima sunt (quid enim vilius illo quod hodie est, cras minime?) tanta decorat pulchritudine. Si igitur fœno, quod nullius usus est, id dederit, (quid enim pulchritudo ejus ad ignis alimentum confert?) quomodo tibi, qui opus habes, non dabit? Si quod omnium vilissimum est abundanter ornavit, et hoc non ad aliquem usum, sed ad magnificentiam, multo magis te omnium pretiosissimum in iis, quæ ad usum pertinent, honorabit.

2. Quoniam igitur multam ostendit Dei providentiam, et increpare illos postea oportebat, hic tamen lenitate utitur, non incredulitatem, sed modicam fidem illis imputans. *Si enim fœnum agri*, inquit, *Deus sic vestit, multo magis vos, modicæ fidei.* Atqui hæc omnia ipse operatur; nam *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (*Joan.* 1. 3): attamen nihil usquam de se commemorat. Sufficiebat enim interim ad demonstrandam auctoritatem suam, quod diceret ad singula præcepta: *Audistis quia dictum est antiquis: ego autem dico vobis* (*Matth.* 5. 21. 22. *sqq.*) Ne itaque mireris cum in sequentibus sese occultat, aut humile quidpiam de se loquitur. Unum quippe interim curabat, ut acceptus et probabilis illis sermo esset, ac per omnia ostenderet, se non esse Deo adversarium, sed cum Patre consentientem et concordem. Quod etiam hic facit. Post tot enim sermones frequenter illum in medium adducit, admirans ejus sapientiam, providentiam in omnibus, in majoribus et in minoribus. Nam cum de Jerosolyma diceret, civitatem magni regis ipsam vocavit: et cum cælum commemoraret, solium Dei appellavit: et cum de mundi administratione verba faceret, ipsi rursum omnia adscribit dicens: *Qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos* (*Ibid. v.* 45). Et in oratione sic dicere docuit: *Quia ejus est regnum, et potentia, et gloria.* Hic quoque de illius providentia disserens, et ostendens ipsum vel in parvis optimum opificem esse, ait, *Fœnum agri vestit.* Ac nusquam patrem suum vocat, sed illorum: ut et hoc honore permoveret, et cum patrem suum postea diceret, non indignarentur. Si vero de vilibus et necessariis sollicitum esse non oporteat, qua excusatione digni sunt qui de magnificis curam habent? imo potius qua excusatione digni sunt, qui non dormiunt, ut aliena bona rapiant? 31. *Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* 32. *Hæc enim omnia mundi gentes inquirunt.* Viden' quomodo rursus illos et magis increpaverit, et declaraverit, se nihil onerosum vel durum præcepisse? Sicut igitur cum diceret, *Si diligitis diligentes vos, nihil magnum facitis, nam et ethnici hoc faciunt* (*Matth.* 5. 46. 47), ab ethnicorum commemoratione ipsos ad meliora excitavit: sic et nunc illos in medium adducit, perstringens eos, et ostendens, se necessarium a nobis debitum exigere. Si enim plus quam scribas et Pharisæos exhibere oporteat, qua pœna digni erimus, qui non modo illos non superamus, sed et in ethnicorum vilitate manemus, et illorum pusillanimitatem imitamur? Nec satis habuit increpasse, sed cum perstrinxisset illos, excitasset ac pudore affecisset cum vehementia, aliunde illos consolatur dicens: *Scit enim Pater vester cœlestis, quia his omnibus indigetis.* Non dixit, Scit Deus, sed, *Scit Pater*, ut illos ad majorem spem erigat. Si enim pater est, et pater talis, non poterit despicere filios in extremis malis versantes: quando ne homines quidem patres hoc patiuntur. Aliudque postea inducit ratiocinium. Quodnam illud? *Quia his omnibus indigetis.* Hoc autem vult significare. Num superflua sunt hæc, ut despiciat? Atqui ne in superfluis quidem despexit, ut in fœno: nunc autem et necessaria sunt. Itaque quod putas causam esse sollicitudinis, id dico idoneum esse ad abigendam tibi hanc sollicitudinem. Quod si dicas, Ideo me sollicitum esse oportet, quia necessaria sunt: ego contra respondeo: ideo ne sollicitus sis, quia necessaria sunt. Si enim superflua essent, neque sic desperandum esset, sed confidendum ea tibi suppeditari posse: quia vero necessaria sunt, non ultra ambigere oportet. Quis enim pater negligat filii suis necessaria præbere? Ideoque omnino Deus id daturus est. Nam ipse naturæ creator est, et quid ipsi necessarium sit accurate novit. Neque enim dicere possis, ipsum quidem esse patrem, et necessaria esse ea quæ requiruntur, sed ignorare cum nos ipsis egemus. Nam qui naturam ipsam novit, et creator ejus est, illamque hoc modo formavit, necessitatem ejus, ut palam est, melius novit quam tu, qui in necessitate constitutus es. Nam ipsi sic placuit, ut in hujusmodi necessitate esses. Non ergo contrarius erit iis quæ voluit, ita ut te in necessitate constituat, et a necessariis privet.

3. *Anxietas nihil prodest. Providentiæ Dei, Christo monente, fidendum. Dei auxilio bona agimus omnia.*— Ne itaque solliciti simus; neque enim quid amplius consequemur, quam quod nos curis distendamus. Cum enim nobis sive sollicitis, sive non sollicitis, imo potius non sollicitis, id præstet, quid tibi amplius ex sollicitudine manebit, quam quod pœnas a teipso superfluas exegeris? Neque enim quis ad lautum convivium accessurus, de cibis umquam sollicitus erit; neque is qui ad fontem accedit, de potu erit anxius. Ne itaque nos, quibus affluentior adest rerum copia, quam in mille fontibus et conviviis, nempe Dei providentia, quasi pauperes pusillanimes simus. Cum supradictis enim aliud in cunctis rebus fidendi argumentum suggerit, dicens: 33. *Quærite regnum cœlorum, et hæc omnia adjicientur vobis.* Postquam enim

animum a curis levavit, tunc cælos etiam commemoravit. Venit quippe vetera soluturus, et ad meliorem vocaturus patriam. Propterea nihil non agit, ut nos a supervacaneis et a terrenarum rerum affectu liberet. Idcirco ethnicos memoravit, cum ait gentes ea inquirere, quarum omnis labor et studium circa præsentem vitam versatur, quibus nulla futurorum vel cælorum ratio. Vobis autem non hæc sunt præcipua, sed alia [1]. Neque enim ideo creati sumus ut comedamus, bibamus et vestibus operiamur; sed ut placeamus Deo, et futura consequamur bona. Sicut igitur hæc perfunctorie curanda, ita et perfunctorie petenda sunt. Ideoque dicebat : *Quærite regnum cælorum, et hæc omnia adjicientur vobis*. Non dixit, Dabuntur, sed, *Adjicientur*, ut discas, horum quæ in præsenti dantur nihil esse omnino magnum si cum magnitudine futurorum comparentur. Ideo non illa petere, sed alia postulare jubet, et confidere hæc prioribus esse addenda. Quære igitur futura, et præsentia accipies ; ne quæras visibilia, et prorsus illa consequeris. Nam indignum te est Dominum adire pro rebus hujusmodi. Etenim qui omne studium, omnem curam adhibere debes pro ineffabilibus illis bonis, teipsum dedecoras, dum in cupiditate fluxarum rerum illam impendis. Cur ergo, inquies, jussit panem petere ? Sed addidit, *Quotidianum*, et hoc rursum addit, *Hodie* (*Luc*. 11. 3) : quod ipsum hic etiam observat. Non enim solum dixit, Nolite solliciti esse ; sed, 34. *Nolite solliciti esse in crastinum* : simul nobis libertatem donans, et animam nostram rebus magis necessariis addicens. Nam illa petere ideo jussit, non quod Deus admonitu indigeret, sed ut discamus, nos ejus auxilio bona agere omnia, et ut assiduitate petendi nos ei familiares reddamus. Viden' quomodo per hæc suadeat, doceatque ipsos præsentia quoque accepturos esse ? Qui enim majora præbet, multo magis minora dabit. Non ideo enim, inquit, præcepi ne solliciti sitis, vel ne petatis, ut miseri sitis et nudi ambuletis, sed ut hæc quoque abundanter suppetant : id quod certe maxime illos attrahere poterat. Sicut ergo in eleemosyna eroganda, vetans sese hominibus ostentare, hac ratione maxime suadebat illis, hæc sibi cum majori copia et magnificentia reddenda esse (nam ait, *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto*) : sic et hoc loco abstrahens eos a perquisitione præsentium, illud maxime suadet, hæc non quærentibus cum majore abundantia promitti. Ideo, inquit, jubeo non quærere, non ne accipias, sed ut abundanter accipias ; ut accipias modo tibi competenti, cum utilitate congruenti : ne sollicitus et discissus harumce rerum curis, et iis ipsis rebus et spiritualibus te indignum constituas ; ne superfluam patiaris ærumnam, et a re proposita excidas. *Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Sufficit enim diei malitia ejus* (*Gen*. 3. 19), id est, miseria atque contritio. Non sufficit tibi in sudore vultus tui comedere panem tuum ? cur aliam adjicis ex sollicitudine miseriam, qui a prioribus es laboribus liberandus ?

[1] Hæ voces, *sed alia*, desunt in Morel.

4. *Malitia aliquando pro ærumna accipitur*. — Malitiam autem hic vocat non improbitatem, absit, sed miseriam, laborem, ærumnas ; sicut et alibi ait : *Si est malitia in civitate, quam Dominus non fecerit* (*Amos* 3. 6) : non rapinas significat, non avaritiam [1], neque quidpiam simile, sed plagas divinitus immissas. Ac rursum, *Ego*, inquit, *faciens pacem, et creans malum* (*Isai*. 45. 7). Neque enim hic malitiam dicit, sed famem, pestilentias, quæ mala esse existimantur a vulgo. Mos quippe est, ut multi ea esse dicant mala. Sic enim illi quinque Satrapiarum sacerdotes et vates, cum vaccas arcæ junctas sine vitulis quo vellent ire permiserunt, divinitus immissas plagas illas mœroremque ac dolorem inde partum malitiam vocabant. Idipsum itaque significat dicens : *Sufficit diei malitia sua*. Nihil enim perinde animum cruciat, atque cura et sollicitudo. Sic et Paulus ad virginitatem hortans, consilium ita efferebat : *Volo autem vos sine sollicitudine esse* (1. *Cor*. 7. 32). Cum porro dicit diem crastinam sibi sollicitam fore, non id ait, quod dies ipsa de se sollicita sit, sed quia ad imperitam plebem sermo erat, cum vellet hæc cum emphasi proferre, tempus personæ more repræsentat, secundum plurimorum morem ipsos alloquens. Et hic quidem consilium profert, progressus autem idipsum ut legem statuit dicens : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque peram in via* (*Matth*. 10. 9. 10). Postquam enim hæc ipsa operibus exhibuerat, tunc demum verbis legem statuit firmiorem, unde et sermo acceptus et comprobatus erat, ipsius nempe operibus jam firmatus. Ubinam igitur operibus demonstravit? Audi ipsum dicentem : *Filius hominis non habet ubi caput reclinet* (*Matth*. 8. 20). Neque hoc tamen dixisse contentus, in discipulis suis horum exemplum suppeditat, cum ipsos ad hanc formam redegit, et nullo egere permisit. Perpende autem ejus providentiam, quæ omnem patris cujusvis affectum superat. Hoc jubeo, inquit, non aliam ob causam, quam ut vos ab omni supervacua sollicitudine expediam. Nam si hodie sollicitus sis de crastino, cras rursum sollicitus eris. Quid ea in re supervacaneum ? Cur cogis diem majori, quam ipsa sortitus sit, miseria affligi ; et cum propriis sibi laboribus etiam sequentis diei onus imponis, et hoc, cum per additamentum hujusmodi sequentis diei sarcinam non minuas, sed labores tantum laboribus adjicias [2]. Ut enim illos magis perstringeret, tempus ipsum quasi animatum et læsum induxit, contra ipsos clamans ob superfluam molestiam. Nam diem accepisti, ut quæ ad ipsum pertinent cures. Cur sequentis diei curas ipsi adjicis? annon sufficiens ipsi est onus sollicitudo sui ? cur ergo illi majus imponis onus? Cum autem Legislator sit is qui sic loquitur, et ipse de nobis judicaturus sit, cogita quam bonam nobis spem proponat, cum ipse testificetur, hanc vitam esse miseram et laboriosam, ita ut unius diei sollicitudo sufficiat ad afflictionem contritionemque nostram. At

[1] Alii, *non rapinas significat neque principatus*.
[2] Quidam, *sed insuper cupiditatis laborem adjicias*.

ῶν ἡμᾶς ἀπαλλάττειν, καὶ τῆς πρὸς τὴν γῆν συμ-
ις. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἐθνικῶν ἐμνημόνευσεν, εἰ-
τι τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ ταῦτα, οἷς ὁ πόνος ἅπας κατὰ
ιρόντα βίον, οἷς λόγος οὐδεὶς περὶ τῶν μελλόντων,
νοια τῶν οὐρανῶν. Ὑμῖν δὲ οὐχὶ ταῦτά ἐστι τὰ
ούμενα, ἀλλ' ἕτερα. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα,
γωμεν καὶ πίωμεν καὶ περιβαλώμεθα [6]. ἀλλ' ἵνα
μεν Θεῷ, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν.
ο οὖν ἐν τῇ σπουδῇ πάρεργα ταῦτα, οὕτω καὶ ἐν
ήσει πάρεργα ἔστω. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγε· *Ζητεῖτε
ασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προσ-
εται ὑμῖν*. Καὶ οὐκ εἶπε, Δοθήσεται, ἀλλὰ, *Προσ-
εται*, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδὲν μέγα [7] τῶν διδομένων
όντα ἐστὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν μελλόντων. Διὰ
ο οὐδὲ αἰτεῖν αὐτὰ κελεύει, ἀλλ' αἰτεῖν μὲν ἕτερα,
ν δὲ ὡς καὶ τούτων ἐκείνοις προστιθεμένων. Ζήτει
τὰ μέλλοντα, καὶ λήψῃ καὶ τὰ παρόντα· μὴ ζήτει
μενα, καὶ πάντως αὐτῶν ἐπιτεύξῃ. Καὶ γὰρ ἀνά-
υ τὸ περὶ τοιούτων προσιέναι τῷ δεσπότῃ. Ὁ
ν ἅπασαν σπουδὴν καὶ τὴν μέριμναν ὑπὲρ τῶν
των ἀγαθῶν ἐκείνων ὀφείλων ποιεῖσθαι, σφόδρα
ν καταισχύνεις, εἰς τὴν τῶν ῥεόντων πραγμάτων
ίαν καταναλίσκων αὐτήν [8]. Πῶς οὖν; φησίν [9]· οὐκ
ε τὸν ἄρτον αἰτεῖν; Ἀλλὰ, *Τὸν ἐπιούσιον*,
ηκε, καὶ τούτῳ πάλιν τὸ, *σήμερον*· ὅπερ οὖν καὶ
α ποιεῖ. Οὐ γὰρ εἶπε, Μὴ μεριμνήσητε· ἀλλὰ,
*ριμνήσητε ὑπὲρ τῆς αὔριον*· ὁμοῦ καὶ τὴν ἐλευ-
ἡμῖν παρέχων, καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν προσηλῶν
αγκαιοτέροις. Καὶ γὰρ καὶ [10] ἐκεῖνα αἰτεῖν διὰ
κέλευσεν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ δεομένου τῆς παρ'
ιπομνήσεως, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι μετὰ τῆς
βοηθείας κατορθοῦμεν ἅπερ ἂν κατορθώσωμεν,
ι οἰκειωθῶμεν τῇ συνεχεῖ περὶ τούτων αἰτήσει.
ῶς καὶ ἐντεῦθεν ἔπεισεν, ὅτι λήψονται τὰ παρόντα
; Ὁ γὰρ τὰ μείζω παρέχων, πολλῷ μᾶλλον τὰ
δώσει. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο, φησὶν, εἶπον μὴ με-
, μηδὲ αἰτεῖν, ἵνα ταλαιπωρῆτε καὶ γυμνοὶ πε-
σθε, ἀλλ' ἵνα καὶ τούτων ἐν ἀφθονίᾳ ἦτε· ὃ δὴ
α [279] πάντων ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς ἐφελκύσασθαι.
οὖν ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἀποτρέπων αὐτοὺς ἐπι-
θαι τοῖς ἀνθρώποις, τούτῳ μάλιστα ἔπειθε, τῷ
λείονος αὐτὸ [11] παρέξειν ὑποσχέσθαι τῆς φιλοτι-
τοῖς· (*Ὁ γὰρ Πατήρ σου*, φησὶν, *ὁ βλέπων ἐν
πτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ*·) οὕτω καὶ
ι ἀφέλκων αὐτοὺς τοῦ μὴ ζητεῖν αὐτὰ, τούτῳ [12]
ι πείθει, τῷ μὴ ζητοῦσι μετὰ πλείονος ὑποσχέ-
ιρέχειν τῆς περιουσίας. Διὰ γὰρ τοῦτο κελεύω,
ὴ ζητεῖν, οὐχ ἵνα μὴ λάβῃς, ἀλλ' ἵνα λάβῃς δα-
ἵνα λάβῃς μετὰ τοῦ σοι προσήκοντος σχήματος,
ς ἁρμοζούσης σοι λυσιτελείας· ἵνα μὴ μεριμνῶν,
ιζόμενος εἰς τὴν τούτων φροντίδα, ἀνάξιον σαυ-
τούτων καὶ τῶν πνευματικῶν καταστήσῃς· ἵνα
ιπωρίαν περιττὴν ὑπομείνῃς, καὶ τοῦ προκειμέ-
ιν ἐκπέσῃς. *Μὴ οὖν μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔ-
ρκετὸν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς*· τουτέ-
ταλαιπωρία [13], ἡ συντριβή. Οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ ἐν
οῦ προσώπου σου [14] ἐσθίειν τὸν ἄρτον σου; τί καὶ
προστιθεῖς τὴν ἀπὸ τῆς φροντίδος ταλαιπωρίαν,
λοιπὸν καὶ τῶν προτέρων ἀπολύεσθαι κόπων;

δ'. Κακίαν δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὴν πονηρίαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ταλαιπωρίαν καὶ τὸν πόνον καὶ τὰς συμφοράς· ὥσπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Εἰ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν*; οὐχ ἁρπαγὰς λέγων, οὐδὲ πλεονεξίας [15], οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλὰ τὰς ἄνωθεν φερομένας πληγάς. Καὶ πάλιν, *Ἐγὼ*, φησὶ, *ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά*. Οὐδὲ [16] γὰρ ἐνταῦθα τὴν κακίαν φησὶν, ἀλλὰ τοὺς λιμοὺς καὶ τοὺς λοιμοὺς, τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς. Ἔθος γὰρ τοῖς πολλοῖς τὸ [17] ταῦτα λέγειν κακά. Οὕτω γοῦν καὶ οἱ τῶν πέντε σατραπειῶν ἐκείνων ἱερεῖς καὶ μάντεις, ἡνίκα τὰς βοῦς ὑποζεύξαντες τῇ κιβωτῷ χωρὶς τῶν δαμάλεων ἀφῆκαν βαδίζειν, κακίαν τὰς θεηλάτους ἐκάλουν πληγὰς ἐκείνας, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀθυμίαν καὶ ὀδύνην ἐγγινομένην αὐτοῖς. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα δηλοῖ λέγων· *Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς*. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀλγύνει ψυχὴν, ὡς μέριμνα καὶ φροντίς. Οὕτω καὶ Παῦλος εἰς παρθενίαν ἐνάγων συνεβούλευε λέγων· *Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι*. Ὅταν δὲ λέγῃ, ὅτι ἡ αὔριον μεριμνήσει περὶ ἑαυτῆς, οὐχ ὡς τῆς ἡμέρας μεριμνώσης ταῦτά φησιν, ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς δῆμον ἀτελέστερον ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, βουλόμενος ἐμφαντικώτερον ποιῆσαι τὸ λεγόμενον, προσωποποιεῖται τὸν καιρὸν, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν συνήθειαν φθεγγόμενος πρὸς αὐτούς. Καὶ ἐνταῦθα μὲν συμβουλεύει, προϊὼν δὲ αὐτὸ καὶ νομοθετεῖ λέγων· *Μὴ κτήσησθε χρυσίον, μήτε ἀργύριον, μήτε πήραν εἰς ὁδόν*. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν ἔργων αὐτὰ [18-20] ἐπεδείξατο, τότε λοιπὸν καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων εἰσάγει νομοθεσίαν εὐτονωτέραν, ὅτε [21] καὶ εὐπαράδεκτος ὁ λόγος ἐγένετο, τοῖς ἔργοις τοῖς ἑαυτοῦ πρότερον βεβαιωθείς. Ποῦ οὖν ἔδειξε διὰ τῶν ἔργων; Ἄκουσον [280] αὐτοῦ λέγοντος· *Ὁ δὲ* [22] *Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ*. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἀρκεῖται μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μαθηταῖς παρέχεται τὴν ὑπὲρ τούτων ἀπόδειξιν, καὶ αὐτοὺς οὕτω σχηματίσας, καὶ οὐκ ἀφεὶς οὐδενὸς δεηθῆναι. Σκόπει δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν κηδεμονίαν, πῶς πατρὸς παντὸς ὑπερβαίνει φιλοστοργίαν. Τοῦτο γὰρ κελεύω, φησὶ, δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ ὑμᾶς ἀπαλλάξω περιττῶν φροντίδων. Κἂν γὰρ σήμερον μεριμνήσῃς ὑπὲρ τῆς αὔριον, καὶ πάλιν αὔριον μεριμνήσεις. Τί οὖν τὸ περιττόν; Τί καταναγκάζεις τὴν ἡμέραν πλέον τῆς συγκεκληρωμένης αὐτῇ ταλαιπωρίας καταδέχεσθαι, καὶ μετὰ τῶν οἰκείων πόνων καὶ τὸ τῆς ἐπιούσης προστιθεὶς αὐτῇ φορτίον, καὶ ταῦτα οὐδὲν τὴν ἑτέραν μέλλων ἀπὸ τῆς προσθήκης τῆς γινομένης [23] ἐπικουφίζειν, ἀλλὰ πλεονεξίαν μόνον περιττῶν ἐπιδείκνυσθαι πόνων; Ἵνα γὰρ μειζόνως αὐτῶν καθάψηται, μονονουχὶ τὸν καιρὸν αὐτὸν ψυχώσας ὡς ἀδικούμενον εἰσάγει, καὶ καταβοῶντα αὐτῶν ὑπὲρ τῆς περιττῆς ἐπηρείας. Καὶ γὰρ ἔλαβες τὴν ἡμέραν, ἵνα τὰ αὐτῆς φροντίζῃς. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ τὰ τῆς ἑτέρας αὐτῇ προστιθεῖς; μὴ γὰρ οὐκ ἀρκοῦν ἔχει φορτίον [24] τὴν ἑαυτῆς φροντίδα; τί τοίνυν αὐτὴν βαρύνεις μειζόνως; Ὅταν δὲ ὁ νομοθέτης ταῦτα λέγῃ, καὶ ὁ μέλλων ἡμῖν δικάζειν, ἐννόησον πῶς ἡμῖν χρηστὰς ὑποτείνει τὰς ἐλπίδας, ὅταν αὐτὸς μαρτυρῇ, ὅτι ταλαίπωρος ὁ βίος οὗτος καὶ ἐπίμοχθος, ὡς καὶ τὴν τῆς μιᾶς ἡμέρας φροντίδα ἀρκεῖν εἰς τὸ κακοῦν ἡμᾶς καὶ συντρίβειν. [25] Ἀλλ' ὅμως τοσούτων [26] εἰρημένων καὶ τηλικούτων, ἡμεῖς ὑπὲρ μὲν τού-

ιβαλλώμεθα A. F. Ep. [7] μέγα] Sic E vulgo μετά. Vid. adnot. [8] αὐτὴν] Sic A. αὐτὸν C. cæteri σαυτόν.
οὐκ om A. οὐκ om. E. Ep. invitis Interpp. [10] καὶ om. A. C. [11] αὐτὸ] αὐτὸν A. αὐτῷ F. [12] αὐτὰ, τούτῳ]
ύτῳ A. F. [13] ταλαιπωρία] Add. αὐτῆς Edd. [14] σου om. A. D. E. alterum σου om. A. Ep. Mox προστίθης
Infra p. 280 B. fluctuant codices inter προστίθης, προστιθεὶς et προστιθεῖς. [15] πλεονεξίας] δυναστείας B.
Οὐ A. [17] τὸ om. B. E. τὸ τοιαῦτα λ. κ. D. [18-20] αὐτὰ] Sic codd. et Ge. αὐτὸ Edd. [21] ὅτε] Sic codd et
θεν Ge. Mor. Ben. [22] δὲ om. Edd. [23] ἐπιγινομένης F. et corr. rec. D. p. p. ἐνδείκνυσθαι A. [24] τὸ φορ-
οῦτος] οὕτω A. Illud legerunt Interpp. [25] ΗΘΙΚΟΝ. Ὅτι δεῖ ἡμᾶς προαιρεῖσθαι τὸ ἀγαθόν· τὸ γὰρ ὅλον ὁ
κτορθοῖ· καὶ περὶ τοῦ διηνεκῶς καὶ ἐντόνως αἰτεῖν τὸν Θεὸν τὰ πνευματικά A. [26] τοιούτων A.

των μεριμνῶμεν, ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς οὐκέτι, ἀλλ' ἀντεστρέψαμεν τὴν τάξιν, ἑκατέρωθεν μαχόμενοι τοῖς λεγομένοις. Σκόπει γάρ· μὴ ζητεῖτε τὰ παρόντα, φησὶ, καθόλου· ἡμεῖς δὲ ταῦτα ζητοῦμεν διηνεκῶς. Ζητεῖτε τὰ ἐπουράνια, φησίν· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ μικρὰν ὥραν ἐκεῖνα ζητοῦμεν, ἀλλ' ὅσην ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν ἐπιδεικνύμεθα τὴν μέριμναν, τοσαύτην ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἔχομεν τὴν ὀλιγωρίαν, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλείονα. Ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ταῦτα προχωρεῖ, οὐδὲ ἀεὶ ταῦτα ἐνδέχεται. Ἰδοὺ δέκα ἡμέρας καταφρονοῦμεν. Ἰδοὺ εἴκοσιν, ἰδοὺ ἑκατόν· οὐκ ἀνάγκη πάντως ἀπελθεῖν, καὶ ἐμπεσεῖν εἰς τὰς τοῦ δικάζοντος χεῖρας; Ἀλλ' ἔχει παραμυθίαν ἡ ἀναβολή. Καὶ ποία παραμυθία, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκᾷν κόλασιν καὶ τιμωρίαν; Εἰ γὰρ βούλει παραμυθίαν τινὰ ἀπὸ τῆς ἀναβολῆς ταύτης λαβεῖν, λάβε τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας καρπούμενος διόρθωσιν. Καὶ γὰρ εἰ τὸ μέλλειν τὴν τιμωρίαν παραψυχήν τινα εἶναι νομίζεις, πολλῷ μᾶλλον κέρδος τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ τιμωρίᾳ. Καταχρησώμεθα τοίνυν τῇ μελλήσει ταύτῃ πρὸς τὸ παντελῶς ἀπαλλαγῆναι τῶν ἐπικειμένων δεινῶν. Οὐδὲ γὰρ [27] φορτικὸν, οὐδὲ ἐπαχθές τι τῶν ἐπιταχθέντων ἐστίν· ἀλλ' οὕτως [281] εὔκολα πάντα καὶ ῥᾴδια, ὡς προαίρεσιν μόνον [28] εἰσενεγκόντας γνησίαν πάντα δυνηθῆναι ἀνύσαι, κἂν μυρίων ὦμεν ὑπεύθυνοι πλημμελημάτων [29]. Καὶ γὰρ ὁ Μανασσῆς μιάσματα ἄπειρα ἦν τετολμηκώς· καὶ γὰρ κατὰ τῶν ἁγίων τὰς χεῖρας ἐξέτεινε, καὶ τὰ βδελύγματα εἰς τὸν ναὸν εἰσήγαγε, καὶ φόνων τὴν πόλιν ἐνέπλησε, καὶ πολλὰ ἕτερα εἰργάσατο συγγνώμης μείζονα· ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην παρανομίαν, ἅπαντα ἀπενίψατο ἐκεῖνα. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Μετανοίᾳ καὶ γνώμῃ.

ε'. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἁμάρτημα, ὅπερ οὐκ εἴκει καὶ παραχωρεῖ τῇ τῆς μετανοίας δυνάμει, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ [30] χάριτι. Καὶ γὰρ ἂν μεταβαλώμεθα [31] μόνον, αὐτὸν ἔχομεν συνεφαπτόμενον ἡμῖν· κἂν θελήσῃς γενέσθαι καλὸς, οὐδεὶς ὁ κωλύων· μᾶλλον δέ ἐστι μὲν ὁ κωλύων, ὁ διάβολος, οὐ μὴν [32] ἰσχύει, σοῦ τὰ ἄριστα προαιρουμένου, καὶ ταύτῃ τὸν Θεὸν ἐπισπωμένου πρὸς συμμαχίαν. Ἂν δὲ σὺ μὴ βουληθῇς, ἀλλ' ἀποπηδήσῃς, πῶς σου προστήσεται; Οὐδὲ γὰρ ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ, ἀλλ' ἑκόντα βούλεται σώζεσθαι. Εἰ γὰρ αὐτὸς οἰκέτην ἔχων μισοῦντά σε καὶ ἀποστρεφόμενον, καὶ συνεχῶς ἀποπηδῶντα καὶ φεύγοντα, οὐκ ἂν ἕλοιο κατέχειν, καὶ ταῦτα δεόμενος αὐτοῦ τῆς διακονίας· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν χρείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν σωτηρίαν πάντα ποιῶν, οὐκ ἂν ἕλοιτό σε πρὸς βίαν κατέχειν· ὥσπερ οὖν ἐὰν προαίρεσιν ἐπιδείξῃ μόνον, οὐκ ἂν ἕλοιτό σέ ποτε προέσθαι, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ὁ διάβολος ποιῇ. Ὥστε ἡμεῖς αἴτιοι τῆς ἀπωλείας τῆς ἡμετέρας ἐσμέν. Οὐδὲ γὰρ προσερχόμεθα αὐτῷ, οὐδὲ ἐντυγχάνομεν, οὐδὲ παρακαλοῦμεν, ὡς χρή· ἀλλὰ κἂν προσέλθωμεν, τοῦτο ποιοῦμεν οὐχ ὡς ὀφείλοντες λαβεῖν, οὐδὲ μετὰ τῆς προσηκούσης πίστεως, οὐδὲ ὡς ἀπαιτοῦντες, ἀλλὰ χασμώμενοι καὶ ἀναπεπτωκότες πάντα ποιοῦμεν. Καίτοιγε βούλεται ἀπαιτεῖσθαι παρ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ χάριν ἔχει σοι τούτου πολλήν. Μόνος γὰρ οὗτος ὁ χρεώστης, ὅταν ἀπαιτῆται, χάριν ἔχει, καὶ ἃ μὴ ἐδανείσαμεν δίδωσι. Κἂν μὲν σφοδρῶς ἴδῃ ἐπικείμενον τὸν ἀπαιτοῦντα, καὶ ἃ μὴ ἔλαβε παρ' ἡμῶν καταβάλλει· ἂν δὲ νωθρῶς, καὶ αὐτὸς διαναβάλλεται, οὐ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι δοῦναι, ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ἡμῶν ἡδέως ἔχει ἀπαιτεῖσθαι. Διὰ τοῦτό σοι καὶ ὑπόδειγμα εἶπεν ἐκείνου τοῦ φίλου τοῦ νύκτωρ παραγενομένου καὶ ἄρτον αἰτοῦντος, καὶ τοῦ δικαστοῦ τοῦ τὸν Θεὸν μὴ φοβουμένου, μηδὲ ἀνθρώπους ἐντρεπομένου. Καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τῶν παραδειγμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν αὐτὸ τῶν ἔργων ἔδειξεν, ἡνίκα τὴν Φοινίκισσαν [33] ἐκείνην γυναῖκα τῆς μεγάλης δωρεᾶς ἐμπλήσας ἐξέπεμψε. Διὰ μὲν γὰρ ταύτης, ὅτι καὶ τὰ μὴ προσήκοντα τοῖς ἀπαιτοῦσι σφοδρῶς δίδωσιν, ἔδειξεν. *Οὐ γὰρ καλόν ἐστι*, φησὶ, *λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι* [34] *τοῖς κυναρίοις*· ἀλλ' ὅμως ἔδωκεν, ἐπειδὴ σφόδρα αὐτὸν [35] ἀπῄτησε. Διὰ [282] δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδήλωσεν, ὅτι τοῖς ῥαθυμοῦσιν οὐδὲ τὰ αὐτῶν δίδωσιν. Οὐκοῦν ἔλαβον ἐκεῖνοι οὐδὲν, ἀλλὰ [36] τὰ αὐτῶν ἀπώλεσαν. Καὶ οὗτοι μὲν, ἐπειδὴ μὴ ᾔτησαν, οὐδὲ τὰ ἴδια ἔλαβον· ἐκείνη δὲ, ἐπειδὴ σφοδρῶς ἐπετέθη, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴσχυσεν ἐκδικῆσαι, καὶ τὰ τῶν τέκνων ἔλαβε τὸ κυνάριον. Τοσοῦτον ἡ προσεδρεία ἀγαθόν. Κἂν γὰρ κύων ᾖς, προσεδρεύων προτιμηθήσῃ τοῦ τέκνου ῥαθυμοῦντος [37]· ὅσα γὰρ οὐκ ἀνύει ἡ φιλία, τοσαῦτα ἤνυσεν ἡ προσεδρεία. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι Ἐχθρός μού ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ εἰσακούσεται [38]. Εὐθέως σοι ἀποκρίνεται συνεχῶς ἐνοχλοῦντι· εἰ καὶ μὴ διὰ τὸ [39] εἶναι φίλον, ἀλλὰ διὰ τὸ προσεδρεύειν· καὶ οὔτε ἡ ἔχθρα, οὔτε ἡ ἀκαιρία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν γίνεται κώλυμα. Μὴ εἴπῃς, Οὐκ εἰμὶ ἄξιος, καὶ οὐκ εὔχομαι· καὶ γὰρ ἡ Συροφοινίκισσα τοιαύτη ἦν. Μὴ εἴπῃς, ὅτι Πολλὰ ἥμαρτον, καὶ οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν ὠργισμένον· οὐ γὰρ τὴν ἀξίαν ὁ Θεὸς σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν γνώμην. Εἰ γὰρ τὸν ἄρχοντα τὸν τὸν [40] Θεὸν μὴ φοβούμενον, μηδὲ [41] ἀνθρώπους αἰσχυνόμενον ἔκαμψεν ἡ χήρα· πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀγαθὸν ἐπισπάσεται ἡ συνεχὴς ἔντευξις. Ὥστε κἂν μὴ φίλος ᾖς, κἂν μὴ τὰ ὀφειλόμενα ἀπαιτῇς, κἂν τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς [42] ᾖς, καὶ πολὺν χρόνον ἐξ ὄψεως γενόμενος, κἂν ἄτιμος, κἂν πάντων ἔσχατος, κἂν ὀργιζομένῳ, κἂν ἀγανακτοῦντι προσέλθῃς· θέλησον μόνον εὔξασθαι καὶ ἐπανελθεῖν, καὶ πάντα ἀπολήψῃ, καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν καταδίκην σβέσεις εὐθέως. Ἀλλ' ἰδοὺ εὔχομαι, φησὶ, καὶ οὐδὲν γίνεται πλέον. Οὐ γὰρ [43] εὔχῃ κατ' ἐκείνους· οἷον τὴν Συροφοινίκισσαν λέγω, καὶ τὸν φίλον τὸν ἀωρὶ παραγενόμενον, καὶ τὴν χήραν τὴν συνεχῶς ἐνοχλοῦσαν τὸν δικαστὴν, καὶ τὸν υἱὸν τὸν τὰ πατρῷα καταναλώσαντα. Εἰ γὰρ οὕτως ηὔχου, ταχέως ἐπετύγχανες. Καὶ γὰρ εἰ καὶ ὑβρίσθη, πατήρ ἐστι· καὶ εἰ ὤργισται [44], φιλόστοργός ἐστι· καὶ ἓν ζητεῖ μόνον, οὐ δίκην λαβεῖν τῶν ὕβρεων, ἀλλ' ἰδεῖν σε μεταμελόμενον [45] καὶ παρακαλοῦντα.

ς'. Ὄφελον καὶ ἡμεῖς οὕτω διεθερμάνθημεν, ὡς ἐκεῖνα τὰ σπλάγχνα πρὸς τὴν ἀγάπην διανίσταται τὴν ἡμετέραν. Ἀλλ' ἀφορμὴν ἐπιζητεῖ μόνον τοῦτο τὸ πῦρ· κἂν μικρὸν αὐτῷ παράσχῃς σπινθῆρα, ὁλόκληρον ἀνάπτεις φλόγα εὐεργεσίας. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ ὕβρισται, ἀγανακτεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ ὁ ὑβρίζων εἶ, καὶ ταύτῃ γινόμενος πάροινος. Εἰ γὰρ ἡμεῖς πονηροὶ ὄντες, τῶν παίδων ὑβριζόντων, ὑπὲρ ἐκείνων ἀλγοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς ὁ μηδὲ ὑβρισθῆναι δυνάμενος, ὑπὲρ σοῦ τοῦ ὑβρικότος ἀγανακτεῖ. Εἰ ἡμεῖς οἱ φύσει ἀγαπῶντες, πολλῷ μᾶλλον ὁ ὑπὲρ φύσιν φιλόστοργος. *Εἰ γὰρ καὶ ἐπιλάθοιτο*, φησὶ, *γυνὴ τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαί σου*. Προσέλθωμεν τοίνυν

[27] Οὐδὲν γὰρ A. [28] μόνην A. F. [29] πλημμελημάτων] add. Ὦ μακαρία γλῶσσα, πόσους ἀνακτᾶται τὸ ἕν σου ῥῆμα τοῦτο. C. in textu. [30] Χριστοῦ] Θεοῦ D. F. Ge. Arm. [31] μεταβαλλώμεθα Edd. ἔχομεν] Add. πανταχοῦ E. [32] μὴν] add. δὲ Edd. [33] Φοίνισσαν B. et pr. E. [34] δοῦναι] Sic codd. et Verss. Cf. p 531 C. βαλεῖν Edd. [35] αὐτὸν] αὕτη Edd. [36] ἀλλὰ] add. καὶ E. [37] ῥαθυμοῦντος] μὴ προθυμοῦντος A. [38] εἰσακούσεταί μου Edd. [39] τὸ] add. μὴ B. εἰ καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι A. C. E. F. [40] τὸν om Edd. [41] μηδὲ] Sic A. B. cæteri οὐδέ. καὶ ἀνθρώπους μὴ αἰσχ. Edd. [42] κατεδηδοκὼς] καταδεδαπανηκὼς C. ᾖς] add. καὶ καταναλωκὼς Edd. [43] Οὐδὲ γάρ, et p. F παραγινόμενον Edd. [44] ὠργίσθη Edd. [45] μεταβαλλόμενον Edd.

tamen cum tot tantaque dicta sint, nos de his solliciti sumus, cælestia autem non curamus, sed ordinem invertimus, utrinque contra supra dicta pugnantes. Perpende namque : dicit ille : Ne omnino præsentia quæratis; nos autem illa assidue quærimus. Quærite cælestia, inquit; nos autem ne parvo quidem horæ unius spatio illa quærimus; sed quantam de sæcularibus sollicitudinem exhibemus, tantam in spiritualibus negligentiam ostendimus, imo multo majorem : sed non semper hæc nobis prospere procedent; neque semper ita possunt evenire. Ecce decem diebus contemnimus, ecce viginti, ecce centum. Annon necesse prorsus est obire, et in judicantis manus incidere? Sed dilatio consolationem affert. Et quæ consolatio, cum quotidie exspectatur supplicium et ultio? Si velis enim ex hac dilatione consolationem aliquam accipere, accipe eam, quæ pœnitentiæ fructus est, emendationem. Nam si ex eo quod ultio differatur, aliquam prodire putas consolationem, multo majus lucrum est non incidere in ultionem. Utamur ergo hac dilatione, ut omnino ab imminentibus pœnis liberemur. Ex iis enim quæ præcepta sunt nihil vel onerosum vel molestum est; sed omnia ita pervia et facilia, ut si promptam solum voluntatem afferamus, omnia valeamus perficere, etiamsi millibus simus peccatis obnoxii. Manasses enim exsecranda facinora ausus, qui adversus sancta manus extenderat, et abominationes in templum induxerat, cædibusque urbem repleverat, multaque alia fecerat quæ veniam non merebantur (4. *Reg.* 21) : attamen post talem tantamque iniquitatem, omnia illa scelera abluit. Quomodo et qua ratione? Per pœnitentiam ac bonum propositum.

5. *Non est peccatum quod pœnitentiæ non cedat. Deus non invitos salvat. Quomodo orare debeamus ut exaudiamur. Assiduitas quantum bonum.* — Non est enim, non est certe peccatum, quod non cedat vi pœnitentiæ; imo potius gratiæ Christi. Nam si modo convertamur, ille nobis adest opitulator : ac si velis bonus esse, nemo impedit; imo potius est qui impedire conetur diabolus, neque potest, te optima eligente, sicque Deum ad patrocinium attrahente. Sin tu nolueris, sed resilieris, quomodo tibi patrocinabitur? Neque enim vi aut necessitate, sed libentem te vult salutem consequi. Nam si tu servum haberes te odio habentem et aversantem, sæpeque recedentem ac fugientem, nolles certe retinere, etsi ejus ministerio opus haberes : multo magis Deus, qui non ob suam aliquam necessitatem, sed ob salutem tuam omnia facit, nollet te vi retinere. Cum contra si voluntatem tantum exhibeas, numquam te ille deseret, quantumlibet diabolus adversum nitatur. Itaque nos causa perniciei nostræ sumus. Neque enim ad illum accedimus, neque supplices adimus, neque rogamus ut par esset : sed etiamsi accedamus, hoc ita facimus quasi non impetraturi, nec cum fide congruenti, neque quasi exigentes ; sed oscitantes ac torpentes omnia facimus. Atqui Deus vult nos quasi exigentes precari, et tunc gratias tibi magnas habet. Hic quippe solus debitor, quando exigimus, gratias habet, et ea quæ non mutuo dedimus reddit. Et si valde instantem viderit eum qui exigit, etiam ea, quæ non accepit a nobis, solvit; si vero segnius, ille differt, non quod dare nolit, sed quia libenter videt nos ab ipso exigere. Ideoque tibi exemplum attulit amici illius noctu accedentis, et panem petentis, necnon judicis qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur. Neque in exemplis substitit, sed id ipse quoque operibus exhibuit, quando Phœnissam illam mulierem magno honoratam dono remisit. In hac vero ostendit, se etiam illa, quæ non congruere videntur, instanter petentibus largiri. *Non est*, inquit, *bonum tollere panem filiorum, et projicere canibus* (*Matth.* 15. 26). Attamen dedit quia illa vehementer petebat. Per Judæos autem significavit, se desidiosis ne illa quidem dare, quæ ad ipsos pertinebant. Itaque illi nihil acceperunt, sed etiam sua perdiderunt. Et hi quidem, quia non petierunt [1], ne sua quidem accepere : illa vero quia vehementer institit, aliena potuit sibi vindicare, et quæ filiorum erant catellus accepit. Tantum bonum est assiduitas. Etsi enim canis fueris, si frequenter instes, filio desidi anteponeris : quæ enim non perfecit amicitia, id perfecit assiduitas precandi. Ne dicas igitur, Inimicus mihi est Deus, nec exaudiet me. Cito tibi respondebit, si frequenter illum interpelles et urgeas; et si non ob amicitiam, certe ob assiduitatem : ac neque inimicitia, neque importunitas, neque aliud quidpiam impedimento esse poterit. Ne dicas, Non sum dignus, ideo non precor : nam talis erat Syrophœnissa. Ne dicas, Multum peccavi, nec possum iratum rogare : non enim dignitatem Deus spectat, sed voluntatem. Nam si principem illum qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur, vidua inflexit : multo magis bonum sibi attrahet assidua supplicatio. Ita ut etiamsi non amicus sis, etiamsi non debita exigas, etiamsi paterna bona absumpseris, multoque tempore absens fueris, etiamsi degener omniumque postremus, etiamsi iratum indignantemque convenias; in animum inducas tantum precari atque ad illum redire, et omnia accipies, atque iram damnationemque statim exstingues. Atqui precor, inquies, et nihil proficio. Sed non precaris ut illi, ut Syrophœnissa, dico, ut amicus intempesta nocte veniens, ut vidua quæ frequenter judicem urgebat, ut filius qui paterna bona absumpserat. Nam si sic orares, cito impetrares. Etenim etiamsi contumelia affectus sit; at pater est : etiamsi iratus est, at filios amat : atque unum tantum quærit, non de contumeliis pœnas exigere, sed te conversum et supplicantem videre.

6. *Charitas Dei erga nos. Ad ipsum accedentes importuni numquam sunt.* — Utinam nos ita arderemus, ut viscera illa ad dilectionem erga nos inflammantur. Sed ignis ille occasionem solum requirit : et si parvam illi scintillam præbeas, ingentem beneficiorum flammam accendis. Neque enim quod contumelia affectus sit, indignatur, sed quia tu contumeliosus es, et ut

[1] Savil., *quia negligenter petierunt.*

ebrius fueris. Si enim nos mali cum simus, si contumeliosi sint filii, pro illis dolemus: quanto magis Deus, qui injuria affici nequit, pro teipso contumelioso indignatur? Si nos, qui natura diligimus: multo magis ille, qui ultra naturam diligit. Nam, *Etsi obliviscatur*, inquit, *mulier infantum uteri sui, sed ego non obliviscar tui, dicit Dominus* (*Isai.* 49. 15). Accedamus igitur ad eum et dicamus: *Etiam, Domine; nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum* (*Matth.* 15. 27). Accedamus itaque opportune et importune; imo vero numquam possumus importune accedere: importunum quippe est non assidue adire. Nam eum, qui dare gestit, opportunum est semper rogare. Quemadmodum enim respirare numquam importunum est, sic et petere numquam, sed non petere est importunum. Etenim sicut hac respiratione opus habemus, sic et ejus auxilio: ac si velimus, facile ipsum ad nos attrahemus. Et hoc indicans propheta, declaransque Deum ad beneficia præstanda semper paratum, dicebat: *Sicut diluculum paratum inveniemus eum* (*Osee* 6. 3). Quoties enim ad eum accesserimus, nostra exspectantem videbimus. Quod si nihil ex ejus virtute ceu fons scaturiente hauriamus, nostra culpa est omnino. Hoc enim Judæos incusans dicebat: *Misericordia autem mea ut nubes matutina, et sicut ros mane pertransiens* (*Ibid. v.* 4). Quod autem dicit, hujusmodi est: Ego quidem quæ mea erant omnia præstiti; vos vero, quemadmodum sol ardens superveniens et nubem et rorem dissipat et occultat, sic ob multam nequitiam ineffabilem repressistis liberalitatem. Id quod tamen providentiæ est. Nam cum indignos videt nos qui bonis afficiamur, beneficia retinet, ne nos desides efficiat. Si autem vel parum convertamur, tantum videlicet quantum opus est ut cognoscamus nos peccasse, plus quam fontes scaturit, plus quam pelagus diffluit: et quanto majora acceperis, tanto magis gaudet: hincque ad plura danda se comparat. Nam divitias suas nostram putat esse salutem, et ipsam dandi petentibus largitatem: quod etiam Paulus sic declarabat: *Dives in omnes, et super omnes qui invocant illum* (*Rom.* 10. 12). Cum enim non petimus, tunc irascitur; cum non petimus, tunc aversatur. Ideo pauper fuit, ut nos divites essemus; ideo illa omnia pertulit, ut nos ad petendum vocaret. Ne itaque desperemus: sed has occasiones et bonam spem habentes, etiamsi per singulos dies peccamus, accedamus rogantes, obsecrantes, peccatorum remissionem petentes. Sic enim et ad peccandum tardiores efficiemur, et diabolum depellemus, ac Dei misericordiam provocabimus, futuraque consequemur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XXIII. al. XXIV.

Cap. 7. v. 1. *Nolite judicare, ne judicemini.*

1. *Illius*, Nolite judicare, *explanatio.*— Quid igitur? non oportet peccantes accusare? Nam et Paulus hoc ipsum dicit; imo et Christus per Paulum, his verbis: *Tu, quid judicas fratrem tuum? et tu, quid spernis fratrem tuum* (*Rom.* 14. 10)? Et, *Tu, quis es, qui judicas alienum servum* (*Ibid. v.* 4)? Et iterum: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus* (1. *Cor.* 4. 5). Cur autem alibi dicit: *Argue, obsecra, increpa* (2. *Tim.* 4. 2)? et alibi, *Peccantes coram omnibus argue* (1. *Tim.* 5. 20)? et Christus Petro: *Vade, corripe illum inter te et ipsum solum: si non audierit, alium tecum adjunge; si vero neque sic cesserit, Ecclesiæ nuntia* (*Matth.* 18. 15-17)? et tam multos constituit increpantes, nec solum increpantes, sed etiam punientes? Nam eum qui nullum horum audisset, jussit haberi quasi ethnicum et publicanum. Cur autem illis claves dedit? Nam si judicaturi non sunt, nullam habebunt auctoritatem, et frustra ligandi atque solvendi auctoritatem acceperunt. Et alioquin, si hoc obtineat, omnia pessum ibunt, et in ecclesiis, et in civitatibus, et in domibus. Nam dominus servum et domina ancillam, pater filium, amicus amicum nisi judicaverint, nequitia augebitur. Et quid dico, amicus amicum? Inimicos si non judicemus, numquam poterimus inimicitias solvere, sed sus deque omnia vertentur. Quid ergo sit hoc quod dicitur diligenter attendamus, ne remedia salutis et leges pacis putet quispiam esse leges subversionis et confusionis. Nam iis qui intelligentia valeat, in sequentibus maxime hujusce legis virtutem ostendit dicens: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non consideras* (*Matth.* 7. 3). Quod si multis tardiorum [1] dictum adhuc obscurius esse videatur, rem a principio solvere tentabo. Hic certe, ut mihi quidem videtur, non omnia peccata jubet non judicare, neque omnino vetat illud agere, sed illos respicit qui innumeris onusti vitiis, aliis ob levia quæque insultant. Videtur autem hic Judæos subindicare, qui cum acerbi essent de rebus minimis nulliusque momenti proximi sui accusatores, magna illi sine ullo sensu crimina admittebant: quod etiam in fine exprobrans illis dicebat: *Alligatis onera gravia et importabilia: vos autem non vultis ea digito movere* (*Matth.* 23. 4); et, *Decimatis mentham et anethum, et dereliquistis ea quæ graviora sunt legis, judicium, misericordiam et fidem* (*Ibid. v.* 23). Judæos igitur videtur in animo habere, jam ante illos reprimens ob ea de quibus discipulos accusaturi erant. Etsi enim illi nihil tale peccaverant, quædam tamen ipsis peccata videbantur esse, ut, sabbatum non observare, illotis manibus manducare, cum publicanis recumbere; quod et alibi ait: *Excolantes culicem, et deglutientes camelum* (*Ibid. v.* 24). Cæterum communem de his legem constituit. Corinthiis vero scribens Paulus, non simpliciter prohibet judicare, sed eos qui ipsis præerant judicare vetat, et in causa non manifesta, nec simpliciter vetat peccantes emendare. Neque tunc omnes sine discrimine increpabat; sed discipulos qui magistros arguerent coer-

[1] Vox, *tardiorum*, deest in quibusdam Mss.

ι εἴπωμεν· *Ναὶ, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνά-*
*ιει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς*
*ης τῶν* [46.48] *κυρίων αὐτῶν*. [283] Προσέλθωμεν
ς, ἀκαίρως· μᾶλλον δὲ οὐδέποτε ἔστιν ἀκαίρως
εῖν· ἄκαιρον γὰρ τὸ μὴ διηνεκῶς προσιέναι. Τὸν
ιθυμοῦντα διδόναι διαπαντὸς εὔκαιρον αἰτεῖν.
γὰρ τὸ ἀναπνεῖν οὐδέποτε ἄκαιρον, οὕτως οὐδὲ
ν, ἀλλὰ τὸ μὴ αἰτεῖν ἄκαιρον. Καὶ γὰρ καθάπερ
πνοῆς δεόμεθα ταύτης, οὕτω καὶ τῆς παρ' αὐ-
θείας· κἂν θέλωμεν, ῥᾳδίως αὐτὴν ἐπισπασό-
αὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης, καὶ δεικνὺς τῆς
ίας τὸ ἀεὶ παρεσκευασμένον, ἔλεγεν· *Ὡς ὄρ-*
*θριμον εὑρήσομεν αὐτόν*. Ὁσάκις γὰρ ἂν προσ-
, ἀναμένοντα τὰ παρ' ἡμῶν ὀψόμεθα. Εἰ δὲ
πὸ τῆς πηγαζούσης αὐτοῦ ἀρετῆς ἀρυόμεθα,
ν τὸ ἔγκλημα ἅπαν. Τοῦτο γοῦν καὶ Ἰουδαίοις
ἔλεγε· *Τὸ δὲ ἔλεός μου ὡς νεφέλη πρωϊνὴ,*
*δρόσος ὀρθρινὴ παραπορευομένη*. Ὃ δὲ λέγει,
ἐστιν· Ἐγὼ μὲν τὰ παρ' ἐμαυτοῦ ἅπαντα παρ-
ὑμεῖς δὲ, ὥσπερ ἥλιος θερμὸς ἐπιὼν καὶ τὴν
καὶ τὴν δρόσον διακρούεται καὶ ἀποκρύπτει,
ὰ τῆς πολλῆς πονηρίας τὴν ἄφατον ἀνεστείλατε
αν. Ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν προνοίας ἐστίν. Ὅταν γὰρ
ναξίους ἴδῃ τοῦ παθεῖν εὖ, ἐπέχει τὰς εὐεργε-
σίας, ἵνα μὴ ῥαθύμους ἡμᾶς ἐργάσηται. Ἂν δὲ μεταβαλώμεθα μικρὸν, καὶ τοσοῦτον ὅσον γνῶναι ὅτι ἡμάρτομεν, ὑπὲρ τὰς πηγὰς ἀναβλύζει, ὑπὲρ τὸ πέλαγος χεῖται· καὶ ὅσῳ ἂν πλείονα λάβῃς, τοσούτῳ μᾶλλον χαίρει· καὶ ταύτῃ πρὸς τὸ πλείονα δοῦναι διανίσταται πάλιν. Καὶ γὰρ πλοῦτον οἰκεῖον τὴν ἡμετέραν ἡγεῖται σωτηρίαν, καὶ τὸ δοῦναι δαψιλῶς τοῖς αἰτοῦσιν· ὅπερ [50] οὖν καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε· *Πλουτῶν εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν*. Ὅταν γὰρ μὴ αἰτήσωμεν, τότε ὀργίζεται· ὅταν μὴ αἰτήσωμεν, τότε ἀποστρέφεται. Διὰ τοῦτο ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμᾶς πλουσίους ἐργάσηται· διὰ τοῦτο καὶ [51] πάντα ὑπέστη ἐκεῖνα, ἵνα ἡμᾶς ἐκκαλέσηται πρὸς τὸ αἰτεῖν. Μὴ τοίνυν ἀπογνῶμεν· ἀλλ' ἔχοντες τοσαύτας ἀφορμὰς καὶ χρηστὰς ἐλπίδας, κἂν καθ' ἑκάστην ἁμαρτάνωμεν τὴν ἡμέραν, προσίωμεν παρακαλοῦντες, δεόμενοι, τὴν ἄφεσιν τῶν πλημμελημάτων αἰτοῦντες. Οὕτω γὰρ καὶ πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν ὀκνηρότεροι λοιπὸν ἐσόμεθα, καὶ τὸν διάβολον ἀποσοβήσομεν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἐκκαλεσόμεθα, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ῶν] τῆς Edd. [49] καὶ om. A. E. [50] ὅπερ] ὥσπερ A. C. p. p. ὁ πλουτῶν B. E. [51] καὶ om. A. Infra καθ' ἡμ. ἁμ. A. καθ. ἑκάστην τὴν ἡμ. ἁμ. ediderunt Sav. Ben. contra usum Auctoris.

## ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

*Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.*

α'. Τί οὖν; οὐ χρὴ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐγκαλεῖν;
ὁ Παῦλος τὸ αὐτὸ τοῦτό φησι· μᾶλλον δὲ κἀκεῖ
ς διὰ Παύλου, λέγων· *Σὺ τί κρίνεις τὸν ἀδελ-*
*; καὶ σὺ, τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου;*
*τίς εἶ, ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην;* Καὶ
*Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ*
ς. Πῶς οὖν ἑτέρωθί φησιν· *Ἔλεγξον, ἐπιτί-*
*παρακάλεσον;* Καὶ [52], *Τοὺς ἁμαρτάνοντας*
*πάντων ἔλεγχε;* καὶ ὁ Χριστὸς δὲ τῷ Πέτρῳ·
*ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου·*
*ρακούσῃ, καὶ ἕτερον σαυτῷ πρόσθες· ἂν δὲ*
*τως ἐνδῷ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ κατάγγειλον* [53]·
ύτους ἐπέστησε τοὺς ἐπιτιμῶντας, καὶ οὐ μό-
ἐπιτιμῶντας, ἀλλὰ καὶ κολάζοντας; Τὸν γὰρ
τούτων ἀκούσαντα [54], ἐκέλευσεν ὡς ἐθνικὸν [55]
ι τελώνην. Πῶς δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς κλεῖς ἔδωκεν;
μὴ μέλλουσι κρίνειν, ἁπάντων ἔσονται ἄκυροι,
ην τοῦ δεσμεύειν [56] καὶ τοῦ λύειν ἐξουσίαν εἰλή-
ι ἄλλως δὲ, εἰ τοῦτο κρατήσειεν, ἅπαντα οἰχή-
ι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τὰ ἐν ταῖς πόλεσι,
ν ταῖς οἰκίαις. Καὶ γὰρ ὁ δεσπότης τὸν οἰκέτην,
σποινα τὴν θεραπαινίδα, καὶ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν,
ος τὸν φίλον ἐὰν μὴ κρίνωσιν, ἐπιδώσει τὰ τῆς
Καὶ τί λέγω, ὁ φίλος τὸν φίλον; Τοὺς ἐχθροὺς
κρίνωμεν, οὐδέποτε καταλῦσαι δυνησόμεθα τὴν
ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω πάντα γενήσεται. Τί ποτ'
τὸ εἰρημένον; Προσέχωμεν μετὰ ἀκριβείας,
ὰ φάρμακα τῆς σωτηρίας καὶ τοὺς τῆς εἰρήνης
ομίζῃ τις ἀνατροπῆς εἶναι καὶ συγχύσεως νό-
μους. Μάλιστα μὲν γὰρ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐνεδείξατο τοῖς νοῦν ἔχουσι τοῦ νόμου τούτου τὴν ἀρετὴν, εἰπών· *Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;* Εἰ δὲ πολλοῖς τῶν ῥαθυμοτέρων [57] ἀσαφέστερον ἔτι εἶναι δοκεῖ, ἄνωθεν αὐτὸ διαλῦσαι πειράσομαι. Ἐνταῦθα γὰρ, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ ἁμαρτήματα κελεύει μὴ κρίνειν, οὐδὲ ἁπλῶς ἀπαγορεύει τὸ τοιοῦτον ποιεῖν [58], ἀλλὰ τοῖς μυρίων γέμουσι κακῶν, καὶ ἄλλοις ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἐπεμβαίνουσι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ Ἰουδαίους ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι, ὅτι πικροὶ τῶν πλησίον ὄντες κατήγοροι, μικρῶν ἕνεκεν καὶ οὐδαμινῶν, αὐτοὶ τὰ μεγάλα ἀνεπαισθήτως ἡμάρτανον· ὃ καὶ πρὸς τῷ τέλει ὀνειδίζων αὐτοὺς ἔλεγεν, ὅτι *Δεσμεύετε φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, ὑμεῖς δὲ τῷ δακτύλῳ οὐ θέλετε κινῆσαι αὐτά·* καὶ, *Ἀποδεκατοῦτε τὸ* [285] *ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ κατελίπετε* [59] *τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν*. Δοκεῖ μὲν οὖν καὶ πρὸς τούτους ἀποτείνεσθαι, προαναστέλλων αὐτοὺς ἐν οἷς ἔμελλον τῶν μαθητῶν κατηγορεῖν. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἥμαρτον ἐκεῖνοι τοιοῦτον, ἀλλ' ὅμως ἐκείνοις πλημμελήματα ἐνομίζετο εἶναι· οἷον, τὸ Σάββατον μὴ τηρεῖν, τὸ χερσὶν ἀνίπτοις ἐσθίειν, τὸ μετὰ τελωνῶν κατακεῖσθαι· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Οἱ τὸν κώνωπα διϋλίζοντες, καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες*. Πλὴν καὶ κοινὸν τὸν περὶ τούτων τίθησι νόμον. Καὶ Κορινθίοις δὲ ὁ Παῦλος οὐχ ἁπλῶς ἐκέλευσε μὴ κρίνειν, ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοὺς μὴ κρίνειν, καὶ δι' ὑπόθεσιν μὴ [60] ὡμολογημένην· οὐχ ἁπλῶς τοὺς ἁμαρτάνοντας μὴ διορθοῦν. Καὶ οὐδὲ ἀδιορίστως

add. πάλιν Edd. [53] ἀνάγγειλον A. C. F. [54] ἀκούσοντα A. [55] ἐκέλευσεν ὡς τὸν ἐθ. E. In cæteris verba
ν ὡς non leguntur; tantum φησὶν habent post τελώνην A. F. post ἀκούσαντα B. [56] δεσμεῖν A. F. δεσμεῖν
ι. ἐξουσίαν] τὴν ἐξ Edd. Sedem hujus v. cum codd. mutavi [57] ῥαθυμοτέρων] add. τὸ εἰρημένον Edd.
odd. et Verss. [58] μὴ ποιεῖν F. [59] κατελίπατε C. F. κατελείπετε D. [60] μὴ, quod vulgo deest, ex uno
recepi. De cæteris in adnot. monebo μὴ ante διορθοῦν om. A. C. D.

α'. Ποιήσας γὰρ [7] τὸ θαῦμα οὐκ ἐπέμεινεν, ἵνα μὴ τὸν ζῆλον ἐξάψῃ πλέον ὁρώμενος· ἀλλὰ χαρίζεται αὐτοῖς ἀναχωρῶν, καὶ τὸ πάθος παραμυθούμενος. Τοῦτο δὴ [8] καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, μὴ ὁμόσε χωροῦντες τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ἀλλὰ παραμυθώμεθα αὐτῶν τὸ ἕλκος, ἐνδιδόντες καὶ χαλῶντες αὐτῶν τὸν τόνον. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐ μετὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἐκάλεσεν; Ὥσπερ ἐκεῖ τότε παρεγένετο, ὅτε ᾔδει τοὺς ἀνθρώπους πεισθησομένους· οὕτω καὶ τὸν Ματθαῖον τότε ἐκάλεσεν, ὅτε ἠπίστατο εἴξοντα [9]. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ Παῦλον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἡλίευσεν. Ὁ γὰρ τὰς καρδίας ἐπιστάμενος, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ἑκάστου διανοίας εἰδὼς, ᾔδει καὶ πότε ἔμελλεν ἕκαστος τούτων [10] ὑπακούσεσθαι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐν προοιμίοις αὐτὸν ἐκάλει, ὅτε σκληρότερον ἔτι διέκειτο, ἀλλὰ μετὰ τὰ [11] μυρία θαύματα, καὶ τὴν πολλὴν περὶ αὐτοῦ φήμην, ὅτε καὶ ἐπιτηδειότερον ᾔδει πρὸς τὴν ὑπακοὴν γεγενημένον. Ἄξιον δὲ καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ [12] θαυμάσαι τὴν φιλοσοφίαν, πῶς οὐκ ἀποκρύπτεται αὐτοῦ τὸν ἔμπροσθεν βίον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα τίθησι, τῶν ἄλλων κρυψάντων αὐτὸν [13] προσηγορίᾳ ἑτέρᾳ. Τίνος δὲ ἕνεκεν εἶπεν, ὅτι *Ἐπὶ τὸ τελώνιον καθήμενον;* Δεικνὺς τοῦ καλέσαντος τὴν δύναμιν, ὅτι οὐ λήξαντα [14], οὐδὲ ἀποστάντα τῆς πονηρᾶς ταύτης καπηλείας, ἀλλ' ἐκ μέσων αὐτὸν ἀνέσπασε τῶν κακῶν· καθάπερ οὖν καὶ τὸν μακάριον Παῦλον μαινόμενον καὶ λυττῶντα καὶ πῦρ ἀφιέντα μετέστησεν· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς δεῖγμα ποιούμενος τῆς τοῦ καλέσαντος δυνάμεως, φησὶ Γαλάταις· *Ἠκούσατε τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ*· καὶ τοὺς ἁλιέας δὲ ἐν μέσοις τοῖς ἔργοις ὄντας ἐκάλεσεν. Ἀλλ' ἐκεῖνο [15] μὲν τέχνη τις ἦν οὐ διαβεβλημένη μὲν [16], ἀνθρώπων δὲ ἀγροικότερον διακειμένων, καὶ ἀμίκτων, καὶ πολὺ τὸ ἀφελὲς κεκτημένων· τοῦτο δὲ ἐπιτήδευμα ἀναισχυντίας γέμον ἦν [17] καὶ ἰταμότητος, καὶ κέρδος

[7] γὰρ om. A. ἐπέμενεν Edd. [8] δὲ B. F. [9] εἴξοντα] Sic Ep. et Verss. ἄξοντα A. ἥξοντα B. [10] τούτων om. A. Ge. [11] τὰ om. B. F. [12] Sic codd. et Verss. ἀποστόλου Edd. [13] αὐτὸν] Sic B. D. E. Ep. cæteri αὐτά. [14] καταλήξαντα Edd. [15] ἐκείνη D. ἐκείνων Edd. [16] μὲν om. A. F. [17] ἦν om. A. F.

fuerunt (a) Rursum enim dicebant : *Hic homo non est a Deo* (*Joan.* 9. 16); et, *Quomodo hic a Deo est?* Hæcque frequenter versabant, illa vitiorum suorum tegmina obtendentes : quod etiam nunc multi faciunt, qui dum Deum vindicare videntur, suis indulgent affectibus, cum oporteret omnia cum mansuetudine tractare. Etenim universorum Deus, qui fulmen vibrare potest in eos qui ipsum blasphemiis impetunt, solem suum oriri curat, imbres emittit, cæteraque omnia largiter suppeditat : quem imitari nos oportet, rogare nempe, monere, instituere cum mansuetudine, non irasci, nec efferari. Neque enim ex blasphemia quid nocumenti ad Deum accedit, ut tu excandescas; sed qui blasphemavit ipse vulnus accepit. Itaque ingemisce, lacrymare : lacrymis enim dignum est hoc vitium, cui curando nullum mansuetudine melius remedium. Mansuetudo quippe omni violentia potentior est. Vide igitur quomodo is ipse, qui injuria afficitur, et in veteri et in nova lege loquatur : ibi quidem dicens : *Popule meus, quid feci tibi* (*Mich.* 6. 3)? in nova autem, *Saule, Saule, quid me persequeris* (*Act.* 9. 4)? Paulus item jubet adversarios cum mansuetudine corripere (2. *Tim.* 2. 24). Ipse quoque Christus, quando accesserunt discipuli, rogantes ut ignem de cælo emitteret, vehementer increpavit eos dicens, *Nescitis cujus spiritus estis vos* (*Luc.* 9. 54). Hic autem non dicit ipse, O exsecrandi et præstigiatores! o invidi et hominum salutis inimici! sed, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris* (*Matth.* 15. 30)? Oportet igitur cum mansuetudine morbum removere. Nam qui ex humano timore melior efficitur, cito ad pravitatem redibit. Ideoque zizania relinqui jussit, dans tempus ad pœnitentiam. Multi namque illorum pœnitentiam egerunt, et probi facti sunt, qui perversi prius erant, quemadmodum Paulus, publicanus, latro : nam postquam zizania fuerant, in triticum maturum mutati sunt. In seminibus certe id fieri nequit; in proposito et voluntate id certe facile est : non enim naturæ terminis ipsa alligatur, sed libertate arbitrii honorata fuit. Cum ergo videris veritatis hostem, obsequium illi præbe, curam illius habe, ad virtutem reduc, exemplum vitæ optimum præbens, sermone utens inculpato, patrocinium ipsi et curam impendens, modum omnem emendationis admovens, imitando medicos optimos, qui non una tantum medicinæ ratione utuntur, sed cum vident ulcus priori pharmaco non cedere, aliud adjiciunt, et post illud rursum aliud; et nunc secant, nunc alligant. Et tu itaque animarum medicus effectus, omni utaris curandi ratione secundum Christi leges, ut et salutarium operum tuorum et aliorum partæ salutis mercedem accipias, ad Dei gloriam omnia faciens, et inde tibi gloriam concilians : nam ait, *Glorificantes me glorificabo, et qui contemnunt me, contemnentur* (1. *Reg.* 2. 30). Omnia itaque ad ejus gloriam faciamus, ut beatam illam sortem consequamur : quam utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) In Græco, διὰ τοῦτο οὐδὲ προσελθεῖν ἠδυνήθησαν, quæ sic converti debent : *Ideoque ulterius progredi non potuerunt* : scilicet non potuerunt eo progredi ut divinitatem Christi agnoscerent.

## HOMILIA XXX. al. XXXI.

Cap. 9. v. 9. *Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi : Sequere me. Et surgens sequutus est eum.*

1. *Quomodo nos gerere debeamus erga insidiatores. Matthæi vocatio et virtus.* — Peracto miraculo, non ibi mansit, ne illo præsente invidia magis arderet; sed in gratiam ipsorum recessit, ut morbus ille mitigaretur. Illud quoque nos faciamus, non simul versantes cum insidiantibus, sed eorum ulceri indulgeamus, cedentes et contentionem vitantes. Sed cur non cum Petro, Joanne et aliis vocavit eum? Ut tunc illuc venit, cum sciret homines obtemperaturos esse : sic tunc Matthæum vocavit, cum sequuturum eum esse noverat. Propterea etiam Paulum post resurrectionem piscatus est. Nam qui corda novit, et occulta mentium perspicit, sciebat quandonam quisque eorum obsequuturus esset. Ideoque non initio vocavit illum, cum adhuc duriore esset animo, sed post sexcenta miracula, cum fama sua percrebuisset, quando illum noverat ad obtemperandum aptiorem esse. Non abs re autem fuerit apostoli philosophiam [1] mirari, qui anteactam vitam non occultavit, sed et nomen suum posuit, quod alii in aliud nomen mutando occultavere. Cur porro dixit ipsum sedisse in telonio? Vocantis vim ostendens, quod cum nondum destitisset et improbo telonio hæreret, ex mediis ipsum malis extraxerit. Quemadmodum enim beatum Paulum furentem et rabie percitum convertit : id quod ipse vocantis virtutem demonstrans ait ad Galatas scribens : *Audistis conversationem meam aliquando in Judaismo, quia supra modum persequebar Ecclesiam Dei* (*Gal.* 1. 13) : sic et piscatores in mediis operibus vocavit : sed illi artem exercebant non vituperabilem quidem, sed quæ erat hominum agrestium, non urbanorum, atque omnino simplicium; hæc autem lucrandi ratio, impudentia plena erat, ac petulantia, quæstus iniquus et mercatura illiberalis : attamen nihil horum erubuit is qui vocavit. Nec mirum, si publicanum non erubescat, quando nec meretricem vocare non modo non erubuit, sed pedes suos osculari, lacrymisque rigare permisit. Etenim ideo venit, non ut corpus curaret solum, sed ut animæ morbis mederetur. Quod etiam paralytico præstitit :

[1] Savil. et Morel., *sapientiam*; sed vox, *philosophiam*, hic melius quadrare videtur : nam philosophia apud Chrysostomum pro, *virtute*, *modestia* et *humilitate*, accipitur. Hic porro Matthæum laudat, qui publicanus cum esset, ideoque male audiret apud Judæos, nomen suum tamen non occultaverit, sed sese Matthæum appellaverit, neque nomen suum mutaverit, quod tamen fecerunt alii evangelistæ, qui ipsum Levi appellarunt.

οὐχὶ αὐτὸς ὀργιζόμενος· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὥστε ἐκείνους μὴ ἐξαπορηθῆναι. Καίτοιγε ἠδύνατο εἰπεῖν· Οὐκ ἐνενοήσατε, πῶς ἔλυσα τὰς ἁμαρτίας τοῦ παραλυτικοῦ; πῶς τὸ σῶμα ἔσφιγξα; Ἀλλ' οὐ λέγει τούτων οὐδέν· ἀλλ' ἀπὸ τῶν κοινῶν λογισμῶν πρῶτον αὐτοῖς διαλέγεται, καὶ τότε ἀπὸ τῶν Γραφῶν. Εἰπὼν γάρ, *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες*, καὶ λανθανόντως δείξας ἑαυτὸν ὄντα τὸν ἰατρὸν, τότε εἶπε· *Πορευθέντες μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν.* Οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ. Πρότερον [43] ἀπὸ τῶν κοινῶν παραδειγμάτων τὸν λόγον κατασκευάσας, καὶ εἰπών· *Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς* [44] *οὐκ ἐσθίει;* τότε καὶ τὰς Γραφὰς ἐπήγαγε λέγων· *Ἐν γὰρ τῷ νόμῳ Μωϋσέως γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα*· καὶ πάλιν, *Οὕτως ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν* [45], *ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῇν.* Πρὸς δὲ τοὺς μαθητὰς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τῶν σημείων ἀναμιμνήσκει οὕτω λέγων· *Οὔπω μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;*

γ'. Ἀλλ' οὐ πρὸς τούτους οὕτως· ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας ἀναμιμνήσκει τῆς κοινῆς, καὶ δείκνυσι καὶ αὐτοὺς ὄντας τῶν ἀσθενούντων, οἵγε οὐδὲ τὰς Γραφὰς ᾔδεσαν, καὶ πάσης τῆς λοιπῆς ἀμελοῦντες ἀρετῆς, ἐν ταῖς θυσίαις τὸ πᾶν ἐτίθεντο· ὃ καὶ σφόδρα αὐτοὺς [46] αἰνιττόμενος, τὸ διὰ τῶν προφητῶν πάντων εἰρημένον ἐν βραχεῖ τίθησι, λέγων· *Μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.* Διὰ γὰρ τούτων δείκνυσιν οὐκ αὐτὸν ὄντα τὸν παρανομοῦντα, ἀλλ' ἐκείνους· ὡσανεὶ ἔλεγε· Τίνος ἕνεκεν ἐγκαλεῖτέ μοι; ὅτι ἁμαρτωλοὺς διορθοῦμαι; Οὐκοῦν καὶ τῷ Πατρὶ [47] τοῦτο ἐγκαλέσετε. Ὅπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ τοῦτο κατασκευάζων ἔλεγεν· *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· καὶ ἐνταῦθα πάλιν· *Πορευθέντες μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.* Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τοῦτο βούλεται, φησὶν, οὕτω καὶ ἐγώ. Ὁρᾷς πῶς ἐκεῖνα μὲν περιττὰ, ταῦτα δὲ ἀναγκαῖα; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἔλεον θέλω καὶ θυσίαν, ἀλλ', *Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.* Τὸ μὲν γὰρ ἐνέκρινε, τὸ δὲ ἐξέβαλε· καὶ ἀπέδειξεν οὐ μόνον οὐ κεκωλυμένον ὅπερ ἐνεκάλουν, ἀλλὰ καὶ [351] νενομοθετημένον, καὶ μᾶλλον [48] τῆς θυσίας· καὶ τὴν Παλαιὰν αὐτὴν εἰσάγει συνῳδὰ αὐτῷ [49] φθεγγομένην καὶ νομοθετοῦσαν. Καθαψάμενος τοίνυν αὐτῶν καὶ ἀπὸ τῶν κοινῶν ὑποδειγμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ἐπάγει πάλιν [50]· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.* Ταῦτα δὲ εἰρωνευόμενος πρὸς αὐτοὺς λέγει [51], ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*· καὶ πάλιν· *Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω.* Ὅτι γὰρ οὐδεὶς δίκαιος ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπών· *Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.* Τοῦτο [52] δὲ καὶ ἐκείνους παρεμυθήσατο τοὺς κεκλημένους. Τοσοῦτον [53] γὰρ ἀπέχω, φησὶ, τοῦ βδελύξασθαι ἁμαρτωλοὺς, ὅτι καὶ δι' αὐτοὺς παραγέγονα μόνους. Εἶτα, ἵνα μὴ ὑπτιωτέρους ἐργάσηται, εἰπὼν *ἁμαρτωλοὺς*, οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλὰ προσέθηκεν, *εἰς μετάνοιαν.* Οὐ γὰρ ὥστε ἁμαρτωλοὺς μεῖναι παρεγενόμην, ἀλλ' ὥστε μεταβαλέσθαι καὶ γενέσθαι βελτίους.

Ἐπεὶ οὖν πάντοθεν ἐπεστόμισε, καὶ ἀπὸ τῶν [54] Γραφῶν, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας, καὶ οὐδὲν ἔσχον εἰπεῖν, ὑπεύθυνοι τοῖς ἐγκλήμασι φανέντες [55], οἷς ἐπήγαγον αὐτῷ, καὶ ἐναντίοι τῷ νόμῳ καὶ τῇ Παλαιᾷ, ἀφέντες αὐτὸν, πάλιν ἐπὶ τοὺς μαθητὰς τὸ ἔγκλημα μεταφέρουσι Καὶ ὁ μὲν Λουκᾶς φησιν, ὅτι οἱ Φαρισαῖοι εἶπον· οὗτος δὲ, ὅτι οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου· εἰκὸς δὲ καὶ ἀμφοτέρους ταῦτα εἰρηκέναι. Ἐξαπορηθέντες γὰρ ἐκείνους, ὡς εἰκὸς, μεθ' ἑαυτῶν λαμβάνουσιν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἡρωδιανῶν ὕστερον ἐποίησαν. Καὶ γὰρ ζηλοτύπως ἀεὶ πρὸς αὐτὸν εἶχον οἱ Ἰωάννου μαθηταὶ, καὶ ἀπεναντίας αὐτῷ διελέγοντο· τότε μόνον ταπεινωθέντες, ὅτε ἐν ἀρχῇ τὸ δεσμωτήριον ᾤκησεν Ἰωάννης. Ἐλθόντες γοῦν τότε ἀνήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθον βασκανίαν. Τί οὖν φασι [56]; *Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλὰ, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι;* Τοῦτό ἐστι τὸ νόσημα, ὃ πάλαι ἐξέκοπτεν ὁ Χριστὸς, λέγων· *Ὅταν νηστεύῃς, ἄλειψαί* [57] *σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι*, τὰ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενα κακὰ προειδώς. Ἀλλ' οὐδὲ τούτοις ἐπιτιμᾷ, οὐδὲ λέγει· Ὦ κενόδοξοι καὶ περιττοί· ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας αὐτοῖς ἁπάσης διαλέγεται, λέγων· *Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἕως ἂν μετ' αὐτῶν ὁ νυμφίος ἐστίν* [58]. Ὅτε μὲν γὰρ ὑπὲρ ἑτέρων [59] ὁ λόγος ἦν, τῶν τελωνῶν λέγω, ἵνα αὐτῶν παραμυθήσηται πληγεῖσαν τὴν ψυχὴν, σφοδρότερον ἐπετίμησε τοῖς ὀνειδίσασιν· ἔνθα δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς μαθητὰς ἔσκωπτον, μετὰ ἐπιεικείας ἁπάσης ποιεῖται τὴν ἀπάντησιν. Ὃ δὲ λέγουσι, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἔστω, σὺ, φησὶν, ὡς ἰατρὸς ταῦτα ποιεῖς· τί καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ νηστεύειν ἀφέντες ταῖς τοιαύταις τραπέζαις προσέχουσιν; Εἶτα ἵνα μείζω ποιήσωσι τὴν κατηγορίαν, πρώτους ἑαυτοὺς τιθέασι, καὶ τότε τοὺς Φαρισαίους, τῇ συγκρίσει τὸ ἔγκλημα αὐξῆσαι βουλόμενοι. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, φησὶ, [352] καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά. Καὶ γὰρ ἐνήστευον, οἱ μὲν παρὰ Ἰωάννου μαθόντες, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Φαρισαῖος ἔλεγε· *Νηστεύω δὶς τῆς ἑβδομάδος.* Τί οὖν φησιν [60.61] ὁ Ἰησοῦς, *Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος;* Πρότερον μὲν ἰατρὸν ἑαυτὸν ἐκάλεσεν, ἐνταῦθα δὲ νυμφίον, τὰ ἀπόῤῥητα μυστήρια διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων ἀποκαλύπτων [62]. Καίτοιγε ἐνῆν πληκτικώτερον πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ὅτι Οὐκ ἐστὲ τούτων κύριοι ὑμεῖς, ὥστε τοιαῦτα νομοθετεῖν. Τί γὰρ ὄφελος τῆς νηστείας, ὅταν πονηρίας ᾖ γέμουσα ἡ διάνοια; ὅταν ἑτέροις ἐγκαλῆτε; ὅταν καταχρίνητε, δοκοὺς περιφέροντες ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πρὸς ἐπίδειξιν πάντα ποιῆτε; Πρὸ γὰρ τούτων ἁπάντων κενοδοξίαν ἐκβάλλειν ἐχρῆν, καὶ τὰ ἄλλα κατορθοῦν ἅπαντα, ἀγάπην, πρᾳότητα, φιλαδελφίαν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων φησὶν, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας ἁπάσης· *Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος*· ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῶν Ἰωάννου ῥημάτων, δι' ὧν ἔλεγεν· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου.* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Χαρᾶς ὁ παρὼν καιρὸς καὶ εὐφροσύνης· μὴ τοίνυν ἐπείσαγε τὰ σκυθρωπά. Καὶ γὰρ σκυθρωπὸν ἡ νηστεία, οὐ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐκείνοις τοῖς ἀσθενέστερον ἔτι διακειμένοις· ὡς τοῖς γε φιλοσοφεῖν ἐθέλουσι καὶ σφόδρα ἡδὺ τὸ πρᾶγμα καὶ ποθεινόν. Ὥσπερ γὰρ τοῦ σώματος ὑγιαίνοντος, πολλὴ ἡ εὐφροσύνη· οὕτω τῆς ψυχῆς εὖ διακειμένης, μείζων ἡ ἡδονή. Ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν ἐκείνων ταῦτά φησιν. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτῆς διαλεγόμενος, ταπείνωσιν ψυχῆς αὐτὴν καλεῖ, καὶ Μωϋσῆς δὲ ὁμοίως.

[43] Πρότερον] add. γὰρ A. [44] αὐτῆς] τῆς ποίμνης B. αὐτῆς om. F. [45] τοὺς τὸ Εὐ. καταγγέλλοντας A. F. [46] αὐτοῖς B. αὐτὸς Sav. Ben. [47] Πατρὶ] add. μου Edd. [48] μᾶλλον] add. ἢ E. [49] αὐτῷ] τούτων Edd. [50] πάλιν] λέγων Edd. [51] λέγει] ἀποτείνεται A. [52] Τούτῳ A. B. E. [53] Τοσούτῳ B. [54] τῶν deest in codd. præter F. [55] φανέντες] ὄντες F. [56] φασὶ] φησὶ F. οὗτοί φασι A. C. invitis Interpp. [57] ἄλειψον D. ἄλειψε E. [58] ἕως ἂν ὁ ν. μετ' αὐτῶν ἐστιν F. 1 Mos.|. ἕως ἂν ᾖ μετ' αὐτῶν ὁ ν. E. [59] ἑτέρων add. αὐτῷ A. Sav. ὁ ante λόγος om. B. D. F. p. p. παραμυθῆται Edd. [60.61] φησιν om. A. [62] ἐκκαλύπτων] et p. p. ἐπιπληκτικώτερον Edd.

a communibus ratiociniis illos aggreditur primum, et postea a Scripturis. Cum dixisset enim, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*, et seipsum esse medicum subobscure declarasset : tunc dixit, *Euntes, discite quid est, Misericordiam volo, et non sacrificium*. Hoc et Paulus facit. Primo enim a communibus exemplis sic orsus : *Quis pascit gregem, et ex lacte ejus non comedit* (1. *Cor.* 9. 7)? tunc Scripturas inducit, et ait : *In lege namque Moysis scriptum est, Non alligabis os bovi trituranti* (*Ibid.* v. 9. *Deut.* 25. 4); ac rursum, *Sic Dominus constituit, ut qui evangelium annuntiant, ex evangelio vivant* (1. *Cor.* 9. 14). Ad discipulos autem non sic ; sed signa sua in memoriam reducit hoc pacto : *Non meministis quinque panum, et hominum quinque millium, et quot cophinos collegistis* (*Matth.* 16. 9)?

3. Sed non ita se gerit cum istis; verum communem infirmitatem commemorat, ostenditque ipsos etiam ex infirmorum numero esse, qui nec Scripturas sciebant, et omnem virtutem negligentes, in sacrificiis totum constituebant : quod subindicans ipse, id quod a prophetis omnibus dictum fuerat, paucis refert dicens : *Discite quid est, Misericordiam volo, et non sacrificium* (*Osee* 6. 6). His enim ostendit, non se inique agere, sed ipsos; ac si diceret, Cur accusatis me? an quia peccatores emendo? Ergo et Patrem meum hac de re accusabitis. Quod et alibi eadem mente dicebat : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* (*Joan.* 5. 17); et hic rursum : *Euntes discite quid est, Misericordiam volo, et non sacrificium*. Quemadmodum enim hoc ille vult, sic et ego. Viden' quomodo illa quidem superflua sint, hæc vero necessaria? Neque enim dixit, Misericordiam volo et sacrificium; sed, *Misericordiam volo, et non sacrificium*. Alterum enim comprobavit, alterum reprobavit; demonstravitque id quod criminabantur non modo non vetitum, sed etiam lege præceptum esse, magis quam sacrificia : ipsamque legem veterem inducit his consona loquentem et præcipientem. Illos itaque perstringens et ex communibus exemplis, et ex Scripturis, adjicit : *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*. Id vero ironice loquitur, ut cum dicit : *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis* (*Gen.* 3. 22); ac rursum, *Si esurierc, non dicam tibi* (*Psal.* 49. 12). Quod enim nullus esset justus in terra, Paulus declaravit his verbis : *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei* (*Rom.* 3. 23). Id etiam eis qui vocati sunt consolationi erat. Tantum abest, inquit, ut peccatores abominationi habeam, ut etiam propter illos tantum advenerim. Deinde, ne illos supinos redderet, cum peccatores memoravit, non jam tacuit, sed adjecit, *Ad pœnitentiam*. Non enim ideo adveni ut illi peccatores manerent, sed ut mutarentur et meliores evaderent. Cum autem illorum ora prorsus clausisset, tum ex Scripturis, tum ex ipsa rerum serie, et nihil ultra dicere possent, quod ipsi iis criminibus obnoxii probarentur, quæ ipsi obtulerant, insuperque legi veteri adversantes, illo misso, in discipulos crimen transferunt. Lucas (*Cap.* 5. v. 33) quidem ait Pharisæos hoc dixisse, Matthæus vero, discipulos Joannis : verisimile autem est hæc utrosque dixisse. Cum enim illi in dubio versarentur, verisimiliter et illos secum assumpserunt, quod et cum Herodianis postea fecerunt. Invidebant enim semper Christo Joannis discipuli, et contra illum disputabant; tunc demum humiliores effecti, cum Joannes in carcerem trusus est. Nam tunc id venerunt nuntiatum Jesu Christo : postea vero in priorem rursum invidiam sunt reversi. Quid igitur hi dicunt? 14. *Quare nos et Pharisæi multum jejunamus : discipuli vero tui non jejunant?* Hic morbus est, quem olim absciderat Christus cum ait : *Cum jejunaveris, unge caput tuum, et faciem tuam lava* (*Matth.* 6. 17); cum præsciret ea quæ inde nascitura erant mala. Sed hos ille non increpat, neque dixit : O vanæ gloriæ cupidi, et futiles homines! sed cum omni mansuetudine ipsos alloquitur dicens. 15. *Non possunt filii sponsi jejunare, quamdiu cum illis est sponsus*. Quando enim pro aliis loquebatur, pro publicanis nempe, ut eorum animos vulneratos solaretur, exprobrantes vehementius increpavit : cum autem ipsum et discipulos carpebant, cum omni mansuetudine occurrit ipsis. Quod autem dicunt illi, hujusmodi est : Esto, tu utpote medicus hoc facias : sed cur discipuli tui, misso jejunio, hujusmodi mensis accumbunt? Deinde ut majorem accusationem facerent, se primos ponunt, posteaque Pharisæos, comparatione volentes crimen augere; nam *Et nos*, inquiunt, *et Pharisæi multum jejunamus*. Nam jejunabant, illi a Joanne edocti, hi vero a lege; quemadmodum item Pharisæus dicebat : *Jejuno bis in hebdomada*. Quid igitur dicit Jesus? *Num possunt filii sponsi jejunare, quamdiu cum illis est sponsus* (*Luc.* 18. 12)? Primo quidem sese medicum vocavit, hic vero sponsum, secreta mysteria per hæc nomina revelans : quamquam poterat illos acrius refellere dicens : Vos non habetis auctoritatem hujusmodi leges ponendi : quæ enim utilitas ex jejunio, quando anima iniquitate plena est, cum de aliis accusamini, cum damnamini, cum trabes fertis in oculis, et ad ostentationem omnia facitis? Ante hæc enim omnia vanam gloriam ejicere oportuerat, atque alia omnia recte operari, caritatem, mansuetudinem, fratrum amorem. Verum nihil horum dicit, sed cum omni mansuetudine : *Non possunt filii sponsi jejunare, quamdiu cum eis est sponsus* (*Joan.* 3. 29) : verba Joannis memorans isthæc : *Qui habet sponsam sponsus est : amicus autem sponsi, est qui stat : et audiens eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi*. Quod autem dicit, hujusmodi est : Præsens tempus gaudii et lætitiæ est. Ne itaque tristia inducas. Tristis quippe res est jejunium, non natura sua, sed illis tantum qui infirmius affecti sunt; at iis qui philosophari volunt, res admodum dulcis est et desiderabilis. Quemadmodum enim corpore bene valente, multa lætitia est : sic anima bene affecta, major est voluptas. Sed ad illorum mentem hæc respondit. Sic et Isaias de jejunio loquens, humilitatem animi vocat illud (*Isai.* 58. 3) : et Moyses similiter (*Num.* 30. 14).

4. Neque hinc tantum illos reprimit Dominus, sed aliunde etiam his verbis : *Venient dies, quando auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.* His enim ostendit non gulæ causa non jejunasse, sed ex quadam dispensatione mirabili : simul vero de passione sua quædam præmittit, et illis respondendo discipulos instituit et exercitat in meditatione rerum quæ onerosæ et tristes esse videbantur. Illis enim hoc jam dicere molestum fuisset, quandoquidem cum postea dictum illis fuit, ipsos conturbavit : cum autem aliis diceretur, minus illis onerosum erat. Quia porro verisimile erat illos de passione Joannis altum sapere, hunc ipsorum tumorem inde sedat : nec tamen de resurrectione sermonem inducit; nondum enim tempus erat. Hoc quippe secundum naturam erat, quod homo cum putaretur, moriturus esset; illud vero supra naturam. Deinde id quod ante fecerat, hic quoque facit. Quemadmodum enim cum conarentur eum crimini obnoxium ostendere, quod cum peccatoribus comederet, contrarium ille probavit, id nempe non crimen esse, sed laudandum : sic et hoc loco cum volunt probare, ipsum non uti par est discipulos instituere, ostendit eos qui illud dicerent, ignorare quo pacto sectatoribus utendum esset, sed temere accusare : 16. *Nullus enim*, inquit, *immittit commissuram panni novi in vestimentum vetus.* Rursus a communibus exemplis sermonem concinnat. Quod autem dicit, hujusmodi est : Nondum fortes sunt discipuli, sed adhuc multa egent indulgentia : nondum enim per Spiritum renovati sunt. Sic autem affectis non oportet gravia præceptorum onera imponere. Hæc autem dicebat, leges et regulas imponens discipulis suis, ut cum illi in discipulos adscribent omnes qui in orbe terrarum sunt, cum magna illos mansuetudine tractent. 17. *Neque immittunt vinum novum in utres veteres.* Viden' exempla in veteri lege usurpata? vestimentum, utres? Jeremias populum vocat perizoma, itemque utres memorat atque vinum (*Jer.* 13. 10. 12). Quia enim de mensa et de gula sermo erat, ex ipsis exempla desumit. Lucas (*Cap.* 5. *v.* 36) vero aliquid amplius dicit, novum nempe scindi, si illud veteri junxeris. Viden' non modo nullam utilitatem, sed majus detrimentum hinc oriri? Et præsentia quidem narrat, futura vero prædicit; nempe illos novos postea futuros esse : et antequam id eveniat, nihil austerum et grave ipsis præceptum iri. Nam qui ante opportunum tempus, inquit, sublimia dogmata constituere quærit, suo postea tempore non idoneos reperiet, quod illos semel inutiles reddiderit. Illud porro non ex vino procedit, neque ex utribus vinum excipientibus, sed ex eorum qui infuderunt festinatione. Hinc nobis causam exponit, cur illos alloquens humilibus verbis frequenter uteretur. Nam propter ipsorum infirmitatem multa dicebat minus sublimia quam pro sua dignitate : quod ipsum quoque dixisse sic refert Joannes : *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (*Joan.* 16. 12). Ne putarent enim illa solum esse quæ dixit, utque alia longe majora mente conciperent, infirmitatem eorum in medium adduxit, pollicitus ea se dicturum, cum fortiores fuerint : id quod hic etiam dicit : *Venient dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.* Ne itaque nos omnia ab omnibus in principio exigamus, sed quanta possunt fieri, et cito procedemus ultra. Si autem premis et festinas, ideo ne premas, ut festines. Quod si hoc tibi ænigma videtur esse, ab ipsa rerum natura disce, et tunc dicti vim omnem percipies : nec te moveant ii qui importune accusant; nam hic et Pharisæi accusabant, et discipulis exprobrabant.

5. *Moderatio Christi in aliis et præcipue luxuriosis mulieribus emendandis, imitanda.* — Attamen nihil horum Christum a sententia dimovit, neque dixit ille : Pudor est hos jejunare et hos non jejunare. Sed ut optimus gubernator non commotis fluctibus, sed arti suæ intentus est : ita et Christus tunc fecit. Etenim pudor erat, non quod illi non jejunarent, sed quod propter jejunium letalia vulnera acciperent, discinderentur, dirumperentur. Quæ etiam nos animo reputantes, sic erga nostros nos geramus. Si uxorem habeas, ornatibus, fuco et pigmentis deditam et his inhiantem, deliciis affluentem, loquacem, et prorsus inutilem; quamquam difficile est in una muliere hæc omnia concurrere; fingamus tamen esse talem. Sed cur, inquies, mulierem, non virum depingis? Sunt certe viri hujusmodi muliere deteriores. Sed quia gubernandi officium viris traditum est, hic interim mulierem describamus : non quod in feminis major sit nequitia; multa quippe et apud viros reperire est, quæ mulieribus non competunt, ut homicidium, sepulcrorum effossionem, cum belluis pugnam [1], et multa his similia. Ne putetis ergo nos ex sexus hujusmodi contemptu hæc effari : absit a me; sed ad rem nunc juvat imago hujusmodi. Supponatur ergo nobis mulier talis, virque ejus omni modo studeat ipsam emendare. Quomodo emendabit? Non omnia simul præcipiendo, sed leviora primum, quibus illa non multum angatur. Nam si totum a principio emendare festines, totum perdes. Ne ergo statim ei aurea ornamenta auferas; sed hæc interim habeat, iisque utatur : nam minus malum videtur illud esse, quam pigmenta et fucus. Illa primum auferantur, non ex comminatione vel timore, sed ex suasione et lenitate, ex accusatione in alias mulieres injecta, ex propria tua sententia atque gustu. Dic illi frequenter : Facies cum tali ornatu non amabilis est, imo injucunda : illique suade, ideo maxime id tibi displicere. Post tuam autem opinionem, aliorum quoque sententiam adduc in medium, dicque, id formosas deformare solere, ut morbum de medio tollas. Nihil adhuc de gehenna loquaris, vel de regno : nam frustra hæc dixeris. Persuade ipsi, majori tibi voluptati esse, si ipsa Dei opus nudum ostendat : illam enim quæ faciem perfricat, tendit, depingit, multis non formosam videri. Primum communibus ratiociniis et omnium calculis morbum abigere tenta; et

[1] Cfr. *Adnot.* Friderici Field ad pag. 351.

Οὐ μὴν ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐπιστομίζει μόνον, ἀλλὰ καὶ
θεν, λέγων· *Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ
ὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσι.* Διὰ
τούτων δείκνυσιν, ὅτι οὐ γαστριμαργίας τὸ γινό-
ῆν, ἀλλ' οἰκονομίας τινὸς θαυμαστῆς· ἅμα δὲ καὶ
ερὶ τοῦ πάθους προκαταβάλλεται λόγον, ἐν ταῖς
ἑτέρους ἀντιλογίαις παιδεύων τοὺς μαθητάς, καὶ
ίζων μελετᾷν ἤδη ἐν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι σκυθρω-
Πρὸς μὲν γὰρ αὐτοὺς ἤδη τοῦτο εἰπεῖν, φορτικὸν
ὶ ἐπαχθές, ὅπου γε καὶ μετὰ ταῦτα λεχθὲν αὐτοὺς
δησε· πρὸς δὲ ἑτέρους λεγόμενον, ἀνεπαχθέστερον
ις μᾶλλον ἐγίνετο. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς καὶ
ῷ πάθει Ἰωάννου μέγα φρονεῖν, καὶ τοῦτο ἐν-
ν καταστέλλει τὸ φύσημα· τὸν μέντοι περὶ τῆς
άσεως λόγον οὔπω προστίθησι [63]· οὐδέπω γὰρ ἦν
ς. Τοῦτο μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἦν, τὸ ἄνθρωπον νο-
ενον εἶναι ἀποθανεῖν, ἐκεῖνο δὲ ὑπὲρ φύσιν. Εἶτα
ἔμπροσθεν ἐποίησε, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ.
ερ γὰρ ἐπιχειροῦντας αὐτὸν δεῖξαι ἐγκλήμασιν
ὑπεύθυνον τῷ μετὰ ἁμαρτωλῶν ἐσθίειν, ἔπεισε
ντίον, ὅτι οὐ μόνον οὐκ [64] ἔγκλημα, ἀλλὰ καὶ
ος τὸ γινόμενον ἦν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα βουλομέ-
αὐτοὺς ἀποφῆναι αὐτόν, ὅτι οὐκ οἶδε κεχρῆσθαι
μαθηταῖς, δείκνυσιν ὅτι τὸ ταῦτα [353] λέγειν οὐκ
ων ἐστὶ κεχρῆσθαι τοῖς ἑπομένοις [65], ἀλλ' ἁπλῶς
ούντων. *Οὐδεὶς γὰρ ἐπιβάλλει*, φησίν, *ἐπίβλημα
υς ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ.* Πάλιν ἀπὸ τῶν
ν ὑποδειγμάτων κατασκευάζει τὸν λόγον. Ὃ δὲ
, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὔπω γεγόνασιν ἰσχυροὶ οἱ μα-
, ἀλλ' ἔτι πολλῆς δέονται συγκαταβάσεως [66]· οὔπω
οῦ Πνεύματος ἀνεκαινίσθησαν. Οὕτω δὲ διακειμέ-
ού χρὴ βάρος ἐπιτιθέναι ἐπιταγμάτων. Ταῦτα δὲ
, νόμους τιθεὶς [67] καὶ κανόνας τοῖς ἑαυτοῦ μαθη-
ἵν' ὅταν μέλλωσι μαθητὰς λαμβάνειν τοὺς ἐκ τῆς
μένης ἅπαντας, μετὰ πολλῆς αὐτοῖς προσφέρωνται
ἡμερότητος. *Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς
ὺς παλαιούς.* Εἶδες τὰ ὑποδείγματα τῇ Παλαιᾷ
τα; τὸ ἱμάτιον; τοὺς ἀσκούς; Καὶ γὰρ ὁ Ἱερεμίας
ώμα τὸν λαόν φησι, καὶ πάλιν ἀσκῶν μέμνηται
ἴνου. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ γαστριμαργίας ἦν ὁ λόγος
ραπέζης, ἀπὸ τῶν αὐτῶν λαμβάνει τὰ ὑποδείγματα.
ὁ Λουκᾶς καὶ πλέον τί φησιν, ὅτι καὶ τὸ καινὸν
ται, ἐὰν ἐπιβάλῃς αὐτὸ τῷ παλαιῷ. Ὁρᾷς ὅτι οὐ
, οὐδὲν γίνεται ὄφελος, ἀλλὰ καὶ πλείων [68] ἡ ζη-
Καὶ λέγει μὲν τὸ παρόν, προαναφωνεῖ δὲ τὸ μέλ-
οἷον ὅτι καινοὶ μετὰ ταῦτα ἔσονται· ἕως δ' ἂν τοῦτο
ται, οὐδὲν αὐστηρὸν αὐτοῖς ἐπιτάττειν χρὴ καὶ
. Ὁ γὰρ πρὸ καιροῦ ζητῶν, φησί, τοῦ προσήκον-
τὰ ὑψηλὰ ἐντιθέναι [69] δόγματα, οὐδὲ τοῦ καιροῦ
ὄντος λοιπὸν ἐπιτηδείους εὑρήσει, ἀχρήστους ἐργα-
νος ἅπαξ. Τοῦτο δὲ οὐ παρὰ τὸν οἶνον συμβαίνει,
παρὰ τοὺς ὑποδεχομένους [70], ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀκαι-
τῶν ἐμβαλλόντων. Ἐντεῦθεν ἡμᾶς καὶ τὴν αἰτίαν
ξε τῶν ταπεινῶν ῥημάτων, ὧν συνεχῶς πρὸς αὐ-
διελέγετο. Διὰ γὰρ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν πολλὰ
καταδεέστερα τῆς ἀξίας τῆς ἑαυτοῦ· ὅπερ οὖν

καὶ ὁ Ἰωάννης ἐνδεικνύμενος αὐτὸν εἰρηκέναι, φησί· *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσι ταῦτα εἶναι μόνον ἅπερ εἶπεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῷ [71] μείζονα φαντάζωνται, τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν εἰς τὸ μέσον τέθεικεν, ἐπαγγειλάμενος, ὅταν γένωνται ἰσχυροί, κἀκεῖνα ἐρεῖν [72]· ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθά φησιν· *Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσι.* [73] Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς πάντα παρὰ πάντων ἀπαιτῶμεν ἐν προοιμίοις, ἀλλ' ὅσα δυνατόν· καὶ ταχέως καὶ ἐπ' ἐκεῖνα ἥξομεν. Εἰ δὲ ἐπείγῃ καὶ σπεύδεις, δι' αὐτὸ τοῦτο μὴ ἐπείγου, ἐπειδὴ σπεύδεις. Εἰ δὲ αἰνιγμά σοι τὸ εἰρημένον δοκεῖ εἶναι, ἀπ' αὐτῆς αὐτὸ τῶν πραγμάτων μάνθανε τῆς φύσεως, καὶ τότε ὄψει αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἅπασαν. Καὶ μηδείς σε τῶν ἀκαίρως ἐγκαλούντων κινείτω· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα Φαρισαῖοι οἱ ἐγκαλοῦντες ἦσαν, καὶ μαθηταὶ οἱ ὀνειδιζόμενοι.

Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἔπεισε τὸν Χριστὸν μεταθεῖναι τὴν δόξαν, οὐδὲ εἶπεν [74]· Αἰσχύνη ἐστὶ τούτους νηστεύειν [354] καὶ τούτους μὴ νηστεύειν. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἄριστος κυβερνήτης οὐ τοῖς ταραττομένοις κύμασιν, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ προσέχει· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τότε ἐποίησε [75]. Καὶ γὰρ αἰσχύνη ἦν, οὐ τὸ μὴ νηστεύειν αὐτούς, ἀλλὰ τὸ διὰ τὴν νηστείαν ἐν τοῖς καιρίοις πληγῆναι, καὶ ἀποσχισθῆναι [76], καὶ διαῤῥαγῆναι. Ἅπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐννοοῦντες, οὕτω τοῖς οἰκείοις χρώμεθα πᾶσι. Κἂν γυναῖκα φιλόκοσμον ἔχῃς, πρὸς ἐπιτρίμματα κεχηνυῖαν καὶ ἀνεπτερωμένην, καὶ πολλῇ τρυφῇ διαχεομένην, καὶ λάλον, καὶ ἀνόητον [77]· καίτοιγε οὐκ ἔνι ταῦτα πάντα εἰς γυναῖκα μίαν συνεμπεσεῖν· πλὴν ἀλλὰ διαπλάσωμεν τῷ λόγῳ γυναῖκα [78] τοιαύτην. Τί οὖν ὅτι γυναῖκα, φησί, καὶ οὐχὶ ἄνδρα διαπλάττεις; Εἰσὶ καὶ ἄνδρες ταύτης χείρους τῆς γυναικός. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνδράσιν ἡ ἐπιστασία ἐγκεχείρισται, διὰ τοῦτο γυναῖκα διαπλάττομεν τέως, οὐχ ὡς ἐκεῖ τῆς κακίας πλεοναζούσης. Πολλὰ γὰρ καὶ παρὰ ἀνδράσιν ἔστιν εὑρεῖν, ἃ παρὰ γυναιξὶν οὐκ ἔστιν, οἷον ἀνδροφονίαν [79], τυμβωρυχίαν, θηριομαχίαν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Μὴ τοίνυν νομίσητε τὸ γένος ἡμᾶς ἐξευτελίζοντας ταῦτα ποιεῖν· οὐκ ἔστι τοῦτο [80], οὐκ ἔστιν· ἀλλ' οὕτω χρήσιμον τέως ὑπογράψαι τὴν εἰκόνα. Ὑποκείσθω τοίνυν ἡμῖν γυνὴ τοιαύτη, καὶ σπουδαζέτω παντὶ τρόπῳ αὐτὴν διορθοῦσθαι ὁ ἀνήρ. Πῶς οὖν αὐτὴν διορθώσεται; Μὴ πάντα ἀθρόον ἐπιτάττων, ἀλλὰ τὰ κουφότερα πρότερον, καὶ οἷς οὐ σφόδρα κατέχεται. Ἂν γὰρ τὸ πᾶν ἐπείξῃς αὐτὴν κατορθῶσαι ἐξ ἀρχῆς, τὸ πᾶν ἀπώλεσας. Μὴ τοίνυν περιέλῃς τὰ χρυσία εὐθέως, ἀλλ' ἄφες ἔχειν καὶ περικεῖσθαι τέως· δοκεῖ γὰρ τοῦτο ἔλαττον εἶναι κακὸν τῶν ἐπιτριμμάτων καὶ τῶν ὑπογραφῶν. Πρότερον τοίνυν ἐκεῖνα ἀναιρείσθω· καὶ μηδὲ ἐκεῖνα φόβῳ καὶ ἀπειλῇ, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ προσηνείᾳ, καὶ διὰ τῆς ἑτέρων κατηγορίας, καὶ διὰ τῆς σῆς ψήφου καὶ γνώμης. Καὶ λέγε πρὸς αὐτὴν συνεχῶς, ὅτι Σοὶ οὐκ ἔστιν ἐπέραστος ἡ ὄψις οὕτω καλλωπιζομένη, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀηδής· καὶ πεῖθε μάλιστα ὅτι σε τοῦτο λυπεῖ. Καὶ μετὰ τὴν σὴν ψῆφον, καὶ τὴν παρ' ἑτέρων δόξαν εἴσαγε, καὶ λέγε, ὅτι καὶ τὰς εὐμόρφους τοῦτο ἀφανίζειν εἴωθεν, ἵνα τὸ

[63] προστίθησι Edd. p. p. ἦν om. A. C. [64] οὐκ om. A. F. p. p. ἦν deest in Edd. [65] ἑπομένοις] ἐπαίνοις A.
ταῖς E. Vulgatum male ceperunt Ge. Ben. vertendo, *ignorare sectatoribus uti*. Recte ad sensum Arm.
*quid consequens sit, non intelligunt.* [66] τῆς συγκ. E. [67] ἐπιτιθεὶς Edd. [68] πλεῖον B. F. et pr. D.
θεῖναι F. [70] ὑποδεχομένους] add. ἀσκοὺς A. Non habuerunt Ep. Ge. Arm. [71] πολλὰ A. Ge. [72] εὑρεῖν B. F.
ΘΙΚΟΝ. Ὅτι ὁ βουλόμενος ἐνεγκεῖν τινα εἰς ἀρετήν, μικρά τινα ὀφείλει πρῶτον αὐτῷ παραινεῖν κατορθῶσαι.
ὑτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ γυναικὸς φιλοκόσμου δεῖ ποιεῖν. A. [74] εἶπεν] Sic E. Ge. Arm. cæteri εἰπεῖν. Μοx τοῦ-
F. bis C. [75] ἐποίει E. ποιεῖ Edd. [76] ὑποσχ. B. διασχ. F. [77] Sic E. F. et pr. A. cum Arm. cæteri ἀνόνητον.
συμπεσεῖν Edd. præter Sıv. [78] γυναῖκα om. A. τοιαύτην γυναῖκα Edd. [79] ἀνδροφονίαι, etc. Edd. Deinde θηριο-
αν om. D. E. sed invitis Interpp. Insuper μονομαχίαν i. e. *gladiatorum congressum* addit Arm. [80] ταῦτα Edd.

πάθος ἐξέλῃς. Καὶ μηδὲν μηδέπω περὶ γεέννης εἴπῃς, μηδὲ περὶ βασιλείας· εἰκῇ γὰρ ταῦτα ἐρεῖς· ἀλλὰ πεῖσον αὐτὴν, ὅτι σε τέρπει μᾶλλον γυμνὸν ἐπιδεικνῦσα τοῦ Θεοῦ τὸ ἔργον· ἡ δὲ βασανίζουσα [81] τὴν ὄψιν, καὶ κατατείνουσα, καὶ κονιῶσα, οὐδὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς φαίνεται καλὴ καὶ εὐειδής. Πρότερον δὲ [82] τοῖς κοινοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς πάντων ψήφοις τὸ νόσημα ἔκβαλλε· καὶ ὅταν τούτοις καταμαλάξῃς τοῖς λόγοις, καὶ ἐκεῖνα προστίθει. Κἂν ἅπαξ εἴπῃς, καὶ μὴ πείσῃς, καὶ [83] δεύτερον καὶ τρίτον καὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ ἐπαντλῶν ῥήματα μὴ ἀποκάμῃς· μὴ μέντοι [355] μετὰ ἐπαχθείας [84] τινὸς, ἀλλὰ μετὰ χαριεντισμοῦ· καὶ νῦν μὲν ἀποστρέφου, νῦν δὲ κολάκευε καὶ θεράπευε. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ζωγράφους πόσα ἐξαλείφουσι, πόσα παρεγγράφουσιν ὅταν [85] ὄψιν ποιῶσι καλήν; Μὴ γίνου [86] τοίνυν ἐκείνων χείρων. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι σώματος εἰκόνα γράφοντες τοσαύτῃ κέχρηνται τῇ σπουδῇ· πόσῳ [87] μᾶλλον ἡμᾶς ψυχὴν διαπλάττοντας πᾶσαν ἂν εἴη δίκαιον κινεῖν μηχανήν. Ἂν γὰρ καλῶς τῆς ψυχῆς ταύτης διαπλάσῃς τὴν ὄψιν, οὐκ ὄψει τὸ τοῦ σώματος ἀσχημονοῦν πρόσωπον, οὐδὲ ἡμαγμένα χείλη, οὐδὲ στόμα ἄρκτου αἵματι πεφοινιγμένῳ προσεοικὸς, οὐδὲ ἠσβολωμένας ὀφρῦς ὡς ἀπὸ χύτρας τινὸς, οὐδὲ κεκονιαμένας παρειὰς κατὰ τοὺς τοίχους τῶν τάφων. Πάντα γὰρ ταῦτα ἀσβόλη [88] καὶ τέφρα καὶ κόνις, καὶ ἐσχάτης δυσειδείας [89] γνωρίσματα.

ς'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔλαθον εἰς τούτους ἐξενεχθεὶς τοὺς λόγους, καὶ ἑτέρῳ παραινῶν ὥστε διδάσκειν μετ' ἐπιεικείας, αὐτὸς εἰς ὀργὴν ἐξεκυλίσθην. Οὐκοῦν ἐπανίωμεν πάλιν πρὸς τὴν ἡμερωτέραν παραίνεσιν, καὶ πάντα φέρωμεν τὰ ἐλαττώματα τῶν γυναικῶν, ἵνα κατορθώσωμεν ὃ βουλόμεθα. Οὐχ ὁρᾷς πῶς τὰ παιδία φέρομεν κλαίοντα, ὅταν αὐτὰ τῆς θηλῆς ἀπάγειν βουλώμεθα, καὶ πάντα ὑπομένομεν δι' ἐκεῖνο μόνον, ἵνα αὐτὰ πείσωμεν καταφρονεῖν τῆς προτέρας τραπέζης; Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ποιῶμεν· πάντων ἀνεχώμεθα τῶν ἄλλων, ἵνα τοῦτο κατορθώσωμεν. Ὅταν γὰρ τοῦτο διορθωθῇ, ὄψει καὶ τὸ ἕτερον ὁδῷ προβαίνων, καὶ ἐπὶ τὰ χρυσία πάλιν ἥξεις, καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ περὶ τούτων ὁμοίως διαλέξῃ· καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν ῥυθμίζων τὴν γυναῖκα, ἔσῃ ζωγράφος κάλλιστος, δοῦλος πιστὸς, γεωργὸς ἄριστος. Μετὰ τούτων [90-91] ἀναμίμνησκε αὐτὴν καὶ τῶν παλαιῶν γυναικῶν, τῆς Σάῤῥας, τῆς Ῥεβέκκας, καὶ τῶν εὐμόρφων καὶ τῶν οὐ τοιούτων, καὶ δεῖκνυ πάσας ὁμοίως σωφρονούσας. Καὶ γὰρ Λεία ἡ τοῦ πατριάρχου γυνὴ οὐκ οὖσα εὔμορφος, οὐκ ἠναγκάσθη τοιοῦτον οὐδὲν ἐπινοῆσαι, ἀλλὰ καὶ δυσειδὴς οὖσα, καὶ οὐ σφόδρα φιλουμένη παρὰ τοῦ συνοικοῦντος, οὔτε ἐπενόησέ τι τοιοῦτον, οὔτε τὴν ὄψιν διέφθειρεν, ἀλλ' ἔμενεν [92] ἀκέραιον διατηροῦσα τὸν χαρακτῆρα. καὶ ταῦτα ὑπὸ Ἑλλήνων τραφεῖσα. Σὺ δὲ ἡ πιστὴ, ἡ τὸν Χριστὸν ἔχουσα κεφαλὴν, σατανικὴν ἐπεισάγεις ἡμῖν μηχανήν; καὶ οὐκ ἀναμιμνήσκῃ τοῦ ὕδατος τοῦ περικλύσαντός σου τὴν ὄψιν, τῆς θυσίας τῆς κοσμούσης σου τὰ χείλη, τοῦ αἵματος τοῦ φοινίξαντός σου τὴν γλῶτταν; Ἂν γὰρ ταῦτα πάντα ἐννοήσῃς, κἂν μυριάκις φιλόκοσμος ᾖς, οὐ τολμήσεις, οὐδὲ ἀνέξῃ τὸν κονιορτὸν καὶ τὴν τέφραν ἐκείνην ἐπιβαλεῖν [93]. Μάθε ὅτι τῷ Χριστῷ ἡρμόσθης, καὶ ἀπόστηθι τῆς ἀσχημοσύνης ταύτης. Οὐδὲ γὰρ τέρπεται τοῖς χρώμασι τούτοις, ἀλλ' ἕτερον ἐπιζητεῖ κάλλος, οὗ καὶ [94] σφοδρός ἐστιν ἐραστὴς, τὸ ἐν τῇ ψυχῇ λέγω. Τοῦτό σοι καὶ ὁ προφήτης ἀσκεῖν [356] ἐκέλευσε, καὶ ἔλεγε [95]· *Καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.* Μὴ τοίνυν περιττὰ ἀσχημονῶμεν. Οὐδὲ γὰρ ἀτελές τι τῶν ἔργων ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ διορθώσεως δεῖται τῆς παρὰ σοῦ. Οὐδὲ γὰρ εἰ βασιλικῇ τις εἰκόνι μετὰ τὸ ἀναστῆναι [96] προσθεῖναι ἐπιχειρήσειε τὰ παρ' ἑαυτοῦ, ἀσφαλὴς ἡ ἐπιχείρησις [97], ἀλλὰ τὸν ἔσχατον ὑποστήσεται κίνδυνον. Εἶτα ἄνθρωπος μὲν ἐργάζεται, καὶ οὐ προστιθεῖς· Θεὸς δὲ ἐργάζεται, καὶ διορθοῦσαι; Καὶ οὐκ ἐννοεῖς τῆς γεέννης τὸ πῦρ; οὐκ ἐννοεῖς τῆς ψυχῆς τὴν ἐρημίαν; Διὰ γὰρ τοῦτο ἐκείνη ἠμέληται, ἐπειδὴ πᾶσα εἰς τὴν σάρκα ἡ σπουδὴ κενοῦται. Καὶ τί λέγω τὴν ψυχήν; Καὶ γὰρ αὐτῇ τῇ σαρκὶ τἀναντία συμβαίνει ἅπαντα, ὧν ἐσπουδάκατε. Σκόπει δέ. Βούλει καλὴ φαίνεσθαι; Τοῦτό σε ἄμορφον δείκνυσι. Βούλει ἀρέσαι τῷ ἀνδρί; Τοῦτο αὐτὸν μᾶλλον λυπεῖ· καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔξω κατηγόρους παρασκευάζει γενέσθαι. Βούλει νέα φαίνεσθαι; Τοῦτό σε ταχέως εἰς γῆρας ἄξει. Βούλει καλλωπίζεσθαι; Τοῦτό σε αἰσχύνεσθαι ποιεῖ. Ἡ γὰρ τοιαύτη οὐχὶ τὰς ὁμοτίμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν θεραπαινίδων τὰς συνειδυίας καὶ τῶν οἰκετῶν τοὺς ἐπισταμένους αἰσχύνεται· καὶ πρό γε πάντων ἑαυτήν. Ἀλλὰ τί δεῖ λέγειν ταῦτα; Τὸ γὰρ πάντων χαλεπώτερον παρῆκα νῦν, ὅτι τῷ Θεῷ προσκρούεις, ὅτι σωφροσύνην ὑπορύττεις, ὅτι ζηλοτυπίας ἀνάπτεις φλόγα [98], ὅτι [99] τὰς ἐπὶ τοῦ στέγους ζηλοῖς πορνευομένας γυναῖκας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογισάμεναι [1], καταγελάσατε τῆς σατανικῆς πομπῆς καὶ τῆς διαβολικῆς τέχνης, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον ἀφεῖσαι, μᾶλλον δὲ τὴν ἀκοσμίαν, τὸ κάλλος ἐκεῖνο κατασκευάσατε ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς, ὃ καὶ ἀγγέλοις ἐπέραστον, καὶ Θεῷ ποθεινὸν, καὶ τοῖς συνοικοῦσιν ἡδὺ, ἵνα καὶ τῆς παρούσης καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτύχητε δόξης· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[81] ἡ δὲ βασ] ἡ βασ. A. B. C. D. p. p. κονιῶσα, καὶ ὅτι οὐδὲ A. [82] δὲ] add. παραινῶν A. C. D. Non legisse videntur Interpp. [83] καὶ] κἂν F. [84] Sic Edd. ἐπεχθείας pr. B. cæteri (et corr. B.) ἀπεχθείας. *odio et ira* Ge. Cf. p. 316 C. Adde Tom. x. p. 87 D. Ed. Ben. 2[dæ]. [85] ὅταν] ἕως ὅταν B. C. F. ὡς ὅταν pr. D. invitis Interpp. ποιήσωσι solus F. [86] γίνῃ C. F. γένῃ B. [87] πολλῷ F. [88] ἄσβολος A. E. [89] Sic D. δυσηδείας F. cæteri δυσειδίας. *deformitatis* Ge. Edd. (quibuscum facit Arm.) δυσωδίας, ne memorata quidem altera lectione. [90-91] Μετὰ δὲ τ. Edd. infra δείκνυε F. [92] ἔμεινεν Edd. [93] ἐπιλαβεῖν Mor. Ben. [94] καὶ om. A. D. E. σφόδρα D. [95] καὶ ἔλεγε] ἐπέλεγε Edd. λέγων F. [96] Sic C. D. vulgo ἀναστῆσαι. [97] ἐπιχείρησις] add. ἔσται A. D. E. add. ἐστι C. [98] ὑπανάπτεις φλόγας Edd. [99] ὅτι] καὶ C. ὅτι om. B. D. [1] λογισάμεναι] ἐννοοῦσαι Edd.

## ΟΜΙΛΙΑ ΛΑ'.

***Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς* [2]*, ἰδοὺ ἄρχων εἰσελθὼν προσεκύνει αὐτὸν* [3] *λέγων· Ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ζήσεται.***

α'. Κατέλαβε τοὺς λόγους τὸ ἔργον, ὥστε πλέον τοὺς Φαρισαίους ἐπιστομισθῆναι. Καὶ γὰρ ὁ ἐλθὼν ἀρχισυνάγωγος ἦν, καὶ τὸ πένθος δεινόν. Καὶ γὰρ μονογενὲς ἦν τὸ παιδίον, καὶ ἐτῶν δώδεκα γεγονὸς, αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος [4]· ὃ δὴ μάλιστα καὶ εὐθέως αὐτὸ ἀνέστησεν. Εἰ δὲ ὁ Λουκᾶς λέγει, ὅτι ἦλθον λέγοντες· *Μὴ σκύλλε τὸν Διδάσκαλον·* [357] *τέθνηκε γάρ·* ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι τὸ, *Ἄρτι ἐτελεύτησε*, στοχαζομένου ἦν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ὁδοιπορίας, ἢ αὔξοντος τὴν συμφοράν. Καὶ γὰρ ἔθος τοῖς δεομένοις ἐπαίρειν τῷ λόγῳ τὰ οἰκεῖα κακὰ καὶ πλέον τι τῶν ὄντων λέγειν, ὥστε μᾶλλον ἐπισπᾶσθαι τοὺς ἱκετευομένους. Ὅρα δὲ αὐτοῦ τὴν

[2] αὐτοῖς deest in Edd. εἰσελθὼν] προσελθὼν B. 1 Mosq. εἷς ἐλθὼν 2 Mosqq. [3] αὐτῷ C. F. 1 Mosq. λέγων ὅτι ἡ θ. Edd. [4] add. ἄγων D. ἄγον τὸ ἄνθος Sav. ὃ δὴ] διὸ δὴ E. Illud exquisitius : vid. *Porson.* ad Eurip. Hec. 15,

postquam illam hujusmodi verbis emolliveris, illa alia adjice. Si semel dixeris, nec suaseris, secundo, tertio, et sæpius dicas; hæc repetere ne graveris, non odiosa quadam ratione, sed placide, nunc avertendo te, nunc adulando et colendo. Annon vides pictores modo delere, modo picturæ superaddere, ut formosam faciem depingant? Ne sis ergo minus sagax illis. Nam si illi corporis imaginem pingentes, tanta utuntur diligentia : multo magis nos animam efformantes, omnem machinam movere par est. Nam si hujus animæ faciem pulchre efformaveris, non videbis corporis deformatam faciem, non rubricata labia, non os ursæ ori cruentato simile, non atra supercilia, quasi ex ollæ fuligine, non illitas genas, ut sepulcrorum parietes. Hæc quippe omnia fuligo, pulvis et cinis, extremique fœtoris signa.

6. Verum nescio quo pacto in hujusmodi verba delapsus sim, et dum alios hortor ut cum mansuetudine moneant, in iracundiam ipse devolutus sim. Revertamur itaque ad mitiorem admonitionem, omniaque feramus mulierum vitia, ut quæ in optatis sunt perficiamus. Annon vides quomodo ferimus infantes vagientes cum a mamma sunt abstrahendi : omniaque toleramus, ad id solum, ut illis suadeamus priorem despicere mensam? Ita et nunc faciamus : cætera omnia feramus, ut hoc assequamur. Cum enim illud emendatum fuerit, aliud recte procedere videbis, atque ad aurea ornamenta venies, eodemque modo de his etiam loqueris : et sic paulatim uxorem concinnans, eris pictor optimus, fidelis servus, agricola strenuus. Post hæc autem, in mentem ipsi revoca antiquas illas mulieres, Saram, Rebeccam, formosas et deformes, et ostende illi omnes illas fuisse temperantes et frugi. Nam Lia patriarchæ uxor, cum formosa non esset, nunquam tale quidpiam excogitavit, sed deformis cum esset, nec multum amaretur a viro, nihil hujusmodi adhibuit, neque faciem suam vitiavit, sed mansit integra conservans lineamenta, etiamsi fuisset a gentilibus educata. Tu vero quæ fidelis es, cujus caput Christus, satanicam nobis machinam inducis? nec recordaris aquæ illius, quæ faciei tuæ circumfusa fuit, sacrificii, quod labia tua ornavit, sanguinis, qui linguam tuam cruentavit? Si enim hæc omnia tecum reputares, quantumvis ornatibus hujusmodi dedita esses, non auderes pulverem illum cineremque adhibere. Disce te Christo desponsatam esse, et hoc dedecus aversare. Neque enim ille talibus delectatur picturis; sed aliam quærit pulchritudinem, quam vehementer amat, animæ decorem dico. Hunc te propheta quærere jubet his verbis : *Et concupiscet rex decorem tuum* (*Psal.* 44. 12). Ne itaque superflua et indecora quæramus : neque enim opus Dei quodpiam imperfectum est, ut tua egeat correctione. Nam si quis imperatoriæ imagini erectæ aliquid de suo adjicere tentaret, non tutus esset conatus, sed extremo periculo foret obnoxius. Atqui homo illam operatus est, et nihil adjicis : hic vero Deus auctor, et emendas? Non cogitas gehennæ ignem? non animam neglectam? Ideo namque illa neglecta est, quia tota cura in carnem collata fuit. Ecquid de anima loquor? Nam ipsi quoque carni contraria contingunt iis quæ vos optatis. Hic vero attende. Vis formosa apparere? Hoc te deformem ostendit. Vis placere viro? Id illum mœrore afficit : ac neque illum solum, sed externos omnes tibi accusatores efficit. Vis junior apparere? Hoc te citius in senectutem ducet. Vis ornari? Hoc tibi dedecori est. Nam hujusmodi mulier non æquales modo, sed ancillas conscias et domesticos scientes pudore afficit; multoque magis seipsam. Sed cur hæc dicam? Nam quod omnium gravissimum est prætermisi : te nempe Deum offendere, castitatem suffodere, zelotypiæ flammas accendere, prostituta sub fornice scorta imitari. Hæc itaque omnia cogitantes, satanicam pompam, diabolicamque artem contemnite, dimissoque illo ornatu, imo dedecore, pulchritudinem illam in animabus vestris apparate, quæ angelis amabilis, Deo optabilis et consortibus suavis est, ut et præsentem et futuram gloriam consequamini : quam utinam nos omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XXXI. al. XXXII.

CAP. 9. v. 18. *Hæc illo loquente, ecce princeps ingressus adorabat eum dicens : Filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet.* 19. *Et surgens Jesus sequutus est eum, et discipuli ejus.*

1. Opus sermones sequutum est, ita ut magis Pharisæorum ora comprimerentur : nam qui accessit synagogæ princeps erat, luctusque gravis : unica enim puella erat, annorumque duodecim, quod flos erat ætatis : et statim illam suscitavit. Quod si Lucas narrat venisse qui dicerent : *Noli vexare magistrum; mortua enim est* (*Luc.* 8. 49) : dicemus illud, *Modo defuncta est*, a tempore in itinere insumpto conjicientis fuisse, vel calamitatem augentis. Mos enim supplicum est, mala sua verbis extollere, et plus quam vere sit dicere, ut facilius rogatos exorent. Vide autem quam rudis sit. Duo enim postulat a Christo, ut veniat, et manum imponat : quod signum erat ipsum eam adhuc spirantem reliquisse. Hoc et Syrus ille Neeman a propheta petebat his verbis : *Exibit, et manum suam imponet* (4. *Reg.* 5. 11). Nam visu et rebus sub sensum cadentibus opus habent ii qui rudioris animi sunt. Marcus (*Cap.* 5. 37) porro dicit ipsum tres assumpsisse discipulos, Lucasque (*Cap.* 8. 51) similiter; hic vero discipulos simpliciter. Cur ergo Matthæum non accepit, qui nuper accesserat? Ut illum in majorem cupiditatem injiceret, et quod imperfectior adhuc esset. Ideo enim illos honorat, ut hi illos imitentur. Matthæo autem satis erat, quod sanguinis fluxu laborantem vidisset, et quod eadem mensa dignatus fuisset, ejusdem salis participatione.

Surgentem porro multi sequuti sunt, quasi ad magnum miraculum, et ob dignitatem accedentis, tum etiam quia multi adhuc rudiores non tam animæ curam, quam corporis sanitatem quærebant: et confluebant, alii suis compulsi morbis, alii curationis aliorum spectatores esse cupientes; doctrinæ autem causa pauci interim ad eum accedebant. Nec concessit eos domum ingredi, sed discipulos tantum, neque omnes, ubique nos instituens ad vulgi existimationem depellendam.

*Agendi ratio mulieris fluxum sanguinis patientis, discutitur. Christus homo non gloriam amabat.* — 20. *Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur a duodecim annis, accessit retro; et tetigit fimbriam vestimenti ejus.* 21. *Dicebat enim intra se : Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.* Cur non fidenter ad illum accessit? Quod puderet de morbo; sese namque immundam putabat. Nam si menstruata non munda putabatur, multo magis illa quæ tali morbo laborabat id credere poterat : hujusmodi enim immunditiies magna secundum legem putabatur esse. Ideo sese abdit et occultat. Alioquin vero nondum illa consentaneam et perfectam de illo opinionem habebat : neque enim putasset se latere posse. Prima vero hæc mulier publice accedit : etenim audivit, ipsum etiam mulieres curare, et puellam mortuam adire. In domum autem vocare non ausa est, etsi dives esset : neque publice accessit, sed clam cum fide vestimenta tetigit. Non dubitavit, neque in seipsa dixit : Num liberabor a morbo, necne? sed de sanitate recuperanda confidens accessit : *Dicebat enim*, inquit, *intra se : Si solum tetigero vestimentum ejus, salva ero.* Noverat enim ex qua egrederetur domo, nempe publicanorum, et quinam sequerentur, nimirum peccatores et publicani : hæc vero omnia fidem ipsi indebant. Quid igitur Christus? Non permisit eam latere, sed in medium adduxit, et multis de causis illam manifestam esse voluit. Quamquam quidam stolidi dicant, hoc ipsum ideo fecisse, quod gloriam amaret. Cur enim, inquiunt, non permisit illam latere? Quid dicis, exsecrande? qui jubet tacere, qui sexcenta miracula prætercurrit, gloriam amat? Cur ergo illam in medium adducit? Primo solvit mulieris timorem, ne conscientiæ stimulis agitata, utpote quæ gratiam illam suffurata esset, scrupulo laboraret. Secundo, ipsam corrigit, quod se latere putaret. Tertio, fidem ejus omnibus notam reddit, ut alii eam imitarentur, neque minus signum edit, cum ostendit se omnia scire, quam cum fluxum sanguinis cohibet. Deinde archisynagogum, cujus fides periclitabatur, quo pacto omnia perdidisset, per mulierem illam confirmabat. Nam venerant qui dicerent: *Noli vexare magistrum; nam mortua est puella* (*Luc.* 8. 49). Qui autem in domo erant irridebant eum, quod diceret illam dormire; verisimileque erat patrem etiam quidpiam simile passum esse.

α'. Πάλιν τὰ φορτικώτερα τίθησι καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας· καὶ ὅπερ ἔμελλον ἀνθυποφέρειν [62], τοῦτο προλέγει. Ἵνα γὰρ μὴ ταῦτα ἀκούοντες λέγωσι· Διὰ [63] τοῦτο οὖν παραγέγονας, ὥστε καὶ ἡμᾶς ἀνελεῖν καὶ τοὺς ἡμῖν πειθομένους, καὶ πολέμου τὴν γῆν ἐμπλῆσαι [64]; πρότερον αὐτός φησιν· *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν*. Πῶς οὖν αὐτοῖς ἐπέταξεν εἰς ἑκάστην οἰκίαν εἰσιοῦσιν εἰρήνην ἐπιλέγειν; πῶς δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ἔλεγον, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*; πῶς δὲ καὶ οἱ προφῆται πάντες τοῦτο εὐηγγελίζοντο; Ὅτι τοῦτο μάλιστα εἰρήνη, ὅταν τὸ νενοσηκὸς ἀποτέμνηται, ὅταν τὸ στασιάζον χωρίζηται. Οὕτω γὰρ δυνατὸν τὸν οὐρανὸν τῇ γῇ συναφθῆναι. Ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς οὕτω τὸ λοιπὸν διασώζει σῶμα, ὅταν τὸ ἀνιάτως ἔχον ἐκτέμῃ· καὶ στρατηγὸς, ὅταν κακῶς ὁμονοοῦντας εἰς διάστασιν ἀγάγῃ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πύργου γέγονεν ἐκείνου· τὴν γὰρ κακὴν εἰρήνην ἡ καλὴ διαφωνία ἔλυσε, καὶ ἐποίησεν εἰρήνην. Οὕτω καὶ Παῦλος τοὺς κατ' αὐτοῦ συμφωνοῦντας διέσχισεν [65]. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ναβουθὲ πολέμου παντὸς τότε ἡ συμφωνία ἐκείνη χαλεπωτέρα γέγονεν. Οὐ γὰρ πανταχοῦ ὁμόνοια καλόν· ἐπεὶ καὶ λῃσταὶ συμφωνοῦσιν. Οὐκ ἄρα οὖν τῆς αὐτοῦ προθέσεως τὸ ἔργον, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ὁ πόλεμος. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐβούλετο πάντας ὁμονοεῖν εἰς τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνοι διεστασίαζον, πόλεμος γίνεται. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως· ἀλλὰ τί φησιν; *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην*, ἐκείνους παραμυθούμενος. Μὴ γὰρ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ὑμεῖς αἴτιοι τούτων· ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα κατασκευάζων, ἐπειδὴ οὕτω διάκεινται. Μὴ τοίνυν θορυβεῖσθε, ὡς παρὰ προσδοκίαν τῶν πραγμάτων γινομένων. Διὰ τοῦτο ἦλθον, ὥστε πόλεμον ἐμβαλεῖν· τοῦτο γὰρ ἐμόν ἐστι τὸ θέλημα. Μὴ τοίνυν θορυβεῖσθε πολεμουμένης [66], ὡς ἐπιβουλευομένης τῆς γῆς. Ὅταν γὰρ ἀποσχισθῇ τὸ χεῖρον, τότε λοιπὸν τῷ κρείττονι συνάπτεται ὁ οὐρανός. Ταῦτα δὲ λέγει, πρὸς τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν τῶν πολλῶν αὐτοὺς ἀλείφων. Καὶ οὐκ εἶπε, Πόλεμον, ἀλλ' ὃ [67] τούτου χαλεπώτερον ἦν, *Μάχαιραν*. Εἰ δὲ φορτικώτερον εἴρηται ταῦτα καὶ κακεμφάτως, μὴ θαυμάσῃς. Βουλόμενος γὰρ αὐτῶν γυμνάσαι τῇ τραχύτητι τῶν [398] ῥημάτων τὴν ἀκοὴν, ἵνα μὴ ἐν τῇ δυσκολίᾳ τῶν πραγμάτων ἀποπηδήσωσιν, οὕτω καὶ τὸν λόγον ἐσχημάτισε· ἵνα [68] μή τις λέγῃ, ὅτι κολακεύσας ἔπεισε καὶ τὰ δυσχερῆ κρύψας, διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἑτέρως ὀφείλοντα λεχθῆναι, ἐπαχθέστερον ἡρμήνευσε καὶ φορτικώτερον. Βέλτιον γὰρ ἐπὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἡμερότητα ἰδεῖν, ἢ ἐπὶ τῶν ῥημάτων. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ ἀναπλώσας αὐτὸ τοῦ πολέμου τὸ εἶδος, δείκνυσι καὶ τοῦτο [69] ἐμφυλίου πολλῷ χαλεπώτερον ὂν, καί φησιν· *Ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς*. Οὐ γὰρ φίλοι, φησὶν, οὐδὲ [70] πολῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενεῖς κατ' ἀλλήλων στήσονται, καὶ ἡ φύσις καθ' ἑαυτὴν [71] σχισθήσεται. *Ἦλθον* γὰρ, φησὶ, *διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς*. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐν τοῖς οἰκείοις ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἐν τοῖς φιλτάτοις καὶ τοῖς σφόδρα ἀναγκαίοις. Ὃ μάλιστα αὐτοῦ τὴν δύναμιν δείκνυσιν, ὅτι ταῦτα ἀκούοντες καὶ αὐτοὶ κατεδέχοντο, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθον. Καίτοιγε οὐκ αὐτὸς ταῦτα ἐποίει, ἀλλ' ἡ ἐκείνων πονηρία· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς ταῦτα λέγει ποιεῖν. Τοιοῦτον γὰρ τῆς Γραφῆς τὸ ἔθος. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησι [72]· *Δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν*. Καὶ ἐνταῦθα οὕτω [73] φησίν· ἵν', ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, μελετήσαντες ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις, μὴ θορυβῶνται ὀνειδιζόμενοι καὶ ὑβριζόμενοι. Εἰ δέ τινες φορτικὰ ταῦτα νομίζουσιν εἶναι, ἀναμνησθήτωσαν παλαιᾶς ἱστορίας. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις τοῦτο συνέβη, ὃ μάλιστα δείκνυσι τὴν Παλαιὰν τῇ Καινῇ συγγενῆ, καὶ τὸν ταῦτα λέγοντα τοῦτον ὄντα [74] τὸν καὶ ἐκεῖνα ἐπιτάξαντα. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ὅτε ἕκαστος τὸν πλησίον ἀνεῖλε, τότε αὐτοῖς τὴν ὀργὴν εἴασε· καὶ ὅτε τὸν μόσχον ἐποίησαν, καὶ ὅτε τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθησαν. Ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ λέγοντες, ὅτι Πονηρὸς ἐκεῖνος ὁ Θεὸς, οὗτος δὲ ἀγαθός; Ἰδοὺ γὰρ συγγενικῶν αἱμάτων τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. Ἀλλ' ὅμως πολλῆς καὶ τοῦτο φιλανθρωπίας ἔργον εἶναί φαμεν. Διὰ δὴ τοῦτο δεικνὺς αὐτὸν ὄντα τὸν καὶ ἐκεῖνα ἀποδεξάμενον, καὶ προφητείας μέμνηται, εἰ καὶ μὴ εἰς τοῦτο εἰρημένης, ἀλλ' ὅμως τὸ αὐτὸ ἐμφαινούσης. Τίς δὲ αὕτη ἐστίν; *Ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκειακοὶ αὐτοῦ*. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων τοιουτόν τι συνέβη. Ἦσαν γὰρ προφῆται καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ὁ δῆμος ἐσχίζετο, καὶ αἱ οἰκίαι διῃροῦντο· καὶ οἱ μὲν τούτοις ἐπίστευον, οἱ δὲ ἐκείνοις. Διὰ τοῦτο παραινεῖ ὁ προφήτης λέγων· *Μὴ πιστεύετε ἐν φίλοις, μηδὲ ἐλπίζετε ἐπὶ ἡγουμένοις· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξαι, τοῦ ἀναθέσθαι τι αὐτῇ·* καὶ [75], *Ἐχθροὶ τοῦ ἀνδρὸς οἱ ἄνδρες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, τὸν μέλλοντα δέχεσθαι τὸν λόγον πάντων ἀνώτερον εἶναι παρασκευάζων. Οὐ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν κακὸν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ἀποθανεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγε· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν*. Τοῦτο δὲ ἔλεγε, τὴν σφοδρότητα καὶ θερμότητα δηλῶν τῆς ἀγάπης, ἣν ἀπῄτει [399]. Ἐπειδὴ γὰρ [76] αὐτὸς [77] ἡμᾶς σφόδρα ἠγάπησεν, οὕτω καὶ ἀγαπᾶσθαι βούλεται παρ' ἡμῶν. Ταῦτα δὲ καὶ τούτους ἤλειφε τὰ ῥήματα, καὶ ὑψηλοτέρους ἐποίει. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μέλλουσι, φησὶ, συγγενῶν [78] καὶ παίδων καὶ γονέων καταφρονεῖν, ἐννόησον ὑμᾶς [79] τοὺς διδασκάλους ὁποίους εἶναι χρή. Οὐδὲ γὰρ μέχρις ὑμῶν τὰ δυσχερῆ στήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους διαβήσεται. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα κομίζων ἦλθον ἀγαθὰ, μεγάλην ἀπαιτῶ καὶ τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν διάθεσιν. *Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος*. Εἶδες ἀξίωμα Διδασκάλου; εἶδες πῶς δείκνυσιν ἑαυτὸν γνήσιον τοῦ γεγεννηκότος Υἱὸν, πάντα κελεύων ἀφεῖναι κάτω, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν αὐτοῦ προτιμᾶν; Καὶ τί λέγω, φησὶ, φίλους καὶ συγγενεῖς; Κἂν τὴν ψυχὴν τὴν σαυτοῦ προτιμήσῃς τῆς ἐμῆς ἀγάπης, πόῤῥω τῶν ἐμῶν ἕστηκας μαθητῶν. Τί οὖν; οὐκ ἐναντία ταῦτα τῇ Παλαιᾷ; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾴδοντα. Καὶ γὰρ ἐκεῖ τοὺς εἰδωλολατροῦντας οὐχὶ μισεῖν [80] μόνον, ἀλλὰ καὶ λιθάσαι κελεύει, καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ δὲ τούτους θαυμά-

[62] ἀνθυποστρέφειν Edd. [63] διά] καὶ διά E. [64] πληρῶσαι A. Mox πρότερος F. [65] διεῖλεν Edd. [66] ὡς πολεμουμένης Sav. Ben. favente Ge. [67] ὃ] add. πολλῷ F. [68] ἵνα] καὶ ἵνα Edd. [69] τοῦτο] τοῦ C. E. τοῦτον F. ὂν] Sic E. et corr. B. ἐστι C. cæteri ὄντα. [70] οὐδέ] καί D. [71] ἑαυτῆς D. F. Ep. [72] Καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φ. D. E. ἔδωκεν Edd. [73] καὶ ἐντ. οὕτω] οὕτω καὶ ἐντ. E. [74] τοῦτον ὄντα om. B. F. [75] καί·] ὅτι Edd. καὶ οἱ A. p. p. οἱ ἄνδρες om. B. οἱ om. E. [76] Verba καὶ θερμότητα desunt in meis, sed habet Ge. [77] αὐτός] οὕτως Mor. quem contra codd. et Verss. secutus est Montef. [78] συγγενῶν] Sic Edd. et Arm. καὶ γυναικῶν codd. et Ge. [79] ὑμᾶς] Sic codd. et Ge. ἡμᾶς Edd. [80] μισεῖν] Sic C. E. F. et Ge. vulgo μισεῖ.

## HOMILIA XXXV. al. XXXVI.

CAP. 10. v. 34. *Nolite putare quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium.* 35. *Veni enim separare hominem a patre suo, et filiam a matre sua, et nurum a socru sua:* 36. *et inimici hominis, domestici ejus.*

1. Rursum onerosiora profert, idque cum magna auctoritate: quodque alii objecturi erant, ille prædicit. Nam ne iis auditis dicerent: Ideone venisti, ut nos interficias cum iis qui nobis obsequuti sunt, et bellis terram repleas? ipse prior dicit: *Non veni pacem mittere in terram.* Cur ergo præcepit in domos singulas ingressos pacem dicere? cur et angeli dicebant, *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* (*Luc.* 2. 14)? cur prophetæ omnes idipsum prænuntiarunt? Quia illud maxime pax est, cum id, quod ægrotat, abscinditur, quando id, quod dissidet, separatur. Sic enim potest cælum cum terra jungi. Quandoquidem medicus sic reliquum corpus servat, cum id quod insanabile est, resecat; et dux, cum eos qui concordiam perniciosam inierant, ad dissensionem inducit. Sic et in illa turri factum est (*Gen.* 11): malam quippe concordiam bona discordia solvit, et pacem conciliavit. Sic et Paulus eos qui adversum se concordiam inierant, divisit (*Act.* 23. 6. 7). In Nabuthe vero concordia illa fuit omni bello deterior (3. *Reg.* 21). Neque enim concordia semper laudanda: nam et latrones inter se concordes sunt. Non igitur ex Christi proposito, sed ex illorum voluntate bellum movebatur. Ipse quippe volebat omnes in pia religione concordes esse: sed quia illi dissidebant, hinc bellum oriebatur. Sed non sic ille loquutus est: quid vero dicit? *Non veni pacem mittere*, ut illos consolaretur. Ne putetis, inquit, illorum vos causam esse, ego hæc dispono, quia illi sic affecti sunt. Ne turbemini igitur, quasi res præter exspectationem eveniant. Ideo veni, ut bellum moveam: hæc quippe mea est voluntas. Ne turbemini igitur cum terra quasi insidiis appetita in bella erumpet. Cum enim id quod deterius est separatum fuerit, tunc demum meliori parti conjungetur cælum. Hæc autem dicit, ut contra malam multorum[1] opinionem illos muniat. Neque dixit, Bellum, sed quod multo deterius est, *Gladium*. Si vero dicta hæc onerosa sint et dictu ingrata, ne mireris. Cum enim vellet eos hac verborum asperitate exercere, ne in rerum difficultatem ingressi resilirent, sic verba disposuit: ac ne quis diceret, eum ex lenocinio, et difficilia occultando, quæ volebat suasisse, ideo illa quæ alio modo dicenda videbantur, acerbiori et terribiliori modo explicavit. Melius enim est rerum quam verborum lenitatem videre. Ideoque neque hæc dixisse satis habuit, sed belli speciem explicans, ostendit illud civili bello multo gravius esse, aitque: *Veni separare hominem a patre suo, et filiam a matre sua, et nurum a socru sua.* Non enim amici et concives solum, inquit, sed et cognati alter contra alterum insurgent, et natura ipsa discindetur bello. *Veni enim*, inquit, *separare hominem a patre suo, et matrem a filia sua, et nurum a socru sua.* Neque enim inter domesticos simpliciter bellum erit, sed etiam inter amicissimos et majori necessitudine junctos. Id quod maxime ejus virtutem ostendit, quod illi talia audientes exciperent, aliisque suaderent. Quamquam non ipse hæc efficiebat, sed hominum nequitia; attamen ipse se dicit illa facere. Hic quippe mos est Scripturæ sacræ. Alibi enim dicit: Dedit illis Deus oculos, ut non viderent (*Isai.* 6. 9; *Ezech.* 12. 2; *Joan.* 12. 11. 40): sic et in hoc loco dicit: ut verba isthæc, quod superius dixi, secum reputantes, ne turbarentur, cum opprobriis et contumeliis impeterentur. Quod si qui hæc gravia existimant, in mentem revocent veterem historiam. Priscis enim temporibus hoc ipsum contigit, id quod maxime ostendit veteris legis cum nova affinitatem, eumdemque esse qui hæc dixit, et illa præcepit. Nam et apud Judæos cum quisque proximum suum occidit, tunc ille placatus est (*Exod.* 32. 27): et quando vitulum conflarunt, et quando Beelphegori initiati sunt (*Num.* 25. 5). Ubi sunt ergo qui dicunt, illum Deum malum, hunc bonum esse? Ecce namque cognatorum sanguine orbem replevit. Attamen benignitatis multæ hoc opus esse dicimus. Propterea ut ostendat se illa etiam approbare, prophetiam memorat, quæ non factum illud respicit, sed idipsum tamen declarat. Quænam illa est? *Inimici hominis domestici ejus.* Nam et apud Judæos quidpiam simile contigit. Erant enim prophetæ et pseudoprophetæ, ac populus dissidebat domusque dividebantur; et alii his credebant, alii aliis. Ideo monet propheta dicens: *Nolite credere amicis, nec sperare in ducibus: sed et a conjuge tua cave, neque illi assentiaris, quia inimici hominis sunt ipsi viri in ejus habitantes domo* (*Mich.* 7. 5. 6). Hæc autem dicebat, ut eum qui hoc verbum excepturus esset, omnibus superiorem redderet. Neque enim mori malum est, sed male mori. Idcirco dixit: *Ignem veni mittere in terram.* Hæc porro dicebat, ut ejus quem exigebat amoris fervorem ac vehementiam significaret. Quia enim ita nos vehementer amavit, sic a nobis vult amari. Hæc porro verba apostolos erigebant, sublimioresque reddebant. Nam si illi, aiebant, cognatos, filios, parentes despecturi sunt, cogita quales oporteat nos esse, qui doctores sumus. Neque enim dura et difficilia illa in vobis finem habebunt, sed et ad alios transibunt. Nam quia magna bona huc attuli, magnam exigo et obedientiam et affectum. 37. *Qui amat patrem et matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus.* 38. *Et qui non tollit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus.* Vidisti auctoritatem doctoris? vidisti quomodo ostendat seipsum genuinum Patris Filium, omnia jubens infra relinquere et caritatem ejus anteferre? Et quid dico, inquit, amicos et cognatos? Si animam tuam dilectioni meæ præferas, procul es a meis discipulis. Quid igitur? annon

[1] Quidam, *laborum*.

hæc contraria veteri legi sunt? Absit; imo illi valde consonant. Nam illic idololatras non modo odit, sed etiam lapidari jubet. Et in Deuteronomio veritatis cultores admirans ait : *Qui dicit patri vel matri, Non vidi te, et fratres suos non cognovit, et filios ignoravit, custodivit eloquia tua* (*Deut.* 33. 9). Quod si Paulus multa circa parentes præcipiat, et illis in omnibus obsequi jubeat, ne mireris : nam in illis solum obedire præcipit, quæ pietati non officiunt : sanctum quippe est in cæteris omnibus honore illos afficere. Cum autem plus quam par sit exigunt, non oportet illis obtemperare. Idcirco dicit Lucas : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem, et filios et fratres, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* 14. 26) : non simpliciter odio habere jubens, id enim admodum iniquum esset; sed si velit ut ames illum plus quam me, ea de causa odio habe illum. Id enim et amatum et amantem perderet.

2. Hoc porro dicebat, ut et filios fortiores, et patres, qui impedimento esse vellent, mansuetiores redderet. Etenim patres videntes ipsum tantam vim et potestatem habere, ut posset filios ab ipsis avellere, ne ea tentarent quæ fieri non poterant, destituri erant. Ideo filios solum alloquitur, missis patribus, quos ab inutili conatu revocat. Deinde ne illi indignarentur et ægre ferrent, vide quo sermonem deducat. Cum dixisset enim, *Qui non odit patrem et matrem*, addit, *Et animam suam*. Quid mihi allegas, inquit, parentes, fratres, sorores, uxorem? Nihil cuiquam conjunctius est anima, et tamen nisi eam odio habueris, contra quam velit amans omnia cedent. Neque simpliciter illam odio habere jussit, sed ita ut ad bella tradatur, ad pugnas, cædes, sanguinem. *Nam qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus*. Non dicit solum, ad mortem paratum esse oportet; sed ad mortem violentam; nec violentam modo, sed et ignominiosam. Nihilque adhuc de passione sua loquitur, ut in his interim instituti facilius ac lenius de illa loquentem audirent. Annon stupendum est illorum hæc audientium animam non avolasse a corpore, cum de tristibus solum agatur, bonorum vero spes tantum offeratur? Quomodo ergo non avolavit? Multa erat dicentis virtus, et audientium amor multus. Ideoque longe duriora et onerosiora audientes, quam magni illi viri Moyses et Jeremias, obtemperantes, nec repugnantes manebant. 39. *Qui invenit animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*. Viden' quantam jacturam faciant qui animam suam plus quam oportet diligant? quantumque lucrum eorum qui oderunt? Quia enim præcepta onerosa erant; nam contra parentes, filios, naturam, cognationem, orbem, ipsamque animam aciem instruere oportebat : utilitatem adjicit, quæ maxima certe erat. Hæc, inquit, non modo non nocebunt, sed et maxime juvabunt; his autem contraria nocebunt. Id ubique facit, ab iis quæ concupiscunt, inductionem parat. Cur non vis animam tuam despicere? Quia amas illam? Ob hoc ipsum ergo illam despice, et tunc illam maxime juvabis, teque vere amantem monstraveris. Et vide mihi prudentiam ineffabilem. Non enim in parentibus et filiis tantum moratur, sed in anima omnium carissima, ut quod de illa dicit, indubitatum maneat, et simul discant illos etiam multum lucri et utilitatis hinc accepturos esse, quandoquidem illud in omnium pretiosissima sibi anima contigit.

*Qui apostolos reciperent, quanta consequerentur bona.* — Hæc vero poterant homines inducere ad illos recipiendos qui sibi saluti esse valebant. Quis enim ita fortes strenuosque viros, qui quasi leones orbem percurrebant, qui ut alios servarent sua omnia contemnebant, non libenti animo suscepisset? Attamen aliam ponit mercedem, ostendens, se hospitio recipientem, quam receptum hac in re magis curare. Et primum quidem dat præmium, dicens : 40. *Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit*. Cui rei quid par umquam fuerit, Patrem nempe et Filium recipere? Aliam post hanc mercedem pollicetur; nam ait : 41. *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Supra pœnam interminatur iis qui non receperint; hic vero bonorum largitionem definit. Ut autem discas illum hos maxime curare, non dixit tantum, *Qui recipit prophetam*, vel, *Qui recipit justum*, sed adjicit, *In nomine prophetæ*, et, *In nomine justi*; id est, si non propter sæculare patrocinium, vel caducarum rerum causa, susceperit; sed quia propheta, vel quia justus est, mercedem prophetæ vel justi accipiet, vel quam par est accipere eum qui vel prophetam vel justum receperit, vel qualem propheta vel justus consequitur. Quod et Paulus dicebat : *Vestra abundantia ad illorum inopiam, ut illorum abundantia sit ad vestram inopiam* (2. *Cor.* 8. 14). Deinde ne quis paupertatem obtenderet, ait : 42. *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Etiamsi vel potum aquæ frigidæ dederis, in quo nulla impensa est, erit tibi reposita merces. Propter vos enim, qui recipitis, omnia facio.

3. Vidistin' quibusnam ad persuadendum usus, universas illis orbis domos aperuerit? Per omnia quippe ostendit omnes ipsis esse debitores : primo, cum dixit : *Dignus est operarius mercede sua* (*Matth.* 10. 10); secundo, quod nihil habentes et vacuos mittat; tertio, quod ad bella et pugnas pro suscipientibus mittat; quarto, quod signa operandi det potestatem; quinto, quod pacem, bonorum omnium causam, per os eorum in domos suscipientium inducat; sexto, quod graviora Sodomiticis interminetur iis qui non ipsos susceperint; septimo, quod ostendat, qui ipsos suscipiunt, et se et Patrem suscipere; octavo, quod prophetæ et justi mercedem promittat; nono, quod calici aquæ frigidæ magnam assignet mercedem. Horum unumquodque poterat illos attrahere. Quis enim, quæso, ducem videns mille vulneribus confossum et cruentatum, ac post multa tropæa ex bello redeuntem

ζων φησίν· *Ὁ λέγων τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, Οὐχ ἑώρακά σε, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἔγνω, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπέγνω, ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου.* Εἰ δὲ ὁ Παῦλος πολλὰ περὶ γονέων [81] διατάττεται, πάντα αὐτοῖς ὑπακούειν κελεύων, μὴ θαυμάσῃς· εἰς ἐκεῖνα γὰρ μόνον [82] φησὶν ὑπακούειν, ὅσα μὴ παραβλάπτει τὴν εὐσέβειαν. Καὶ γὰρ ὅσιον τὴν ἄλλην αὐτοῖς ἅπασαν ἀποδιδόναι τιμήν· ὅταν δὲ πλέον τῆς ὀφειλομένης ἀπαιτῶσιν, οὐ δεῖ πείθεσθαι. Διὰ τοῦτο ὁ Λουκᾶς φησιν· *Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ* [83], *οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι*· οὐχ ἁπλῶς μισῆσαι κελεύων, ἐπεὶ τοῦτο καὶ [84] σφόδρα παράνομον, ἀλλ' Ὅταν βούληται πλέον ἐμοῦ φιλεῖσθαι, μίσησον αὐτὸν κατὰ τοῦτο. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν φιλούμενον καὶ τὸν φιλοῦντα ἀπόλλυσι.

β'. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ τοὺς παῖδας ἀνδρειοτέρους ἐργαζόμενος, καὶ τοὺς πατέρας τοὺς μέλλοντας κωλύειν πρᾳοτέρους ποιῶν. Ὁρῶντες γὰρ, ὅτι τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει καὶ δύναμιν, ὡς ἀποσχίζειν αὐτῶν τὰ τέκνα, ἅτε ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες, καὶ ἀφίστασθαι ἔμελλον. Διὸ καὶ τούτους ἀφεὶς, πρὸς ἐκείνους ποιεῖται τὸν λόγον, τούτους παιδεύων [85] μὴ ἐπιχειρεῖν, ἅτε ἀμηχάνοις ἐπιχειροῦντας. Εἶτα ἵνα μὴ ἀγανακτῶσιν ἐκεῖνοι, μηδὲ δυσχεραίνωσιν, ὅρα ποῦ προάγει τὸν λόγον. Εἰπὼν γὰρ, *Ὃς οὐ μισεῖ πατέρα καὶ μητέρα*, ἐπήγαγε, *Καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.* Τί γάρ μοι λέγεις τοὺς γεγεννηκότας, φησὶ, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ γυναῖκα; Ψυχῆς οὐδὲν οἰκειότερον οὐδενί· ἀλλ' ὅμως ἐὰν μὴ καὶ ταύτην μισήσῃς, τἀναντία τοῦ φιλοῦντος ὑποστήσῃ πάντα. Καὶ [400] οὐδὲ ἁπλῶς αὐτὴν μισῆσαι ἐκέλευσεν, ἀλλ' ὥστε καὶ εἰς πόλεμον καὶ εἰς μάχας αὐτὴν ἐκδιδόναι, καὶ εἰς σφαγὰς καὶ αἵματα. *Ὃς γὰρ οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου* [86] *μαθητὴς εἶναι.* Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι πρὸς θάνατον δεῖ παρατετάχθαι, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς θάνατον βίαιον· καὶ οὐ πρὸς [87] βίαιον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπονείδιστον. Καὶ οὐδὲν οὐδέπω περὶ τοῦ οἰκείου διαλέγεται πάθους, ἵνα τέως ἐν τούτοις παιδευθέντες εὐκολώτερον τὸν περὶ ἐκείνου δέξωνται λόγον. Ἆρα οὐκ ἄξιον ἐκπλαγῆναι, πῶς ταῦτα ἀκουόντων αὐτῶν οὐκ ἀπέπτη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, πανταχοῦ τῶν μὲν λυπηρῶν ἐν χερσὶν ὄντων, τῶν δὲ χρηστῶν ἐν ἐλπίσι; Πῶς οὖν οὐκ ἀπέπτη; Πολλὴ καὶ ἡ τοῦ λέγοντος δύναμις ἦν, καὶ ἡ τῶν ἀκουόντων ἀγάπη. Διὸ πολλῷ φορτικώτερα καὶ ἐπαχθέστερα τῶν μεγάλων ἐκείνων ἀκούοντες ἀνδρῶν τῶν περὶ Μωϋσέα καὶ Ἱερεμίαν, ἔμενον πειθόμενοι καὶ οὐδὲν ἀντιλέγοντες. *Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, φησὶν, *ἀπολέσει αὐτὴν, καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.* Εἶδες πόσον τῶν παρὰ τὸ δέον φιλούντων τὸ βλάβος; πόσον τῶν μισούντων τὸ κέρδος; Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐπιτάγματα φορτικὰ ἦν, πρὸς γονέας, καὶ παῖδας, καὶ φύσιν, καὶ συγγένειαν, καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ψυχὴν κελεύοντος αὐτοὺς [88] παρατάττεσθαι, τίθησι καὶ τὸ ὄφελος, μέγιστον ὄν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐ βλάψει, φησὶ, ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσει τὰ μέγιστα, τἀναντία δὲ παραβλάψει· ὅπερ πανταχοῦ ποιεῖ, ἀφ' ὧν ἐπιθυμοῦσιν, ἀπὸ τούτων ἐνάγων. Διατί γὰρ οὐ βούλει καταφρονῆσαί σου τῆς ψυχῆς; Ἐπειδὴ φιλεῖς αὐτήν; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο καταφρόνησον, καὶ τότε αὐτὴν τὰ μέγιστα ὀνήσεις, καὶ τὰ τοῦ φιλοῦντος ἐπιδείξῃ. Καὶ σκόπει σύνεσιν ἄφατον. Οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν γονέων μόνον [89] γυμνάζει τὸν λόγον τοῦτον, οὐδὲ ἐπὶ τῶν παίδων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς πάντων οἰκειοτέρας ψυχῆς, ἵνα ἐκεῖνο ἐντεῦθεν ἀναμφισβήτητον γένηται, καὶ μάθωσιν ὅτι καὶ ἐκείνους οὕτω τὰ μέγιστα [90] ὠφελήσουσι, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τῆς πάντων ἀναγκαιοτέρας ψυχῆς τοῦτο συμβαίνει.

Ἱκανὰ μὲν οὖν ἦν καὶ ταῦτα πεῖσαι δέχεσθαι τοὺς μέλλοντας αὐτοὺς θεραπεύειν. Τίς γὰρ τοὺς οὕτω γενναίους καὶ ἀριστέας [91], καὶ καθάπερ λέοντας τὴν οἰκουμένην περιτρέχοντας, καὶ πάντων καταφρονοῦντας τῶν καθ' ἑαυτοὺς, ἵνα ἕτεροι σωθῶσιν, οὐκ ἂν ἐδέξατο προθυμίᾳ πάσῃ; Ἀλλ' ὅμως καὶ ἕτερον μισθὸν τίθησι, δεικνὺς ὅτι τῶν ξενοδοχούντων φροντίζει μᾶλλον ἐν τούτῳ, ἢ τῶν ξενιζομένων. Καὶ δίδωσι μὲν πρώτην τιμὴν, λέγων· *Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με*· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἴσον, τοῦ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ὑποδέχεσθαι; Ἐπαγγέλλεται δὲ μετὰ τούτου καὶ ἑτέραν ἀμοιβήν· *Ὁ δεχόμενος* γὰρ, φησὶ, *προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν* [401] *προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται.* Καὶ ἀνωτέρω μὲν κόλασιν ἀπειλεῖ τοῖς μὴ δεχομένοις· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἄνεσιν [92] ἀγαθῶν ὁρίζει. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι αὐτῶν [93] φροντίζει μᾶλλον, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, *Ὁ δεχόμενος προφήτην*, ἢ [94], *Ὁ δεχόμενος δίκαιον*, ἀλλ' ἐπήγαγεν, *Εἰς ὄνομα προφήτου*, καὶ, *Εἰς ὄνομα δικαίου*· τουτέστιν, Ἐὰν μὴ διὰ βιωτικὴν προστασίαν, μηδὲ δι' ἄλλο τι τῶν ἐπικήρων δέξηται, ἀλλ' ἐπειδὴ ἢ προφήτης ἐστὶν, ἢ δίκαιος, μισθὸν προφήτου καὶ μισθὸν δικαίου λήψεται· οἷον [95] εἰκὸς τὸν προφήτην ἢ δίκαιον δεξάμενον λαβεῖν· ἢ οἷον ἐκεῖνος μέλλει λαμβάνειν. Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα.* Εἶτα ἵνα μή τις πενίαν προβάληται [96], φησίν· *Ὃ ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ* [97] *μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν* [98], *οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.* Κἂν ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος [99] δῷς, ἔνθα οὐδὲν ἔστι δαπανῆσαι, καὶ τούτου κείσεταί σοι μισθός. Διὰ γὰρ ὑμᾶς ἅπαντα ποιῶ τοὺς δεχομένους.

γ'. Εἶδες δι' ὅσων ἔπεισε, καὶ τὰς οἰκίας αὐτοῖς ἀνέῳξε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; Καὶ γὰρ ἔδειξε διὰ πάντων ὀφειλέτας αὐτῶν ὄντας· πρῶτον, εἰπὼν, *Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ*· δεύτερον, τῷ μηδὲν ἔχοντας ἐκπέμψαι· τρίτον, τῷ εἰς πολέμους καὶ μάχας ὑπὲρ τῶν δεχομένων ἐκδοῦναι· τέταρτον, τῷ καὶ σημεῖα αὐτοῖς ἐγχειρίσαι· πέμπτον, τῷ τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν εἰρήνην διὰ τοῦ στόματος αὐτῶν εἰς τὰς τῶν δεχομένων εἰσαγαγεῖν [1] οἰκίας· ἕκτον, τῷ χαλεπώτερα Σοδόμων ἀπειλῆσαι τοῖς μὴ δεχομένοις αὐτούς· ἕβδομον, τῷ δεῖξαι καὶ αὐτὸν καὶ τὸν Πατέρα δεχομένους τοὺς ὑποδεχομένους αὐτούς· ὄγδοον, τῷ καὶ προφήτου καὶ δικαίου μισθὸν ἐπαγγείλασθαι [2]· ἔνατον, τῷ καὶ ποτηρίου ψυχροῦ μεγάλας ὑποσχέσθαι [3] τὰς ἀμοιβάς. Τούτων δὲ [4] ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς ἐπισπᾶ-

[81] διαλέγεται F. Deinde καὶ πάντα... κελεύει Edd. [82] μόνα Edd. [83] τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν D. E. [84] τοῦτο καὶ] καὶ τοῦτο E. καί deest in Edd. [85] τούτους π.] π. αὐτούς C. E. ἐπιχειρεῖν] add. κωλύειν iidem. Verba τούτους... ἐπιχειροῦντας desunt in F. [86] μου] add. φησί Edd. [87] πρός] add. θάνατον Edd. Non habent Ep. Ge. [88] αὐτοῦ Edd. [89] μόνον post παίδων rejicitur in Edd. [90] μέγιστα] add. κερδανοῦσι καί Mor. Ben. contra codd. et Verss. [91] ἀριστεύοντας Edd. καί ante ἀριστέας om. D. [92] ἀντίδοσιν F. [93] τούτων Edd. [94] ἢ] καί Edd. [95] οἷον] ἢ οἷον Edd. ἀντὶ τοῦ οἷον E. Mox ἢ ante οἷον om. F. [96] προβάλληται E. ἵνα μηδὲ πενίαν τις προβάλληται Edd. [97] ψυχροῦν B. F. [98] Desinit codex B. [99] ὕδατος om. F. Ep. [1] εἰσάγειν Edd. [2] ἐπαγγέλλεσθαι Edd. [3] ποτηρίου... ὑποσχέσθαι] Sic C. D. E. Arm. Sav. cæteri ποτήριον... ὑποδέχεσθαι. [4] δέ] δή Edd.

σασθαι. Τίς γάρ, εἰπέ μοι, στρατηγὸν μυρία τραύματα ἔχοντα καὶ ᾑμαγμένον ὁρῶν, καὶ μετὰ πολλὰ [5] τρόπαια ἀπὸ πολέμου καὶ παρατάξεως ἐπανιόντα, οὐκ ἂν ἐδέξατο, τὰς θύρας ἀναπετάσας τῆς οἰκίας ἁπάσης; [6] Καὶ τίς νῦν τοιοῦτος; φησί. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, καὶ προφήτου, καὶ δικαίου, ἵνα μάθης ὅτι οὐ τῇ ἀξίᾳ τοῦ παραγενομένου, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ τοῦ ξενίζοντος τὸν μισθὸν τίθησιν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ περὶ προφητῶν καὶ δικαίων καὶ μαθητῶν φησιν· ἀλλαχοῦ δὲ καὶ τοὺς σφόδρα ἀπεῤῥιμμένους ὑποδέχεσθαι κελεύει, καὶ τοὺς μὴ ὑποδεχομένους κολάζει. *Ἐφ' ὅσον γὰρ οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε*· καὶ τοὐναντίον πάλιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν λέγει. Κἂν γὰρ μηδὲν ᾖ κατορθῶν [402] τοιοῦτον, ἄνθρωπός ἐστι, τὸν αὐτόν σοι κόσμον οἰκῶν, τὸν αὐτὸν ἥλιον ὁρῶν, τὴν αὐτὴν ἔχων ψυχήν, τὸν αὐτὸν Δεσπότην, τῶν αὐτῶν σοι κεκοινωνηκὼς μυστηρίων, ἐπὶ τὸν αὐτόν σοι καλούμενος οὐρανόν, ἔχων μέγα δικαίωμα, τὴν πενίαν, καὶ τὸ δεῖσθαι τῆς ἀναγκαίας τροφῆς. Νῦν δὲ οἱ μὲν ἐξυπνίζοντες μετὰ αὐλῶν καὶ συρίγγων ἐν χειμῶνος ὥρᾳ, καὶ εἰκῆ καὶ μάτην ἐνοχλοῦντες, ξένια πολλὰ λαμβάνοντες παρὰ σοῦ ἀναχωροῦσι· καὶ οἱ χελιδόνας περιφέροντες, καὶ ἠσβολωμένοι, καὶ πάντας κακηγοροῦντες, μισθὸν τῆς τερατωδίας ταύτης λαμβάνουσιν. Ἂν δὲ προσέλθῃ πένης ἄρτου δεόμενος, μυρίαι κακηγορίαι καὶ διαβολαί, καὶ ἀργίας ἐγκλήματα, καὶ λοιδορίαι καὶ ὕβρεις καὶ σκώμματα· καὶ οὐ λογίζῃ πρὸς ἑαυτόν, ὅτι καὶ σὺ ἀργεῖς, καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ σοι δίδωσι. Μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι πράττεις τι καὶ αὐτός· ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δεῖξον, εἰ τῶν ἀναγκαίων τι ποιεῖς καὶ μεταχειρίζῃ [7]. Εἰ δὲ λέγεις μοι χρηματισμοὺς καὶ καπηλείας, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἐπιμέλειαν καὶ προσθήκην, εἴποιμι ἄν σοι καὶ αὐτός, ὅτι ταῦτα οὐκ ἂν εἴη ἔργα, ἀλλ' ἐλεημοσύνη, καὶ εὐχαί, καὶ τῶν ἀδικουμένων προστασίαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὧν ἐν ἀργίᾳ ζῶμεν διαπαντός. Ἀλλ' ὅμως ἡμῖν οὐδέποτε εἶπεν ὁ Θεός, Ἐπειδὴ ἀργεῖς, οὐκ ἀνάπτω σοι τὸν ἥλιον· ἐπειδὴ οὐδὲν πράττεις τῶν ἀναγκαίων, τὴν σελήνην σβεννύω, πηρῶ τὴν γαστέρα τῆς γῆς, κωλύω τὰς λίμνας, τὰς πηγάς, τοὺς ποταμούς, ἀφανίζω τὸν ἀέρα, ἐπέχω τοὺς ἐτησίους ὑετούς· ἀλλὰ πάντα μετὰ δαψιλείας ἡμῖν παρέχει. Ἐνίοις δὲ οὐ μόνον ἀργοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πονηρὰ πράττουσι τούτων χαρίζεται τὴν ἀπόλαυσιν. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς πένητα, καὶ εἴπῃς, Ἀποπνίγομαι ὅτι νέος ὢν οὗτος, ὑγιὴς [8], οὐδὲν ἔχων, βούλεται τρέφεσθαι ἀργῶν [9], οἰκέτης που καὶ δραπέτης ὤν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην καταλιπών· ταῦτα, ἅπερ εἶπον, εἰπὲ πρὸς ἑαυτόν, μᾶλλον δὲ ἐκείνῳ δὸς αὐτὰ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν πρὸς σέ, καὶ δικαιότερον ἐρεῖ, ὅτι Ἀποπνίγομαι, ὅτι ὑγιὴς ὢν ἀργεῖς, καὶ οὐδὲν πράττεις ὧν ἐπέταξεν ὁ Θεός, ἀλλὰ δραπετεύσας ἀπὸ τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ Δεσπότου, περιέρχῃ καθάπερ ἐν ἀλλοδαπῇ τῇ κακίᾳ διατρίβων, μεθύων, κραιπαλῶν, κλέπτων, ἁρπάζων, τὰς ἑτέρων ἀνατρέπων οἰκίας. Καὶ σὺ μὲν ὑπὲρ ἀργίας ἐγκαλεῖς· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ ἔργων πονηρῶν, ὅταν ἐπιβουλεύῃς, ὅταν ὀμνύῃς, ὅταν ψεύδῃ, ὅταν ἁρπάζῃς, ὅταν μυρία τοιαῦτα ποιῇς.

δ'. Ταῦτα δὲ [10] λέγω, οὐχὶ νομοθετῶν ἀργεῖν· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ σφόδρα βουλόμενος πάντας ἐν ἔργοις εἶναι· πᾶσαν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία· παρακαλῶ δὲ μὴ ἀνηλεεῖς [11] εἶναι, μηδὲ ὠμούς. Ἐπεὶ καὶ Παῦλος μυρία μεμψάμενος [403] καὶ εἰπών· *Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω*· οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ προσέθηκεν· *Ὑμεῖς δὲ μὴ ἐκκακήσητε τὸ καλὸν ποιοῦντες*. Καὶ μὴν ταῦτα ἐναντία ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐκέλευσας αὐτοὺς μὴ ἐσθίειν, πῶς ἡμῖν παραινεῖς διδόναι; Ναί, φησί· καὶ γὰρ [12] ἐκέλευσα αὐτοὺς ἀποστρέφεσθαι, καὶ μὴ ἀναμίγνυσθαι, καὶ πάλιν εἶπον· *Μὴ ἐχθροὺς ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε*· οὐκ ἐναντία νομοθετῶν, ἀλλὰ καὶ πάνυ συνᾴδοντα. Ἂν γὰρ [13] σὺ πρὸς ἔλεον ἕτοιμος ᾖς, κἀκεῖνος ταχέως ὁ πένης τῆς ἀργίας ἀπαλλαγήσεται, καὶ σὺ τῆς ὠμότητος. Ἀλλὰ ψεύδεται πολλὰ καὶ πλάττεται, φησίν. Ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ἄξιος ἐλεεῖσθαι, ὅτι εἰς τοιαύτην κατέπεσεν ἀνάγκην, ὡς καὶ τοιαῦτα ἀναισχυντεῖν. Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐλεοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὠμὰ ἐκεῖνα προστίθεμεν ῥήματα, Οὐκ ἔλαβες ἅπαξ καὶ δίς; λέγοντες. Τί οὖν; οὐ δεῖται τραφῆναι πάλιν, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐτράφη; Διατί μὴ καὶ τῇ σαυτοῦ γαστρὶ τούτους τιθεὶς τοὺς νόμους, καὶ λέγεις καὶ [14] πρὸς αὐτήν· Ἐνεπλήσθης χθὲς καὶ πρὸ τῆς χθές, μὴ [15] ζήτει νῦν; Ἀλλ' ἐκείνην μὲν καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον διαῤῥηγνύεις, τοῦτον δὲ καὶ τὰ σύμμετρα αἰτοῦντα [16] ἀποστρέφῃ, ὀφείλων διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐλεεῖν, ὅτι καθ' ἑκάστην ἀναγκάζεταί σοι προσιέναι τὴν ἡμέραν. Εἰ γὰρ καὶ μηδαμόθεν ἑτέρωθεν ἐπικάμπτῃ, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἔδει σε ἐλεεῖν· τῇ γὰρ τῆς πενίας ἀνάγκῃ [17] ταῦτα βιάζεται καὶ ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἐλεεῖς αὐτόν, ὅτι τοιαῦτα ἀκούων οὐκ αἰσχύνεται· ἡ γὰρ ἀνάγκη δυνατωτέρα. Σὺ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐλεεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκπομπεύεις· καὶ τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος λάθρα διδόναι, ἕστηκας δημοσιεύων τὸν προσελθόντα, καὶ ὀνειδίζων, ὑπὲρ ὧν ἐλεεῖν ἐχρῆν. Εἰ γὰρ μὴ βούλει δοῦναι, τί καὶ ἐγκαλεῖς, καὶ συντρίβεις τὴν ταλαίπωρον καὶ ἀθλίαν ψυχήν; Ἦλθεν ὡς εἰς λιμένα τὰς σὰς χεῖρας ἐπιζητῶν· τί κύματα ἐγείρεις, καὶ χαλεπώτερον τὸν χειμῶνα ἐργάζῃ; Τί καταγινώσκεις ἀνελευθερίαν; Μὴ γάρ, εἰ προσεδόκησε τοιαῦτα ἀκούσεσθαι, προσῆλθεν ἄν; Εἰ δὲ καὶ ταῦτα προειδὼς προσῆλθε, διὰ τοῦτο ἄξιον κἀκεῖνον ἐλεεῖν, καὶ τὴν σὴν φρίττειν ὠμότητα, ὅτι οὐδὲ οὕτως, ἀπαραίτητον ἐπικειμένην ὁρῶν ἀνάγκην, ἡμερώτερος γίνῃ, οὐδὲ [18] ἀρκεῖν αὐτῷ νομίζεις εἰς ἀπολογίαν τῆς ἀναισχυντίας τὸ τοῦ λιμοῦ δέος, ἀλλ' [19] ἀναισχυντίαν ἐγκαλεῖς· καίτοι μείζονα αὐτὸς ἠναισχύντησας πολλάκις, καὶ ὑπὲρ χαλεπῶν πραγμάτων. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ συγγνώμην ἡ ἀναισχυντία φέρει, ἡμεῖς δὲ πολλάκις κολάσεως ἄξια πράττοντες [20] ἀναιδευόμεθα· καὶ δέον ἐννοοῦντας ἐκεῖνα ταπεινοὺς γίνεσθαι, καὶ ἐπεμβαίνομεν τοῖς ταλαιπώροις τούτοις, καὶ φάρμακα αἰτοῦσι τραύματα προστίθεμεν [21]. Εἰ γὰρ μὴ βούλει δοῦναι, τί καὶ πλήττεις; εἰ μὴ βούλει χαρίσασθαι [22], τίνος ἕνεκεν καὶ ὑβρίζεις; Ἀλλ' οὐκ ἀνέχεται ἀποστῆναι ἑτέρως. Οὐκοῦν ὡς ἐκέλευσεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος, οὕτω ποίησον· *Ἀποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραΰτητι*. Οὐδὲ γὰρ ἑκὼν τοσαῦτα ἀναισχυντεῖ. Οὐδὲ [23] γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, [404] ἄνθρωπος βουλόμενος ἁπλῶς καταισχύνεσθαι [24]· κἂν μυρία τινὲς φιλονεικήσωσιν, οὐκ ἂν [25] ἀνασχοίμην ἐγὼ πεισθῆναί ποτε, ὅτι ἄνθρωπος ἐν ἀφθονίᾳ ζῶν ἕλοιτο ἂν ἐπαιτεῖν. Μηδεὶς τοίνυν ἡμᾶς παραλογιζέσθω. Ἀλλὰ κἂν λέγῃ Παῦλος· *Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω*, πρὸς ἐκείνους λέγει· πρὸς δὲ ἡμᾶς οὐ τοῦτο [26] λέγει, ἀλλὰ τοὐναντίον· *Τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακεῖτε* [27]. Οὕτω καὶ ἐν οἰκίᾳ ποιοῦμεν ἡμεῖς· ὅταν δύο τινὲς μάχωνται πρὸς ἀλλήλους, κατ' ἰδίαν ἕκαστον λαβόντες τἀναντία παραινοῦμεν. Τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησε, καὶ Μωϋσῆς. Πρὸς μὲν γὰρ τὸν Θεὸν ἔλεγεν· *Εἰ μὲν*

[5] τὰ πολλά Edd. πολλά om. D. [6] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ ἐλεημοσύνης και συμπαθείας τῆς εἰς τοὺς δεομένους. A. [7] μεταχειρίζεις A. D. [8] καὶ ὑγιής A. F. [9] ἀργός A. C. ἀργὸς ὢν Florileg. p. 358. (Tom. XII. p. 593 A.) ἀργός, ὢν οἰκέτης που καὶ δραπέτης, καί D. ἀργὸς ὢν που καὶ δραπέτης, καί F. [10] δέ om. E. οὐχί] οὐ Edd. [11] ἀνελεεῖς A. D. F. [12] γάρ om. E. [13] σύ] καὶ σύ A. C. D. F. [14] καί om. E. Flor. Verba καὶ πρὸς αὐτήν non leguntur in Edd. [15] μή] καὶ μή Edd. [16] ἀπαιτοῦντα Edd. [17] τῇ... ἀνάγκῃ] ἡ... ἀνάγκη A. D. F. [18] οὐδέ] add. γάρ Edd. plena post γίνῃ distinctione facta. [19] ἀλλ'] ἀλλὰ καί A. [20] πράττοντες om. D. F. [21] προστιθέαμεν Edd. [22] χαρίζεσθαι Edd. [23] Οὐδέ] Οὐ F. p. p. οὐκ ἔστιν om. E. [24] αἰσχύνεσθαι Edd. [25] ἄν om. A. F. [26] τοῦτο om. A. D. F. [27] ἐκκακῆτε F.

januis domus omnibus apertis non receperit? Et quis ille talis? inquies. Ideo adjecit, *In nomine prophetæ*, vel *discipuli*, vel *justi*, ut discas ipsum non ex dignitate accedentis, sed ex voluntate suscipientis hospitio, mercedem statuere. Nam hic de prophetis, de discipulis et de justis agit; alibi vero etiam admodum abjectos suscipere jubet, eosque qui non suscipiunt castigat: nam *In quantum non fecistis uni ex his minimis, neque mihi fecistis* (*Matth.* 25. 45); et e contrario rursum. Etiamsi enim ille nihil grande fecerit, homo tamen est et mundum eumdem habitat, eumdem solem respicit, eamdem habet animam, eumdem Dominum, eorumdem tecum mysteriorum consors est, ad idem cælum vocatur, jus grande habens, paupertatem, et quod necessario cibo egeat. Nunc autem qui te cum tibiis et fistulis hyemis tempore excitant, et frustra temereque tibi molestiam creant, multis tamen a te ornati muneribus recedunt; et qui hirundines circumferunt, fuligine obducti, qui scommata et maledicta in omnes conjiciunt, portentosæ consuetudinis mercedem accipiunt. Si vero pauper egens pane accedat, mille illum maledictis, opprobriis, criminibus oneras, otiositatem exprobras, nec cogitas te quoque otiosum esse, et tamen Deum tibi munera et dona præbere. Ne mihi enim dixeris, te aliquid operari; sed mihi demonstra, te aliquid necessarium facere et tractare. Sin mihi dixeris te negotia pecuniaria et cauponariam exercere, necnon studium curandæ et augendæ rei familiaris, respondebo tibi hæc non esse opera, sed vere opera esse eleemosynam, orationem, læsorum patrocinium et similia, in quorum incuria vitam perpetuo agimus. Attamen numquam dixit nobis Deus, Quia in otio degis, non accendam tibi solem; quia ex necessariis nihil exsequeris, lunam tibi exstinguam, terræ uterum sterilem reddam, retinebo stagna, fontes, flumina, delebo aerem, pluvias annuas detinebo: verum omnia ille nobis abundanter suppeditat. Quibusdam vero non solum in otio degentibus, sed etiam male operantibus, hæc affatim largitur. Cum igitur pauperem videris dixèrisque, Præfocor, cum video hunc juvenem, bene valentem, nihil habentem, velle otioso sibi alimenta suppeditari; forte servus fugitivus est qui herum suum reliquit: hæc ipsa tibi dicito, imo da illi hæc tibi dicendi libertatem, justiusque dicet tibi: Præfocor, cum video te, sanus cum sis, in otio degere, nec quidquam eorum quæ tibi Deus præcepit exsequi, sed a Domini præceptis fugitivum circumire in nequitia, quasi in aliena terra vitam agentem, ebriosum, crapulæ deditum, furem, raptorem, alienas subvertentem domos. Tu me de otio accusas, ego te de pravis operibus, quando insidiaris, juras, mentiris, rapis, innumeraque hujuscemodi operaris.

4. *Eleemosyna eroganda. Vanæ causationes redarguuntur.*—Hæc autem dico non quod otiosos lege confirmem: absit; omnes quippe operari cupio: desidia enim omne vitium edocet; sed rogo ne duri vel inhumani sitis. Quandoquidem Paulus multa conquestus, cum dixisset, *Si quis non vult operari, nec manducet* (2. *Thess.* 3. 10): non hic finem dicendi fecit, sed adjecit: *Vos autem non deficiatis bonum facientes* (*Ibid. v.* 13). Atqui hæc contraria sunt. Si enim præcepisti ne comedant otiosi, cur nos ad dandum hortaris? Etiam, inquit, jussi illos aversari, nec se miscere cum illis, rursumque dixi, *Ne illos inimicos putetis, sed admonete* (*Ibid. v.* 15): non contraria præcipiens, sed admodum consona. Nam si tu ad eleemosynam erogandam sis paratus, cito pauper ille ab otio discedet, et tu ab inhumanitate. At mentitur, inquies, et multa confingit. Sed hinc dignus misericordia est, quod ad tantam redactus sit egestatem, ut impudenter agere cogatur. Nos vero non modo non misericordia movemur, sed et inhumana illa verba proferimus, dicentes: Annon semel et bis accepisti? Quid igitur? annon eget cibo iterum qui semel cibum accepit? Cur non ventri quoque tuo hasce ponis leges, nec dicis: Repletus fuisti heri et nudius tertius, ne quæras amplius? Imo illum supra mensuram replendo dirumpis, hunc vero modica petentem aversaris, cum par esset ejus vel hoc ipso misereri, quod quotidie te cogatur adire. Etiamsi non aliunde flectaris, ideo illius te misereri oporteret. Paupertatis enim necessitas vi ad hæc agenda impellit. Neque miseraris ipsum quia talia audiens non erubescit; necessitas enim prævalet. Tu vero non modo non miseraris; sed etiam traducis illum: Deoque jubente clam erogare (*Matth.* 6. 4), stas accedentem probris publice impetens, cum miserari illum oporteret. Nam si dare non vis, cur calamitosam et miseram animam accusas et atteris? Venit quasi ad portum ad manus tuas; cur fluctus excitas, et graviorem tempestatem efficis? cur illiberalitatem damnas? Num venisset si talia se auditurum exspectasset? Quod si id prævidens accessit, ideo par est et illum miserari, et tuam horrere inhumanitatem, quoniam ne quidem, cum urgentem vides necessitatem, mansuetior evadis. Neque enim sufficere ipsi putas, ad excusationem impudentiæ, famis timorem, sed impudentiam arguis, qui forte sæpe impudentius egisti in rebus gravioribus. Nam hic certe impudentia veniam affert: nos vero sæpe supplicio digna facientes impudenter agimus; et cum, hæc cogitantes, humiles esse oporteret, in miseros illos insurgimus, ac remedia petentibus vulnera adjicimus. Nam si dare non vis, cur cædis? si largiri non vis, cur probro afficis? Sed ille non vult alio modo discedere. Sic ergo fac ut ille sapiens jussit: *Responde illi pacifice cum mansuetudine* (*Eccli.* 4. 8). Neque enim lubens sic impudenter agit. Nullus quippe est, nullus est homo, qui sine causa velit turpiter agere. Etiamsi enim quidam millies contradicant, numquam adducar ut credam hominem in copia rerum viventem emendicare. Nemo itaque nos falsis rationibus decipiat. Sed etiamsi dicat Paulus: *Si quis laborare non velit, nec manducet* (2. *Thess.* 3. 10); illos certe Paulus alloquitur, non nos; imo contra: *Bonum facientes non despiciatis* (*Ibid. v.* 13). Sic domi nos facimus: cum duos videmus litigantes, seorsim sin-

gulos accipientes contraria cohortamur. Sic et Deus fecit et Moyses quoque: nam Deo dicebat: *Si quidem dimittis peccatum ipsis, dimitte; sin minus, et me dele* (*Exod.* 32. 31. 32); illis vero præcepit, ut sese mutuo occiderent, atque cognatos omnes. Atqui illa contraria erant, et tamen ad eumdem finem ambo respiciebant. Rursum Deus Moysi, Judæis audientibus dicebat: *Dimitte me, et conteram populum.* Etiamsi enim non adessent, cum Deus hæc diceret, at hæc postea audituri erant; seorsim vero his contraria mandat. Et hæc Moyses postea coactus dixit his verbis: *Numquid ego illos in utero concepi, quia dicis mihi, Gesta eos sicut gestat nutrix lactentem in sinu suo* (*Num.* 11. 12)? Hæc in domibus quoque fieri solent. Etenim sæpe pater pædagogum, qui filium corripuit, seorsum increpat his verbis, Ne sis durus et asper; puero autem contraria dicit: Etiamsi te injuste corrigat, id tolera; ex contrariis unum et quidem utile parans. Ita quoque Paulus bene valentibus mendicis dicebat: *Si quis non vult laborare, nec manducet* (2. *Thess.* 3. 10); ut ad opus illos excitaret; iis vero qui eleemosynam erogare possent: *Vos autem benefacientes ne deficiatis;* ut illos ad eleemosynam impelleret. Sic cum eos qui ex gentilibus ad fidem accesserant, in Epistola ad Romanos (*Cap.* 11. *v.* 17) hortabatur, ne contra Judæos altum saperent, oleastrum in medium adducit, alia his, alia illis dicere videtur. Ne itaque in crudelitatem incidamus; sed audiamus Paulum dicentem: *Bonum facientes ne deficiatis.* Audiamus Servatorem dicentem: *Omni petenti te da* (*Matth.* 5. 42); et, *Estote misericordes, sicut Pater vester* (*Luc.* 6. 36). Etsi multa dixerit, nusquam tamen hoc posuit, nisi cum de misericordibus diceret. Nihil enim ita nos æquales Deo facit, ut si beneficia præstemus.

5. *Pauperes a crimine impudentiæ vindicantur. Quomodo sint excipiendi.* — At nihil impudentius, inquies, paupere. Cur? quæso: an quia accurrens clamat? Vis ostendam nos illis multo esse impudentiores? In mentem revoca, quoties jejunii tempore, mensa vespere apposita, vocatoque ministro, si tardius incederet, omnia evertisti, calcibus obstrepens, convicia et probra efferens pro parva mora; etsi noris te quamvis non statim, post tantillum tamen temporis large comesturum esse. Atqui te ipsum, qui pro re minima ferocis, non impudentem vocas, pauperem vero, qui de re majori metuit et tremit (non enim moram, sed famem timet), vocas petulantem et impudentem, ac turpissima in illum omnia congeris? Annon id extremæ est impudentiæ? Verum hæc non in mente versamus, ideoque illos molestos dicimus: quod si quæ nostra sunt exploraremus, conferremusque cum factis eorum, non illos molestos arbitraremur esse. Noli igitur esse judex acerbus. Nam etiamsi omnibus peccatis vacuus esses, lex tamen Dei non tibi permisit aliorum facta sic accurate rimari. Nam si Pharisæus ille ideo periit (*Luc.* 18), quam nos excusationem habebimus? Si iis qui probe gestis ornantur non permittit aliorum facta acerbe explorare, multo minus peccatoribus. Ne itaque inhumani simus, ne inexorabiles, ne immites, ne feris pejores. Multos quippe novi in tantam processisse feritatem, ut ex desidia famelicos spernant, hæc proferentes verba, Non adest servus, procul ædibus sumus: nullus trapezita mihi notus est. O crudelitatem! Quod majus erat effecisti, et quod minus est non perficis? ne tu plusculum incedas, ille fame perit? O contumeliam! o superbiam! Nam si decem stadiis eundum, an pigrum esse oportuit? non cogitas ita majorem tibi mercedem parari? Nam cum largiris, doni tantum mercedem accipis; et cum iter suscipis, hujus quoque rei præmium repositum est. Nam ideo patriarcham miramur, quia cum trecentos decem et octo vernas haberet, ad boves contendit, ac vitulum abripuit (*Gen.* 18. 7). Nunc vero quidam tanto sunt fastu repleti, ut non vereantur hæc famulorum opera facere. An mea ipsa opera id facere jubes, inquies, annon videbor inanem gloriam aucupari? Atqui nunc per aliud vanæ gloriæ genus id facis, quia te pudet cum paupere loquentem videri. Verum nihil hac de re diligentius perquiram; da saltem, vel per te, vel per alium, ne accuses pauperem, ne cædas, ne convicieris; remediis enim, non vulneribus, opus habet is qui accedit; misericordia, non gladio. Si quis, quæso, lapide percussus et in capite vulneratus, cæteris relictis ad te accurreret sanguine perfusus, num altero illum lapide impetens aliud ipse adjiceres vulnus? Non credo utique, sed tentares illi remedium afferre. Cur ergo circa pauperes contrarium facis? An nescis quantum possit oratio vel levare vel dejicere? *Melior* enim *est*, inquit, *sermo quam donum* (*Eccli.* 18. 16). Non tecum reputas, te tibi ipsi gladium admovere, teque vulnus vehementius accipere, cum ille convicio affectus recesserit, dum silens ingemit, et multum lacrymatur? Nam a Deo ad te mittitur. Cogita ergo, dum illi conviciaris, ad quem transferas convicium, cum Deus ad te mittat, et erogare jubeat, tu vero non modo non des, sed et accedentem conviciis impetas? Si porro absurditatis magnitudinem ignoras, in hominibus id considera, et tunc peccati gravitatem agnosces. Si enim servus tuus a te ad alium servum missus, de manu illius argentum tuum accepturus, non modo vacuis manibus rediret, sed etiam injuriis lacessitus, quid non contra convicianteem faceres? quas non exigeres pœnas, cum tu ipse contumelia affectus esses? Sic de Deo cogita: ipse namque est qui ad nos mittit pauperes, et quæ ipsius sunt largimur, si damus. Quod si negato dono etiam contumelia affectos remittamus, cogita quibus fulminibus dignum opus edimus. Hæc itaque omnia cogitantes, et linguam frenemus, et inhumanitatem pellamus, et manus ad eleemosynam extendamus: neque pecuniis solum, sed etiam verbis egenos consolemur, ut et contumeliarum pœnam fugiamus, et ex benedictione et eleemosyna regnum obtineamus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[28] *αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· ἐπεὶ κἀμὲ ἐξ-*
*ον*· αὐτοῖς δὲ ἐκέλευε κατασφάττειν ἀλλήλους καὶ
:ροσήκοντας ἅπαντας. Καίτοι ταῦτα ἐναντία ἐστὶν,
μως εἰς ἓν ἀμφότερα ἔβλεπε τέλος. Πάλιν ὁ Θεὸς
ν Μωϋσεῖ, Ἰουδαίων ἀκουόντων, ἔλεγεν· *Ἄφες*
*ιὶ ἐκτρίψω τὸν λαόν* (εἰ γὰρ καὶ μὴ παρῆσαν,
λέγοντος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔμελλον αὐτὰ ἀκούσεσθαι
ν)· κατ' ἰδίαν δὲ τἀναντία τούτων αὐτῷ παραινεῖ.
αὐτὰ Μωϋσῆς ἀναγκασθεὶς ὕστερον ἐξελάλησεν,
έγων· *Μὴ γὰρ ἐγὼ αὐτοὺς ἐν γαστρὶ ἔλαβον,*
*γεις μοι, Ἆρον* [29] *αὐτοὺς, ὡς ἂν ἄρῃ τιθηνὸς τὸν*
*όντα εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς;* Ταῦτα καὶ ἐν οἰ-
γίνεται· καὶ πολλάκις πατὴρ τῷ μὲν παιδαγωγῷ
ιδα ὑβρίσαντι κατ' ἰδίαν ἐπιτιμᾷ λέγων· Μὴ ἔσο
;, μηδὲ σκληρός· τῷ δὲ νέῳ τὰ ἐναντία λέγει· Κἂν
; ὑβρίζῃ, φέρε· ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἕν τι [30] χρήσιμον
ων. Οὕτω καὶ Παῦλος, τοῖς μὲν ὑγιαίνουσι καὶ προσ-
ιν ἔλεγεν· *Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέ-*
*ε* αὐτοὺς εἰς ἔργον ἐμβάλῃ· τοῖς δὲ ἐλεεῖν δυναμέ-
*Ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακήσητε* [31],
τοὺς εἰς ἐλεημοσύνην ἀγάγῃ. Οὕτω καὶ ἡνίκα τοῖς
ὧν παρῄνει ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ μὴ
ρρονεῖν κατὰ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν ἀγριελαίαν
αγεν εἰς μέσον, καὶ ἄλλα μὲν τούτοις, ἄλλα δὲ
:ς φαίνεται λέγων. Μὴ τοίνυν εἰς ὠμότητα ἐκπέ-
, ἀλλ' ἀκούσωμεν Παύλου λέγοντος· *Τὸ καλὸν*
*ντες μὴ ἐκκακεῖτε* [32]· ἀκούσωμεν τοῦ Δεσπότου
ος· *Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου*· καὶ, *Γίνεσθε*
*μονες ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν.* Καίτοι πολλὰ εἰπὼν,
οῦ τοῦτο τέθεικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν οἰκτιρμῶν μόνον.
γὰρ ἡμᾶς ἴσους Θεῷ ποιεῖ, ὡς τὸ εὐεργετεῖν.
Ἀλλ' οὐδὲν ἀναιδέστερον, φησὶ, πένητος. Διατί [33];
αλῶ· ὅτι ἐπιτρέχων καταβοᾷ; Βούλει οὖν δείξω,
είνων ἡμεῖς ἐσμεν ἀναισχυντότεροι, καὶ σφόδρα
ἴς; Ἀναμνήσθητί μοι νῦν ἐν καιρῷ τῆς νηστείας,
ς τραπέζης παρακειμένης ἐν ἑσπέρᾳ, τὸν [34]
τοῦντα οἰκέτην καλέσας, ἵνα σχολαιότερον βαδίσῃ,
ἀνέτρεψας, λακτίζων, ὑβρίζων, λοιδορούμενος,
ναβολῆς μόνον μικρᾶς· [405] καίτοι σφόδρα εἰδὼς,
ν μὴ εὐθέως, ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον ἀπολαύσῃ τῆς
;. Εἶτα σαυτὸν μὲν ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ἐκθηριού-
οὐ καλεῖς ἀναίσχυντον, τὸν δὲ πένητα τὸν ὑπὲρ
ιιζόνων δεδοικότα καὶ τρέμοντα (οὐδὲ γὰρ περὶ
ιεως, ἀλλὰ περὶ λιμοῦ πᾶς ὁ φόβος αὐτῷ), τοῦτον
ιμὸν, καὶ ἀναιδῆ, καὶ ἀναίσχυντον, καὶ πάντα
εῖς τὰ αἴσχιστα; Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης τοῦτο
υντίας; Ἀλλ' οὐκ ἐννοοῦμεν ταῦτα· διὰ τοῦτο
ς ἐπαχθεῖς εἶναι νομίζομεν· ὡς εἴ γε τὰ ἡμέτερα
ομεν καὶ παρεβάλλομεν τοῖς ἐκείνων, οὐκ ἂν αὐ-
ομίσαμεν εἶναι φορτικούς. Μὴ δὴ γίνου [35] πι-
ικαστής. Καὶ γὰρ εἰ πάντων ἁμαρτημάτων ἧς
ιγμένος, οὐδὲ οὕτω σοι ἐπέτρεπεν ὁ τοῦ Θεοῦ
ἀκριβὴ γενέσθαι ἐξεταστὴν τῶν ἀλλοτρίων. Εἰ
Φαρισαῖος διὰ τοῦτο ἀπώλετο, ποίας τευξόμεθα
ίας ἡμεῖς; Εἰ τοῖς [36] κατωρθωκόσιν οὐκ ἐπιτρέ-
κρῶς ἐξετάζειν τὰ ἑτέρων, πολλῷ μᾶλλον τοῖς
όσι. Μὴ τοίνυν ὠμοὶ, μηδὲ ἀπηνεῖς, μὴ [37] ἄστορ-
ἄσπονδοι, μὴ θηρίων χείρους ὦμεν. Καὶ γὰρ πολ-

α'. Τὸ μὲν γὰρ [16] κατὰ τοὺς μαθητὰς Ἰωάννου ᾠκονομήθη καλῶς, καὶ βεβαιωθέντες ἀπῆλθον ἀπὸ τῶν παραυτίκα γενομένων σημείων· ἔδει δὲ λοιπὸν καὶ τὰ πρὸς τὸν δῆμον ἰάσασθαι. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν τοιοῦτον ὑπώπτευσαν περὶ τοῦ ἑαυτῶν διδασκάλου· ὁ δὲ πολὺς ὄχλος ἐκ τῆς ἐρωτήσεως τῶν Ἰωάννου μαθητῶν πολλὰ ἂν ἄτοπα ὑπενόησεν, οὐκ εἰδὼς τὴν γνώμην μεθ' ἧς ἔπεμψε τοὺς μαθητάς. Καὶ εἰκὸς ἦν διαλογίζεσθαι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λέγειν· Ὁ τοσαῦτα μαρτυρήσας μετεπείσθη νῦν, καὶ ἀμφιβάλλει εἴτε οὗτος, εἴτε ἕτερος εἴη ὁ ἐρχόμενος; ἆρα μὴ στασιάζων πρὸς τὸν Ἰησοῦν ταῦτα λέγει; ἆρα μὴ δειλότερος ὑπὸ τοῦ δεσμωτηρίου γενόμενος; ἆρα μὴ μάτην καὶ εἰκῆ τὰ πρότερα εἴρηκεν; Ἐπεὶ οὖν πολλὰ τοιαῦτα εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑποπτεύειν, ὅρα πῶς αὐτῶν διορθοῦται τὴν ἀσθένειαν, καὶ ταύτας ἀναιρεῖ τὰς ὑποψίας. *Πορευομένων* γὰρ *αὐτῶν, ἤρξατο λέγειν τοῖς ὄχλοις*. Διατί, πορευομένων αὐτῶν; Ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν τὸν ἄνθρωπον. Διορθούμενος δὲ τὸν δῆμον, οὐκ ἄγει εἰς μέσον αὐτῶν τὴν ὑπόνοιαν, ἀλλὰ τὴν λύσιν μόνον ἐπάγει τῶν κατὰ διάνοιαν θορυβούντων αὐτοὺς λογισμῶν, δεικνὺς ὅτι ᾔδει τὰ ἀπόῤῥητα ἁπάντων [17]. Οὐδὲ γὰρ λέγει καθάπερ πρὸς Ἰουδαίους· *Τί ἐνθυμεῖσθε πονηρά;* Εἰ γὰρ καὶ ἐνενόησαν, οὐκ ἀπὸ πονηρίας ἐλογίζοντο ταῦτα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν εἰρημένων ἀγνοίας [18]. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιπληκτικῶς αὐτοῖς διαλέγεται, ἀλλὰ διορθοῦται αὐτῶν μόνον τὴν διάνοιαν, καὶ ἀπολογεῖται ὑπὲρ Ἰωάννου· καὶ δείκνυσιν ὅτι οὐ μετέπεσε τῆς προτέρας δόξης, οὐδὲ μεταβέβληται. Οὐδὲ γάρ ἐστιν εὔκολος ἄνθρωπος καὶ εὐρίπιστος, ἀλλὰ πεπηγὼς καὶ βέβαιος, καὶ οὐ τοιοῦτος, ὡς καὶ προδοῦναι τὰ ἐμπεπιστευμένα. Ταῦτα δὲ κατασκευάζων, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας ἀποφάσεως εὐθέως, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκείνων πρότερον ταῦτα κατασκευάζει μαρτυρίας· οὐ δι' ὧν εἶπον μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἔπραξαν, δεικνὺς [19] αὐτοὺς μαρτυροῦντας αὐτοῦ τῇ στεῤῥότητι. Διό φησι· *Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν;* Ὡσανεὶ ἔλεγε· Διατί τὰς πόλεις ἀφέντες καὶ τὰς οἰκίας, συνήλθετε εἰς τὴν [415] ἔρημον ἅπαντες; ἵνα οἰκτρόν τινα ἴδητε καὶ εὔκολον ἄνθρωπον; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι λόγον. Οὐ γὰρ τοῦτο δείκνυσιν ἡ σπουδὴ ἐκείνη, καὶ τὸ πάντας συντρέχειν [20] εἰς τὴν ἔρημον. Οὐ γὰρ ἂν δῆμος τοσοῦτος καὶ πόλεις τοσαῦται μετὰ τοσαύτης προθυμίας εἰς τὴν ἔρημον καὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἐξεχύθησαν τότε [21], εἰ μὴ μέγαν τινὰ καὶ θαυμαστὸν καὶ πέτρας στεῤῥότερον ὄψεσθαι προσεδοκήσατε. Οὐ γὰρ δὴ κάλαμον ἐξήλθετε ἰδεῖν, ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον· οἱ γὰρ εὔκολοι, καὶ ῥᾳδίως περιφερόμενοι, καὶ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα λέγοντες, καὶ ἐπὶ μηδενὸς ἑστῶτες, τούτῳ μάλιστα ἐοίκασι. Καὶ ὅρα πῶς πᾶσαν πονηρίαν ἀφεὶς, ταύτην τίθησι τὴν μάλιστα ὑφορμοῦσαν [22] αὐτοῖς τότε, καὶ ἀναιρεῖ τὴν τῆς εὐκολίας ὑπόθεσιν· *Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.* Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι οἴκοθεν οὐκ ἦν εὐρίπιστος· καὶ τοῦτο [23] ἐδηλώσατε διὰ τῆς σπουδῆς ὑμεῖς. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὡς στεῤῥὸς μὲν ἦν, τρυφῇ δὲ δουλεύσας ὕστερον χαῦνος γέγονε. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν οἴκοθέν εἰσι τοιοῦτοι, οἱ δὲ γίνονται· οἷον, ὁ μέν ἐστιν ὀργίλος φύσει, ὁ δὲ εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπεσὼν μακρὰν, τοῦτο κτᾶται τὸ νόσημα. Πάλιν εὔκολοι καὶ κοῦφοι οἱ μέν εἰσι φύσει, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τρυφῇ δουλεύειν καὶ μαλακίζεσθαι τοῦτο γίνονται. Ἀλλ' ὁ Ἰωάννης, φησὶν, οὔτε φύσει τοιοῦτος ἦν· οὐδὲ γὰρ κάλαμον ἐξήλθετε ἰδεῖν· οὔτε [24] τρυφῇ δοὺς ἑαυτὸν, ἀπώλεσεν ὅπερ εἶχε πλεονέκτημα. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐδούλευσε τρυφῇ, δείκνυσιν ἡ στολὴ καὶ ἡ ἐρημία καὶ τὸ δεσμωτήριον. Εἰ γὰρ ἐβούλετο μαλακὰ φορεῖν, οὐκ ἂν τὴν ἔρημον ᾤκησεν, οὐκ ἂν τὸ δεσμωτήριον, ἀλλὰ τὰ βασίλεια. Ἐξῆν γὰρ αὐτῷ σιγήσαντι μόνον μυρίας ἀπολαῦσαι τιμῆς. Ὅπου γὰρ καὶ ἐλέγξαντα καὶ δεδεμένον οὕτως ᾐδεῖτο ὁ Ἡρώδης, πολλῷ μᾶλλον σιγήσαντα ἐκολάκευσεν [25] ἄν. Ἔργῳ τοίνυν τῆς αὐτοῦ στεῤῥότητος παρασχὼν βάσανον καὶ τῆς καρτερίας, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπὶ τοιούτοις ὑποπτεύεσθαι;

β'. Καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου τοίνυν, καὶ ἀπὸ τῶν ἱματίων, καὶ ἀπὸ τῆς συνδρομῆς τὸ ἦθος αὐτοῦ χαρακτηρίσας, ἐπάγει λοιπὸν καὶ τὸν προφήτην. Εἰπὼν γὰρ, *Τί ἐξήλθετε; προφήτην ἰδεῖν; Ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου*, φησίν· *οὗτος γάρ ἐστι, περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἀποστέλλω [26] τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.* Πρότερον τὴν Ἰουδαίων μαρτυρίαν θεὶς, τότε τὴν τῶν προφητῶν ἐφαρμόζει· μᾶλλον δὲ πρῶτον μὲν [27] τὴν ψῆφον τίθησι τὴν Ἰουδαϊκὴν, ἥπερ μεγίστη γένοιτ' ἂν ἀπόδειξις, ὅταν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡ μαρτυρία φέρηται· δεύτερον, τὸν βίον τὸν τοῦ ἀνδρός· τρίτον, τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν· τέταρτον, τὸν προφήτην, πάντοθεν αὐτοὺς ἐπιστομίζων. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι, Τί οὖν, εἰ τότε μὲν τοιοῦτος ἦν, νῦν δὲ μεταβέβληται; ἐπήγαγε [416] καὶ τὰ μετὰ ταῦτα, τὰ ἱμάτια, τὸ δεσμωτήριον, καὶ μετὰ τούτων τὴν προφητείαν. Εἶτα εἰπὼν ὅτι [28] μείζων προφήτου, δείκνυσι καὶ κατὰ τί μείζων. Κατὰ τί τοίνυν μείζων; Κατὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ παραγενομένου. Ἀπο-

[16] γάρ om. C. E. [17] πάντων D. Ep. ἅπαντα A. [18] ἀγνοίας] ἀκολουθίας F. [19] δείξας Edd. [20] συῤῥεῖν Sav. nescio unde. [21] τότε] ἂν F. ἂν τότε Sav. [22] ὑφορμοῦσαν] Sic A. C. E. pro vulgato ὑφορμῶσαν, quod nihili esse videtur. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 392. Ed. Lips. αὐτοῖς] Sic C. E. cæteri αὐτούς. [23] καὶ τοῦτο om. F. favente Ge. [24] οὐδέ A. F. δούς] ἐκδούς F. [25] ἐκολάκευσεν] Sic F. *coluisset* Ge. Vulgo οὐκ ἐκόλασεν. Vid. adnot. [26] ἀποστελῶ F. 2 Mosqq. Rursus infra, iidem et A. ὅς] καὶ iidem quatuor. [27] μὲν om. A. F. p. p. παρ' ἐχθρῶν Edd. [28] ὅτι om. A. F.

*στέλλω* γάρ, φησὶ, *τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου*· τουτέστιν, ἐγγύς σου. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλέων οἱ ἐγγὺς τοῦ ὀχήματος ἐλαύνοντες, οὗτοι τῶν ἄλλων εἰσὶ λαμπρότεροι· οὕτω δὴ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐγγὺς αὐτῆς φαίνεται τῆς παρουσίας ἐλαύνων. Ὅρα πῶς καὶ ἐντεῦθεν τὴν ὑπεροχὴν ἔδειξε· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται, ἀλλὰ καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐπάγει ψῆφον, λέγων· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ ἔτεκε γυνὴ τούτου μείζονα. Καὶ ἀρκεῖ μὲν καὶ ἡ ἀπόφασις· εἰ δὲ βούλει καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων μαθεῖν, ἐννόησον αὐτοῦ τὴν τράπεζαν, τὴν διαγωγὴν, τῆς γνώμης τὸ ὕψος. Ὥσπερ γὰρ ἐν οὐρανῷ, οὕτω διῆγε, καὶ τῶν τῆς φύσεως ἀναγκῶν ἀνωτέρω γενόμενος, ξένην τινὰ ὥδευσεν ὁδὸν, ἐν ὕμνοις καὶ εὐχαῖς [29] τὸν πάντα διάγων χρόνον, καὶ ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ, Θεῷ δὲ ὁμιλῶν μόνῳ διηνεκῶς. Οὐδὲ γὰρ [30] εἶδέ τινα τῶν ὁμοδούλων, οὔτε ὤφθη τινὶ τούτων, οὐκ ἐγαλακτοτροφήθη, οὐ κλίνης, οὐ στέγης, οὐκ ἀγορᾶς, οὐκ ἄλλου τινὸς ἀπέλαυσε τῶν ἀνθρωπίνων· καὶ ὅμως ἥμερος ἦν ὁμοῦ καὶ σφοδρός. Ἄκουσον γοῦν πῶς μετ' ἐπιεικείας τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς διαλέγεται, πῶς μετὰ ἀνδρείας τῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων, πῶς μετὰ παῤῥησίας τῷ βασιλεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· *Οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.* Ἀλλ' ἵνα μὴ πάλιν ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἐγκωμίων τέκῃ τινὰ ἀτοπίαν, προτιμώντων αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ τῶν Ἰουδαίων, σκόπει πῶς καὶ τοῦτο διορθοῦται. Καθάπερ γὰρ ἐξ ὧν ᾠκοδομοῦντο οἱ μαθηταὶ, ἐβλάπτοντο οἱ ὄχλοι, εὔκολον αὐτὸν εἶναι νομίζοντες· οὕτω καὶ ἐξ ὧν ἐθεραπεύοντο οἱ ὄχλοι, μείζων ἂν ἐγένετο ἡ βλάβη, σεμνοτέραν τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτοῦ [31] λαμβανόντων αὐτῶν ὑπόνοιαν ἐκ τῶν εἰρημένων. Διὸ καὶ τοῦτο ἀνυπόπτως διορθοῦται λέγων· *Ὁ δὲ* [32] *μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι.* Μικρότερος κατὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν· καὶ γὰρ ἔλεγον αὐτὸν φάγον καὶ οἰνοπότην· καὶ, *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός;* καὶ πανταχοῦ αὐτὸν ἐξηυτέλιζον. Τί οὖν; φησί· κατὰ σύγκρισιν [33] τοῦ Ἰωάννου μείζων ἦν; Ἄπαγε. Οὐδὲ γὰρ Ἰωάννης ὅταν λέγῃ, *Ἰσχυρότερός μού ἐστι*, συγκρίνων λέγει· οὐδὲ Παῦλος, ὅταν Μωϋσέως μεμνημένος γράφῃ, *Πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται*, συγκρίνων γράφει. Καὶ αὐτὸς δὲ, *Ἰδοὺ πλέον Σολομῶνος ὧδε*, λέγων, οὐχὶ συγκρίνων φησίν. Εἰ δ' ἄρα δοίημεν καὶ κατὰ σύγκρισιν εἰρῆσθαι παρ' αὐτοῦ τοῦτο, οἰκονομικῶς ἐγίνετο διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν. Καὶ γὰρ σφόδρα ἦσαν πρὸς αὐτὸν κεχηνότες οἱ ἄνθρωποι [417] τότε δὲ λαμπρότερον αὐτὸν καὶ τὸ δεσμωτήριον ἐποίησε, καὶ ἡ πρὸς τὸν βασιλέα παῤῥησία, καὶ ἀγαπητὸν ἦν τέως τοῦτο δεχθῆναι παρὰ τοῖς πολλοῖς. Καὶ γὰρ καὶ ἡ Παλαιὰ οἶδεν οὕτω διορθοῦν τὰς τῶν πεπλανημένων ψυχὰς, τὰ ἀσύγκριτα κατὰ σύγκρισιν παραβάλλουσα· ὡς ὅταν λέγῃ· *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε*· καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι θεὸς ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν.* Τινὲς δέ φασιν, ὅτι περὶ τῶν ἀποστόλων τοῦτο εἴρηκεν ὁ Χριστός· ἕτεροι δὲ περὶ ἀγγέλων [34]. Ὅταν γὰρ τῆς ἀληθείας τινὲς ἐκτραπῶσι, πολλὰ πλανᾶσθαι εἰώθασι. Ποία γὰρ ἀκολουθία, ἢ περὶ ἀγγέλων ἢ περὶ ἀποστόλων [35] εἰπεῖν; Ἄλλως δὲ, εἰ περὶ τῶν ἀποστόλων ἔλεγε, τί ἐκώλυεν ὀνομαστὶ παραγαγεῖν; Περὶ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ λέγων, εἰκότως κρύπτει τὸ πρόσωπον διὰ τὴν ἔτι κρατοῦσαν [36] ὑπόνοιαν, καὶ τὸ μὴ δόξαι περὶ ἑαυτοῦ [37] μέγα τι λέγειν· καὶ γὰρ πολλαχοῦ φαίνεται τοῦτο ποιῶν. Τί δέ ἐστιν, *Ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;* Ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ τοῖς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἅπασι. Καὶ τὸ εἰπεῖν δὲ, *Οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου*, ἀντιδιαστέλλοντος ἦν ἑαυτῷ τὸν Ἰωάννην, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ὑπεξαιροῦντος.

γ'. Εἰ γὰρ καὶ γεννητὸς γυναικὸς ἦν αὐτὸς [38], ἀλλ' οὐχ οὕτως ὡς Ἰωάννης· οὐ γὰρ ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν, οὐδὲ ὁμοίως ἀνθρώπῳ ἐτέχθη, ἀλλὰ ξένον τινὰ τόκον καὶ παράδοξον. *Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ*, φησὶν, *ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.* Καὶ ποίαν τοῦτο ἀκολουθίαν ἔχοι [39] πρὸς τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα; Πολλὴν μὲν οὖν καὶ σφόδρα συνᾴδουσαν. Καὶ γὰρ ὠθεῖ καὶ ἐπείγει λοιπὸν αὐτοὺς καὶ ἐντεῦθεν εἰς τὴν πίστιν τὴν ἑαυτοῦ· ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις παρὰ Ἰωάννου συνηγορεῖ. Εἰ γὰρ μέχρι Ἰωάννου πάντα πεπλήρωται, ἐγώ εἰμι ὁ ἐρχόμενος. *Πάντες γὰρ*, φησὶν, *οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.* Οὐ γὰρ ἂν ἔστησαν οἱ προφῆται, εἰ μὴ ἦλθον ἐγώ. Μηδὲν τοίνυν προσδοκᾶτε περαιτέρω, μηδὲ ἕτερόν τινα μένετε. Ὅτι γὰρ ἐγώ εἰμι, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ τοὺς προφήτας στῆναι, καὶ ἐκ τῶν καθ' ἑκάστην ἁρπαζόντων ἡμέραν [40] τὴν πίστιν τὴν εἰς ἐμέ. Οὕτω γὰρ δήλη ἐστὶ καὶ σαφὴς, ὡς καὶ πολλοὺς ἁρπάζειν αὐτήν. Καὶ τίς ἥρπασεν; εἰπέ μοι. Πάντες οἱ μετὰ σπουδῆς προσιόντες. Εἶτα καὶ ἕτερον τεκμήριον τίθησι λέγων· *Εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.* Ἀποστελῶ γὰρ, φησὶν, *ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ὃς ἐπιστρέψει καρδίαν πατρὸς ἐπὶ τέκνα.* Οὗτος οὖν ἐστιν Ἠλίας, ἐὰν προσέχητε μετὰ ἀκριβείας, φησί. Καὶ γὰρ, *Ἀποστελῶ*, φησὶ, *τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου.* Καὶ καλῶς εἶπεν, *Εἰ θέλετε δέξασθαι*, τὸ ἀβίαστον δεικνύς. Οὐ γὰρ ἀναγκάζω, φησί. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, εὐγνώμονα ἀπαιτῶν διάνοιαν, καὶ δηλῶν ὅτι οὗτος ἐκεῖνός ἐστι, κἀκεῖνος οὗτος. Ἀμφότεροι γὰρ μίαν [418] διακονίαν ἀνεδέξαντο, καὶ πρόδρομοι γεγόνασιν ἀμφότεροι. Διόπερ οὐδὲ ἁπλῶς εἶπεν, Οὗτός ἐστιν Ἠλίας, ἀλλ', *Εἰ θέλετε δέξασθαι, οὗτός ἐστι*· τουτέστιν [41]· Εἰ μετὰ εὐγνώμονος διανοίας προσέχετε [42] τοῖς γινομένοις. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ προσέθηκε, δεικνὺς ὅτι συνέσεως χρεία, πρὸς τὸ, *Οὗτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.* Τοσαῦτα δὲ αἰνίγματα ἐτίθει, διεγείρων αὐτοὺς εἰς ἐρώτησιν. Εἰ δὲ οὐδὲ οὕτως ἐξυπνίζοντο, πολλῷ μᾶλλον εἰ δῆλα ἦν καὶ σαφῆ. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἐτόλμων ἐρωτᾶν, καὶ ὅτι δυσπρόσιτος ἦν. Οἱ γὰρ ὑπὲρ τῶν τυχόντων αὐτὸν ἐρωτῶντες καὶ πειράζοντες, καὶ μυριάκις ἐπιστομισθέντες, καὶ οὐκ ἀποστάντες, πῶς ἂν ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἐπύθοντο καὶ ἠρώτησαν, εἴγε καὶ [43] μαθεῖν ἐπεθύμουν; Εἰ γὰρ ὑπὲρ τῶν νομίμων ἠρώτων, ποία ἐντολὴ πρώτη, καὶ

[29] εὐχαῖς] ᾠδαῖς F. paulo ante ἀνώτερος D. F. [30] Οὔτε γάρ Ep. [31] περὶ αὐτοῦ quod vulgo deest, e codd. et Ge. recepi. p. p. αὐτῶν om. D. [32] Post μικρότερος distinxi, secundum mentem Auctoris. [33] κατὰ τὴν σύγκρισιν A. F. Articulum non habet Ep. [34] ἀγγέλων] add. κακῶς C. E. Ge. Non habet Mor. neque expressit Arm. [35] περὶ τῶν ἀπ. Edd. ἀκολουθία, εἰ περὶ ἀγγ. ἢ περὶ τῶν ἀπ. ἔλεγε, τί ἐκώλυεν (cæt. omissis) E. [36] ἔτι κρ.] ἐπικρατοῦσαν Edd. [37] αὐτόν A. cæteri αὐτοῦ. [38] γεννητὸς ἦν αὐτὸς καὶ ἐκ γυναικὸς C. E. ἐν γεννητοῖς γ. ἦν αὐτὸς Edd. Nostram lectionem verterunt Interpp. γυναικός] γυναικῶν D. [39] ἔχοι] σχοίη C. E. ἂν ἔχοι D. ἔχοιεν ἂν F. [40] τὴν ἡμέραν Edd. [41] τουτέστιν om. A. D. F. invitis Ep. et Verss. [42] προσέχητε F. προσέχοιτε Edd. p. p. προσέθηκε post χρεία rejicitur in Edd. [43] καί deest in Edd.

xisset illum propheta majorem esse, ostendit in quo sit major. In quo ergo major est? Quod sit prope eum qui advenit. Nam ait: *Mittam angelum meum ante faciem tuam*; id est, prope te. Quemadmodum enim apud reges, qui prope currum incedunt, aliis dignitate majores sunt: sic Joannes prope Christum advenientem incedere cernitur. Vide quomodo hinc ejus excellentiam declarat; neque hic gradum sistit, sed suam postea effert sententiam dicens: 11. *Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.* Id est, non peperit mulier illo majorem. Sufficit hæc sententia; sed si vis ex rebus ipsis ediscere, considera illius mensam, victum, mentis sublimitatem. Nam sic vivebat, ac si in cælo fuisset, atque naturalibus superior necessitatibus, mirabilem quamdam carpebat viam, in hymnis et orationibus totum tempus transigens, cum mortalium nemine, sed cum solo Deo colloquia miscens. Neminem quippe conservorum noverat, non se conspiciendum præbebat, non lacte alebatur, non lecto, non tecto, non foro, non alia quapiam humana re fruebatur; et tamen mansuetus erat simul atque vehemens. Audi igitur cum quanta moderatione discipulos alloquatur, cum quanta vi Judæos, cum quanta libertate regem. Ideoque dicebat Christus, *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.* Sed ne laudum magnitudo aliquid erroris pareret, neve Judæi illum Christo præferrent, vide quomodo hoc accommodet. Nam sicut ex quibus discipuli firmabantur, turbæ detrimentum accipiebant, levem illum esse putantes: sic ex quibus turbæ emendabantur, majus damnum accedebat, cum ex dictis majorem de illo quam de Christo sumebant opinionem. Illud ergo, nullam relinquens suspicionem, corrigit his verbis: *Qui autem minor est in regno cælorum, major est illo. Minor*, secundum ætatem, et secundum multorum opinionem: nam dicebant ipsum edacem esse et vini potatorem (*Matth.* 11. 19): et, *Nonne hic fabri filius est* (*Matth.* 13. 55)? atque ubique ipsum despiciebant. Quid igitur, inquies, comparatus cum Joanne major erat? Absit. Neque enim Joannes quando dicit, *Fortior me est* (*Matth.* 3. 11), id comparando dicit; neque Paulus, cum Moysem sic memorat, *Ampliori enim gloria hic quam Moyses dignatus est* (*Hebr.* 3. 3), hæc comparate dicit. Et ipse cum ait, *Ecce plus quam Salomon hic* (*Matth.* 12. 24), hæc non comparando dicit. Quod si concedamus illum hæc per comparationem dixisse, res ita ad audientium infirmitatem accommodata fuerit. In magna enim existimatione habebatur, illumque carcer insigniorem reddiderat, necnon libertas in arguendo rege, atque id libenter a multis sic accipiebatur. Etenim Vetus quoque Scriptura solet errantium animos emendare, comparando ea quæ comparari non possunt; ut quando dicitur: *Non est similis tui in diis, Domine* (*Psal.* 85. 8), et rursum, *Non est deus sicut Deus noster* (*Psal.* 76. 14). Volunt autem quidam id de apostolis dixisse Christum alii de angelis; sed male. Nam cum semel quidam a veritate aberrarint, solent in multos deduci errores. Qua enim consequentia id vel de apostolis, vel de angelis dixisset? Alioquin vero, si de apostolis dixisset, quid vetabat quominus nominaret? Cum autem de seipso dicit, jure personam celat ob eam quæ obtinebat opinionem; ac ne videretur magnum quidpiam de se dicere: id quod sæpe observat. Quid autem illud est, *In regno cælorum?* In spiritualibus, et in cælestibus omnibus. Cum autem dicit, *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne*, distinguebat se a Joanne, et se subtrahebat comparationi [1].

3. Nam si ipse inter natos mulierum erat, at non sicut Joannes: neque enim homo tantum erat, nec sicut homo editus fuerat, sed stupendo quodam et mirabili partu. 12. *A diebus autem Joannis Baptistæ*, inquit, *usque nunc, regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* Et quo pacto, inquies, hæc præcedentibus cohærent? Optime certe et admodum consequenter: etenim hinc illos ad credendum in se compellit et incitat, simulque illa quæ supra dicta sunt a Joanne comprobat. Nam si usque ad Joannem omnia completa sunt, Ego sum qui venio: nam ait: 13. *Omnes prophetæ et lex usque ad Joannem prophetaverunt.* Non enim cessassent prophetæ, nisi ego venissem. Nihil ergo ultra exspectetis, nec alium speretis venturum. Quod ego sim palam est ex eo quod prophetæ cessarint, et quod multi quotidie fidem in me rapiant: ita quippe clara est et manifesta, ut eam multi abripiant. Et quis, quæso, rapuit? Quotquot cum studio accesserunt. Aliud deinde indicium ponit dicens: 14. *Si vultis recipere, ipse est Helias, qui venturus est. Mittam enim*, inquit, *vobis Heliam Thesbitem, qui convertat corda patris in filios* (*Mal.* 4. 5). Hic est, ait, Helias, si attendatis diligenter. *Nam mittam*, inquit, *angelum meum ante faciem tuam* (*Ibid.* 3. 1). Recte dixit, *Si vultis recipere*, ostendens neminem violenter cogi. Non cogo, inquit. Hoc autem dixit, gratam petens voluntatem, et ostendens hunc illum, et illum hunc esse. Ambo enim unum suscepere ministerium, et præcursores ambo fuerunt. Quapropter non simpliciter dixit, *Hic est Helias*, sed, *Si vultis recipere, hic est*; id est, Si proba mente gestis attendatis. Neque hic stetit, sed ostendens intelligentia esse opus, huic dicto, *Hic est Helias, qui venturus est*, adjecit, 15. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Tot ænigmata ponebat, ut ad interrogandum incitaret. Quod si ne sic quidem evigilabant, multo minus si clara et manifesta fuissent. Neque id dici possit, non ausos fuisse interrogare, vel illum fuisse aditu difficilem. Nam qui illum de nullius pretii rebus interrogaverant tentaverantque, etsi sexcenties repulsam tulissent, neque cessarent, quomodo non illum de necessariis interrogassent, si quidem ediscere cupivissent? Si de legalibus interrogabant, quod præceptum primum esset, et de similibus, cum tamen nulla urgeret necessitas, quomodo cum talia diceret, de quibus respondere omnino debebat, non ejus mentem explorassent? cum maxime ad hoc hortari

[1] Alii habent, *et se subtrahebat comparationi, quamvis et ipse ex muliere esset natus.*

et trahere videretur? Nam cum dicebat, *Violenti rapiunt illud*, id illorum excitabat animum; et cum diceret, *Qui habet aures audiendi, audiat*, idipsum faciebat. 16. *Cui autem assimilabo generationem hanc?* inquit. *Similis est pueris sedentibus in foro, et dicentibus*, 17. *Tibia cecinimus vobis, et non saltastis; lamentati sumus vobis, et non planxistis.*

*Christi et Joannis idem scopus erat.*— Hæc rursus videntur a præcedentibus non pendere, sed ad eorum omnino seriem pertinent: etenim ad eamdem rei summam spectant, ut ostendatur Joannem ipsi consona fecisse, etiamsi quæ fiebant contraria viderentur; quod etiam de interrogatione dictum est: ostenditque nihil prætermissum fuisse eorum quæ ad salutem ipsorum conferre possent; quod de vinea dicebat propheta: *Quid adhuc faciam vineæ huic, quod non fecerim* (*Isai.* 5. 4)? *Cui enim*, ait, *assimilabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, et dicentibus, Tibia cecinimus vobis, et non saltastis: lamentati sumus, et non planxistis.* 18. *Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, et dicunt: Dæmonium habet.* 19. *Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax et vini potator, publicanorum et peccatorum amicus.* Hoc est, Contraria ego et Joannes via incedimus, et idipsum facimus, ac si venatores, feram captu difficilem videntes, quæ per vias duas ad casses tendere possit, utramque viam singuli occupent, et alter per contrariam alteri viam impellat, ut in alterutrum omnino decidat. Respice enim universum genus humanum, quomodo jejunium soleat admirari, necnon vitam asperam et philosophicam. Ideo sic constituta res fuit, ut Joannes a prima ætate hoc vitæ genus duceret, ut quæ diceret, hinc fide digna essent. Et qua de causa, inquies, Christus non eamdem ingressus viam est? Imo vero ingressus est, quando per quadraginta dies jejunavit, et docens circuibat, non habens ubi caput reclinaret: cæterum ille alio modo hoc fecit, ut inde lucrum fieri provideret. Nam idipsum erat, quod eamdem teneret viam; imo longe majus erat, quod is, qui illa via incederet, testimonio suo ipsum celebraret. Alioquin vero Joannes nihil aliud quam vitæ asperitatem exhibebat. Nullum enim signum fecit: Christus vero et signorum et miraculorum testimonium habuit (*Joan.* 10. 41). Joannem ergo relinquens a jejunio celebrari, ille contrariam viam tenuit, ad mensas ingrediens publicanorum, manducans et bibens.

4. Interrogemus itaque Judæos: Bonane res est jejunium, et admiranda? Ergo oportuit Joanni credere, et illum admittere, ejusque dictis parere. Sic enim illa verba vos ad Jesum adductura erant. An onerosa et dura res est jejunium? Ergo Jesu Christo obtemperandum erat, ipsique credere, qui contraria incedebat via. Per utramque [1] viam in regnum intraturi eratis. At illi quasi fera immanis utrumque male accipiebant. Nulla ergo culpa est eorum quibus non creditum est, sed eorum tantum qui non crediderunt. Nemo enim contraria simul vituperet, ut neque laudet. Verbi gratia, qui virum hilarem ac remissum approbat, severum vel barbarum non approbabit: qui severum laudat, lætum non laudabit. Non potest enim et hæc et illa simul approbari sententia. Ideoque ait ille, *Tibia cecinimus vobis, et non saltastis*; hoc est, Remissam exhibui vitam, et non obtemperastis; et, *Lamentati sumus, et non planxistis*; id est, Joannes severam et gravem vitam amplexus est, et non attendistis. Non dixit, Ego illam, ille hanc vitam duxit: sed quia utriusque una erat sententia, etsi studia contraria, ideo communia gesta dicit esse. Nam quod contrariam iniret viam, ex majore concordia factum est, quæ eumdem spectabat finem. Quam ergo deinceps defensionem habeatis? Ideo subjunxit: *Et justificata est sapientia a filiis suis*; hoc est, Etiamsi vos non obtemperaveritis, at me ultra criminari non poteritis. Quod de Patre dicit propheta: *Ut justificeris in sermonibus tuis* (*Psal.* 50. 6). Deus enim etiamsi, dum nostri curam gerit, nihil perficiat, sua tamen omnia implet, ita ut ne quidem umbram dubitationis impudentibus improbisque relinquat. Si vero exempla illa quibus utitur vilia sint et incomposita, ne mireris; nam ad auditorum infirmitatem sese aptabat. Siquidem et Ezechiel multa affert exempla illis opportuna, et Dei majestate indigna (*Ezech.* 4 *et* 16). Verum et hoc etiam dignum est ipsius providentia. Considera porro illos etiam aliunde in contrarias circumferri sententias. Nam cum Joannem dixissent dæmonium habere, non hic steterunt, sed hoc ipsum de Christo contrario modo vivente dixerunt: sic semper in sententias secum pugnantes deferebantur. Lucas vero cum his aliam quoque majorem affert eorum accusationem, dicens: *Publicani enim justificaverunt Deum, suscipientes baptisma Joannis* (*Luc.* 7. 29). Tunc demum civitatibus exprobrat, cum justificata fuit sapientia, quando omnia impleta fuisse demonstravit. Quia enim id non persuasit illis, miseros illos prædicat; quod pejus est quam si perterrefaceret. Etenim et doctrinam adhibuit et miracula. Quia vero in eadem incredulitate manserunt, demum exprobrat. 20. *Tunc enim*, ait, *Jesus cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ fuerant plurimæ virtutes ejus, quia pœnitentiam non egerunt, dicens*: 21. *Væ tibi Chorazin; væ tibi Bethsaida.* Deinde ut discas eos non natura tales esse, nomen urbis illius ponit, unde quinque prodierant apostoli. Nam Philippus et duo illa coryphæorum paria (*a*) inde erant. *Quia si in Tyro et Sidone*, ait, *factæ fuissent virtutes, quæ in vobis factæ sunt, olim in sacco et cinere pœnitentiam egissent.* 22. *Veruntamen dico vobis, Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii, quam vobis.* 23. *Et tu Capernaum, quæ usque ad cælum exaltata es, usque ad infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent utique ad hanc diem.* 24. *Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, quam tibi.* Non sine causa Sodoma apponit, sed ut augeat accusationem. Magnum quippe nequitiæ ar-

[1] Quidam, *per alterutram.*

(*a*) Duo coryphæorum paria sunt, Petrus et Andreas, Jacobus et Joannes.

ὕτα, καίτοιγε οὐδεμία ἦν ἀνάγκη ταῦτα εἰπεῖν,
ν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, ὧν καὶ ταῖς ἀποκρίσεσι
ὑπεύθυνος ἦν, οὐκ ἂν ἐξήταζον τὴν διάνοιαν;
λιστα ὁπότε αὐτὸς ἦν ὁ προτρέπων εἰς τοῦτο, καὶ
μενος; Τῷ [44] γὰρ εἰπεῖν, *Βιασταὶ ἁρπάζουσιν*
εἰς προθυμίαν αὐτοὺς διεγείρει· καὶ τῷ εἰπεῖν,
*ν ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω*, τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ.
*ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην;* φησίν. *Ὁμοία*
*αιδίοις καθημένοις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ λέ-*
*· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε·*
*ήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.*
ν ταῦτα δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τῶν προτέρων,
δὲ αὐτοῖς ἐστιν ἀκόλουθα. Καὶ γὰρ ἔτι τοῦ κεφα-
χεται τοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ [45] δεῖξαι συνῳδὰ αὐτῷ
ντα τὸν Ἰωάννην, εἰ καὶ τὰ γινόμενα ἐναντία
ιπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐρωτήσεως· καὶ δείκνυσιν
ὃν ἦν ὀφεῖλον γενέσθαι εἰς σωτηρίαν αὐτῶν, καὶ
ἔφθη· ὃ πρὸς τὸν ἀμπελῶνά φησιν ὁ προφήτης·
*ι με ποιῆσαι τῷ ἀμπελῶνι τούτῳ, καὶ οὐκ*
*α; Τίνι* γάρ, φησίν, *ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύ-*
*)μοία ἐστὶ παιδίοις καθημένοις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς,*
*ουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε·*
*ήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. Ἦλθε γὰρ Ἰωάν-*
*τε ἐσθίων, μήτε πίνων, καὶ λέγουσι· Δαιμόνιον*
*Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων,*
*ουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης,*
*ῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.* Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν
Ἐναντίαν ἑκάτερος ἤλθομεν ὁδόν, ἐγὼ καὶ Ἰωάν-
αὶ ταὐτὸν ἐποιήσαμεν, οἷον ἂν εἴ τινες θηραταὶ
υσθήρατον διὰ δύο μέλλον ἐμπίπτειν ὁδῶν εἰς τὰ
α, ἑκατέραν ἕκαστος ἀπολαβὼν ὁδὸν ἐλαύνοι
ίας ἑστὼς τῷ ἑτέρῳ, ὥστε πάντως εἰς θάτερον
ῖν. Σκόπει γοῦν ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅπως
ὁ τῆς νηστείας ἐπτόηται θαῦμα, καὶ τὸν σκληρὸν
καὶ φιλόσοφον βίον. Διὰ τοῦτο ᾠκονόμητο τοῦτο,
της ἡλικίας οὕτω τραφῆναι τὸν Ἰωάννην, ὥστε
9] ἐντεῦθεν ἀξιόπιστα γενέσθαι τὰ λεγόμενα παρ'
Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ αὐτός, φησί, ταύτην εἷ-
τὴν ὁδόν; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ταύτην
ὅτε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐνήστευσε, καὶ
ι διδάσκων, καὶ οὐκ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ·
λλὰ καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ τοῦτο κατεσκεύαζε, καὶ
ῦθεν ᾠκονόμει κέρδος. Τοῦ γὰρ ἐλθεῖν αὐτὸν τὴν
ύτην, ταὐτὸν ἦν, ἢ καὶ πολλῷ μεῖζον, τὸ ὑπὸ τοῦ
ς μαρτυρεῖσθαι. Ἄλλως δέ, ὁ μὲν Ἰωάννης οὐ-
ον ἐπεδείξατο, πλὴν τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας·
ης γάρ, φησὶν [47], *οὐδὲν ἐποίησε σημεῖον·*
ὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων καὶ τὴν ἀπὸ τῶν θαυ-
μαρτυρίαν εἶχεν. Ἀφεὶς τοίνυν Ἰωάννην ἀπὸ τῆς
ς λάμπειν, αὐτὸς τὴν ἐναντίαν ἦλθε, καὶ εἰς
ας εἰσιὼν τελωνῶν, καὶ ἐσθίων καὶ πίνων.
Ἐρώμεθα τοίνυν Ἰουδαίους· Καλὸν ἡ νηστεία καὶ
στόν; Οὐκοῦν ἔδει πείθεσθαι Ἰωάννῃ, καὶ ἀποδέ-
αὐτόν, καὶ πιστεύειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις.
γὰρ ὑμᾶς ἔμελλεν ἐκεῖνα τὰ ῥήματα προσάγειν
σοῦ. Ἀλλὰ φορτικὸν ἡ νηστεία καὶ ἐπαχθές;
ἔδει πείθεσθαι τῷ Ἰησοῦ, καὶ πιστεύειν αὐτῷ
ντίαν ἐλθόντι. Δι' ἀμφοτέρας [48] γὰρ ὁδοῦ εἰς τὴν
ίαν ἐμέλλετε ἐμπίπτειν. Ἀλλ' ὥσπερ θηρίον δύσ-

τροπον ἑκατέρους ἐκάκιζον. Οὐκ ἄρα τὸ ἔγκλημα τῶν μὴ πιστευθέντων, ἀλλ' ἡ κατηγορία τῶν μὴ πιστευσάντων ἦν. Οὐδεὶς γάρ ποτε τὰ ἐναντία κακίζειν ἕλοιτο, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐπαινεῖν. Οἷόν τι λέγω· ὁ τὸν φαιδρὸν ἀποδεχόμενος ἄνθρωπον καὶ ἀνειμένον, τὸν σκυθρωπὸν καὶ βαρὺν [49] οὐκ ἀποδέξεται· ὁ τὸν σκυθρωπὸν ἐπαινῶν, τὸν φαιδρὸν οὐκ ἐπαινέσει. Ἀμήχανον γὰρ καὶ ταύτην κἀκείνην τιθέναι τὴν ψῆφον. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησιν· *Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε*· τουτέστι, Τὸν ἀνειμένον βίον ὑπέδειξα [50], καὶ οὐκ ἐπείσθητε. Καί, *Ἐθρηνήσαμεν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε*· τουτέστιν, Ἰωάννης τὸν σκληρὸν καὶ βαρὺν μετῆλθε βίον, καὶ οὐ προσέσχετε. Καὶ οὐ λέγει, Ἐκεῖνος τοῦτον, κἀγὼ τοῦτον· ἀλλ' ἐπειδὴ μία γνώμη [51] ἑκατέρων ἦν, εἰ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐναντία, διὰ τοῦτο κοινὰ τὰ γεγενημένα φησὶν εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ τὸ τὴν ἐναντίαν ἐλθεῖν ὁδόν, ἀπὸ συμφωνίας ἐπιτεταμένης ἐγίνετο [52], καὶ πρὸς ἓν βλεπούσης τέλος. Ποίαν οὖν σχοίητε λοιπὸν ἀπολογίαν; Διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγε· *Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς*· τουτέστιν, Εἰ καὶ ὑμεῖς οὐκ ἐπείσθητε, ἀλλ' ἐμοὶ λοιπὸν ἐγκαλεῖν οὐκ ἔχετε. Ὃ περὶ τοῦ Πατρός φησιν ὁ προφήτης· *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου.* Ὁ γὰρ Θεός, κἂν μηδὲν ἀνύῃ πλέον ἀπὸ τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας, τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληροῖ, ὥστε τοῖς ἀναισχυντεῖν βουλομένοις μηδὲ σκιὰν [53] καταλιπεῖν ἀγνώμονος ἀμφιβολίας. Εἰ δὲ τὰ παραδείγματα εὐτελῆ καὶ κακέμφατα, μὴ θαυμάσῃς· πρὸς γὰρ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων διελέγετο. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ πολλὰ λέγει παραδείγματα αὐτοῖς πρόσφορα [54], [420] καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλωσύνης ἀνάξια. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μάλιστα ἄξιον αὐτοῦ τῆς κηδεμονίας. Σκόπει δὲ αὐτοὺς καὶ ἑτέρωθεν εἰς ἐναντίας περιενεχθέντας δόξας. Εἰπόντες γὰρ περὶ Ἰωάννου, ὅτι δαιμόνιον ἔχει, οὐκ ἔστησαν μέχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτοῦ τὰ ἐναντία αἱρουμένου τὸ αὐτὸ τοῦτο εἶπον πάλιν· οὕτως εἰς μαχομένας ἀεὶ περιεφέροντο δόξας. Ὁ δὲ Λουκᾶς μετὰ τούτων καὶ ἑτέραν μείζονα τίθησιν αὐτῶν κατηγορίαν, εἰπών· *Οἱ γὰρ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν, δεξάμενοι τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.* Τότε λοιπὸν ὀνειδίζει τὰς πόλεις, ὅτε ἐδικαιώθη ἡ σοφία, ὅτε ἀπέδειξε πάντα πεπληρωμένα. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔπεισε, ταλανίζει λοιπόν, ὃ τοῦ φοβῆσαι πλέον ἐστί. Καὶ γὰρ τὴν ἀπὸ τῶν λόγων διδασκαλίαν ἐπεδείξατο, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων θαυματουργίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἔμειναν ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἀπειθείας [55], ὀνειδίζει λοιπόν. *Τότε* γάρ, φησίν, *ὁ Ἰησοῦς ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν, λέγων· Οὐαί σοι, Χοραζίν· οὐαί σοι, Βηθσαϊδά.* Εἶτα ἵνα μάθῃς οὐκ ἀπὸ φύσεως αὐτοὺς τοιούτους ὄντας, τίθησι καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως, ἀφ' ἧς πέντε προῆλθον ἀπόστολοι. Ὅ τε γὰρ Φίλιππος καὶ αἱ δύο ξυνωρίδες ἐκεῖναι αἱ [56] τῶν κορυφαίων ἐντεῦθεν ἦσαν. *Ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο*, φησίν, *αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν* [57], *ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν. Πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν. Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου* [58] *καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοί, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ σοί.* Καὶ τὰ Σόδομα δὲ αὐτοῖς οὐχ

ῷ] τό bis D. [45] τοῦ om. A. C. E. συνῳδά] add. βούλεται C. E. et pr. αὐτῷ om. D. [46] εἵλετο] ἦλθε F.
ν om. Mor. Ben. [48] ἀμφοτέρας] Sic A. D. F. Ep. cæteri ἑκατέρας. γάρ] μέν Edd. [49] βάρβαρον Edd.
δειξα Euth. [51] ἡ γνώμη C. E. [52] ἐγένετο Edd. [53] σκιάν] add. τινα Edd. contra Ep. et codd. [54] ἀπρόσ-
. C. E. refragantibus Interpp. [55] τῆς αὐτῆς ἀποστασίας F. ἀπειθείας] ἀτοπίας D. [56] αἱ deest in Edd. et
[57] ὑμῖν] add. πάλαι ἂν A. 1 Mosq. [58] τοῦ ᾅδου Edd.

ἁπλῶς προστίθησιν [59], ἀλλ' αὔξων τὴν κατηγορίαν. Καὶ γὰρ μεγίστη κακίας ἀπόδειξις, ὅταν μὴ τῶν τότε ὄντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γενομένων πονηρῶν φαίνωνται χείρους ἐκεῖνοι. Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ ποιεῖται σύγκρισιν, διὰ Νινευϊτῶν αὐτοὺς κατακρίνων καὶ διὰ τῆς βασιλίσσης τοῦ νότου· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, διὰ τῶν κατωρθωκότων· ἐνταῦθα δὲ, καὶ διὰ τῶν ἡμαρτηκότων, ὃ πολὺ βαρύτερον ἦν. Τοῦτον καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ οἶδε τῆς κατακρίσεως τὸν νόμον· διὸ καὶ ἔλεγε τῇ Ἱερουσαλὴμ· *Ἐδικαίωσας τὰς ἀδελφάς σου ἐν πάσαις ταῖς ἁμαρτίαις σου.* Οὕτω πανταχοῦ τῇ Παλαιᾷ ἐμφιλοχωρεῖν εἴωθε. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα τὸν λόγον ἵστησιν, ἀλλὰ καὶ τὸν φόβον ἐπιτείνει λέγων, ὅτι χαλεπώτερα πείσονται Σοδομηνῶν καὶ Τυρίων, ὥστε πανταχόθεν αὐτοὺς ἐναγαγεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ ταλανίζειν, καὶ ἀπὸ τοῦ φοβεῖν.

ε'. Ταῦτα [60] δὴ καὶ ἡμεῖς ἀκούωμεν. Οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀπιστοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν χαλεπωτέραν ὥρισε κόλασιν [421] Σοδομηνῶν, εἰ μὴ δεξόμεθα τοὺς εἰσιόντας πρὸς ἡμᾶς ξένους, ὅτε καὶ τὸν κονιορτὸν ἐκτινάξαι ἐκέλευσε· καὶ μάλα εἰκότως. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, εἰ καὶ παράνομα ἥμαρτον, ἀλλὰ πρὸ τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος· ἡμεῖς δὲ μετὰ τοσαύτην ἐπιμέλειαν [61], τίνος ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, μισοξενίαν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τοῖς δεομένοις τὰς θύρας ἀποκλείοντες, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τὰς ἀκοάς; μᾶλλον δὲ οὐ τοῖς πένησι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀποστόλοις; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς πένησιν, ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἀποστόλοις. Ὅταν γὰρ ἀναγινώσκηται Παῦλος, καὶ σὺ μὴ προσέχῃς, ὅταν κηρύττῃ Ἰωάννης, καὶ σὺ μὴ ἀκούῃς, πότε δέξῃ πένητα, ἀπόστολον μὴ δεχόμενος; Ἵνα οὖν καὶ τούτοις αἱ οἰκίαι, κἀκείνοις αἱ ἀκοαὶ, διηνεκῶς [62] ἀνεῳγμέναι ὦσιν, ἐκκαθάρωμεν τὸν ῥύπον ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς ὤτων. Καθάπερ γὰρ ῥύπος καὶ πηλὸς τὰ ὦτα τῆς σαρκὸς, οὕτω τὰ πορνικὰ ᾄσματα, καὶ τὰ βιωτικὰ διηγήματα, καὶ τὰ χρέα, καὶ τὰ περὶ τόκων καὶ δανεισμάτων, ῥύπου παντὸς χαλεπώτερον ἐμφράττει τῆς διανοίας τὴν ἀκοήν· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐμφράττει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκάθαρτον ποιεῖ. Καὶ γὰρ κόπρον ἐνιᾶσιν ὑμῶν ταῖς ἀκοαῖς οἱ ταῦτα διηγούμενοι. Καὶ [63] ὅπερ ὁ βάρβαρος ἠπείλει λέγων· *Φάγεσθε τὴν κόπρον ὑμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦτο καὶ οὗτοι οὐ λόγῳ, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων ὑμᾶς ὑπομένειν ποιοῦσι· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον. Καὶ γὰρ καὶ τούτων ἀηδέστερα ἐκεῖνα τὰ ᾄσματα· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐνοχλεῖσθαι νομίζετε τούτων ἀκούοντες, ἀλλὰ καὶ γελᾶτε, δέον βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν. Εἰ δὲ οὐ βδελυκτὰ, κατάβηθι εἰς τὴν ὀρχήστραν, ζήλωσον ὅπερ ἐπαινεῖς· μᾶλλον δὲ βάδισον μόνον μετὰ τούτου τοῦ κινοῦντος τὸν γέλωτα ἐκεῖνον. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἀνάσχοιο. Τί τοίνυν τοσαύτην ἀπονέμεις αὐτῷ τιμήν; Καὶ οἱ μὲν νόμοι οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων γραφέντες ἀτίμους αὐτοὺς εἶναι βούλονται· σὺ δὲ αὐτοὺς ὅλῃ τῇ πόλει δέχῃ, ὥσπερ πρεσβευτὰς καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἅπαντας συγκαλεῖς, ἵνα δέξωνται κόπρον ταῖς ἀκοαῖς. Καὶ ὁ μὲν οἰκέτης αἰσχρόν τι φθεγγόμενος ἀκούοντός σου, μυρίας λήψεται μάστιγας· κἂν υἱὸς, κἂν γυνὴ, κἂν ὁστισοῦν αὐτὸ τοῦτο ποιήσῃ, ὕβριν τὸ πρᾶγμα καλεῖς· ἂν δὲ ἄνθρωποι μαστιγίαι καὶ τριωβολιμαῖοι καλέσωσί σε τῶν αἰσχρῶν ἀκουσόμενον ῥημάτων, οὐ μόνον οὐκ ἀγανακτεῖς, ἀλλὰ καὶ χαίρεις καὶ ἐπαινεῖς. Καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας ἴσον γένοιτ' ἄν; Ἀλλ' αὐτὸς οὐ φθέγγῃ τὰ αἰσχρὰ ταῦτα; Καὶ τί τὸ κέρδος; μᾶλλον δὲ, καὶ αὐτὸ τοῦτο πόθεν δῆλον; Εἰ γὰρ μὴ ἐφθέγγου, οὐκ ἂν οὐδὲ ἀκούων ἐγέλας, οὐδ' ἂν μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ἔδραμες ἐπὶ τὴν καταισχύνουσάν σε φωνήν. Εἰπὲ γάρ μοι, χαίρεις ἀκούων βλασφημούντων; ἀλλ' οὐχὶ φρίττεις, καὶ τὰ ὦτα ἐμφράττεις; Ἔγωγε οἶμαι [64]. Τί δήποτε; Ὅτι οὐδὲ αὐτὸς βλασφημεῖς. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς αἰσχρολογίας ποίει· καὶ εἰ βούλει δεῖξαι [422] σαφῶς ἡμῖν, ὅτι οὐ χαίρεις αἰσχρὰ φθέγγεσθαι, μηδὲ [65] ἀκούειν ἀνέχου. Πότε γὰρ δυνήσῃ γενέσθαι σπουδαῖος, τοιούτοις ἐντρεφόμενος ἀκούσμασι; πότε τοὺς ὑπὲρ σωφροσύνης ἱδρῶτας ἐνεγκεῖν ἀνέξῃ, κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέων ἀπὸ τοῦ γέλωτος καὶ τῶν ᾀσμάτων καὶ τῶν αἰσχρῶν ῥημάτων τούτων; Καὶ γὰρ ἀγαπητὸν ἀπάντων τούτων καθαρεύουσαν ψυχὴν δυνηθῆναι γενέσθαι σεμνὴν καὶ σώφρονα, μήτιγε τοιούτοις [66] ἀκούσμασιν ἐντρεφομένην. Ἢ οὐκ ἴστε, ὅτι πρὸς κακίαν ἐπιῤῥεπέστερον ἔχομεν; Ὅταν οὖν καὶ τέχνην αὐτὸ ποιησώμεθα καὶ ἔργον, πότε διαφευξόμεθα τὴν κάμινον ἐκείνην; Οὐκ ἤκουσας τί φησιν ὁ Παῦλος· *Χαίρετε ἐν Κυρίῳ*; Οὐκ εἶπεν· ἐν διαβόλῳ.

ϛ'. Πότε οὖν ἀκοῦσαι δυνήσῃ Παύλου; πότε αἴσθησιν λαβεῖν τῶν πεπλημμελημένων, μεθύων ἀεὶ καὶ διηνεκῶς ἀπὸ τῆς θεωρίας ἐκείνης; Ὅτι γὰρ παραγέγονας ἐνταῦθα, οὐ θαυμαστὸν καὶ μέγα [67]· μᾶλλον δὲ θαυμαστόν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς καὶ ἀφοσιούμενος παραγίνῃ· ἐκεῖ δὲ, μετὰ σπουδῆς καὶ δρόμου καὶ πολλῆς τῆς προθυμίας. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν οἴκαδε φέρεις, ἐκεῖθεν ἀναχωρῶν. Καὶ γὰρ τὸν βόρβορον ἅπαντα τὸν ἐκχυθέντα ὑμῖν ἐκεῖ διὰ τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν ᾠδῶν, διὰ τοῦ γέλωτος, εἰς τὴν οἰκίαν ἕκαστος συνάγοντες φέρετε· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰς τὴν οἰκίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν διάνοιαν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ. Καὶ τὰ μὲν οὐκ ἄξια τοῦ βδελύττεσθαι ἀποστρέφῃ, τὰ δὲ βδελυκτὰ οὐ μισεῖς, ἀλλὰ καὶ ἀγαπᾷς. Πολλοὶ γοῦν ἀπὸ μὲν [68] τάφων ἐπανελθόντες ἐλούσαντο· ἀπὸ δὲ θεάτρων ἀναχωροῦντες οὐκ ἐστέναξαν, οὐδὲ ἐξέχεαν δακρύων πηγάς· καίτοιγε ὁ μὲν νεκρὸς οὐκ ἀκάθαρτον· ἡ δὲ ἁμαρτία τοσαύτην ἐντίθησι [69] κηλῖδα, ὡς μηδὲ μυρίαις πηγαῖς ἐκκαθᾶραι ταύτην δύνασθαι, ἀλλὰ μόνοις δάκρυσι καὶ ἐξομολογήσεσιν. Ἀλλ' οὐδεὶς ὁ αἰσθανόμενος τῆς κηλῖδος ταύτης. Ἐπειδὴ γὰρ ἃ χρὴ οὐ φοβούμεθα, διὰ τοῦτο ἃ μὴ χρὴ δεδοίκαμεν. Τίς δὲ καὶ ὁ πάταγος; τίς δὲ καὶ ὁ θόρυβος, καὶ αἱ σατανικαὶ κραυγαὶ, καὶ τὰ διαβολικὰ σχήματα; Ὁ μὲν γὰρ ὄπισθεν ἔχει κόμην νέος ὢν, καὶ τὴν φύσιν ἐκθηλύνων, καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τοῖς ἱματίοις, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς εἰς εἰκόνα κόρης ἁπαλῆς ἐκβῆναι φιλονεικεῖ. Ἄλλος δέ τις γεγηρακὼς ὑπεναντίως [70] τούτῳ τὰς τρίχας ξυρῷ περιελὼν, καὶ ἐζωσμένος τὰς πλευρὰς, πρὸ τῶν τριχῶν ἐκτέμνων τὴν αἰδῶ, πρὸς τὸ ῥαπίζεσθαι ἕτοιμος ἕστηκε, πάντα καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν παρεσκευασμένος. Αἱ δὲ γυναῖκες γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἀπηρυθριασμέναι πρὸς δῆμον ἑστήκασι διαλεγόμεναι, τοσαύτην μελέτην ἀναισχυντίας ποιούμεναι, καὶ πᾶσαν ἰταμότητα καὶ ἀσέλγειαν εἰς τὰς τῶν ἀκουόντων ἐκχέουσαι ψυχάς. Καὶ μία σπουδὴ, πᾶσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι τὴν σωφροσύνην, καταισχῦναι τὴν φύσιν, ἐμπλῆσαι τοῦ πονηροῦ δαίμονος τὴν ἐπιθυμίαν. Καὶ γὰρ καὶ ῥήματα αἰσχρὰ αὐτόθι, καὶ σχήματα αἰσχρότερα [71], καὶ κουρὰ τοιαύτη, καὶ βάδισις, καὶ στολὴ, καὶ φωνὴ, καὶ μελῶν διάκλασις, καὶ ὀφθαλμῶν ἐκστροφαὶ, καὶ σύριγγες, καὶ αὐλοὶ, καὶ δράματα, καὶ ὑποθέσεις, καὶ [423] πάντα ἁπλῶς τῆς ἐσχάτης ἀσελγείας ἀνάμεστα. Πότε οὖν ἀνανήψεις, εἰπέ μοι, τοσοῦτόν σοι πορνείας ἄκρατον ἐγχέοντος τοῦ διαβόλου, τοσαύτας ἀκολασίας κύλικας κεραννύντος; Καὶ γὰρ καὶ

[59] Sic Ep. Mor. et codd. προστίθησιν Sav. quem secutus est Montef. [60] ΗΘΙΚΟΝ. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπιέναι ἐν τοῖς θεάτροις τοῖς πονηροῖς· πολλὰ γὰρ τὰ ἄτοπα ἐκεῖθεν τίκτεται τοῖς ἀνθρώποις A. [61] ἐπιμέλειαν] add. ἁμαρτάνοντες C. E. Arm. In cod. D. folium periit. [62] διηνεκῶς om. Mor. Ge. quibus adde cod. F. in quo etiam vv. κἀκείνοις αἱ ἀκοαί exciderunt. P. p. ἀποκαθάρωμεν Edd. [63] Καί om. A. F. [64] οἶμαι] add. φάναι, μὴ γένοιτο A. C. E. Non videntur legisse Interpp. [65] μηδὲ] μὴ C. E. [66] τοῖς τοιούτοις Edd. p. p. ἐνστρεφομένην A. C. D. E. *qui in his virit* Ge. [67] καὶ μέγα om. F. [68] μὲν om. A. μὲν] add. τῶν Ben. [69] τίθησι A. D. F. p. p. ταύτην δύνασθαι om. F. [70] ὑπεναντίας Edd. [71] αἰσχρὰ C. F. καταγέλαστα. E. βάδισις] add. τοιαύτη A. C. D. F. add. ὁμοία Sav. Ben. Neutrum agnoscunt E. Mor.

gumentum est, cum non modo præsentibus, sed etiam iis qui olim fuerunt sceleratis deteriores esse videntur. Sic et alibi ipsos condemnat comparatione facta cum Ninivitis et cum regina Austri (*Matth.* 12. 41. 42) : verum illic iis qui recte fecerunt, hic vero iis qui male egerunt ipsos comparat, quod longe gravius est. Hunc quoque damnandi modum novit Ezechiel; quare dixit Jerosolymæ : *Justificasti sorores tuas in omnibus peccatis tuis* (*Ezech.* 16. 51). Sic ubique in Veteri Testamento in his versari solet. Neque hic finem dicendi facit, sed timorem auget dicens, graviora passuros illos esse, quam Sodomitas et Tyrios. Ita ipsos undique concitat, et cum miseros prædicat, et cum perterrefacit.

5. *Hospitalitas commendatur. Contra meretricia cantica.* — Hæc quoque nos audiamus. Neque enim incredulis tantum, sed etiam nobis gravius constituit supplicium, quam Sodomitis, nisi peregrinos ad nos venientes excipiamus, cum etiam pulverem excutere jusserit; ac jure merito. Illi namque, etsi graviter peccarunt, at ante legem et gratiam lapsi sunt; nos vero qui post tantam nobis exhibitam curam peccamus, qua erimus venia digni, qui tantum hospitum odium exhibemus, egenisque portas, et ante portas aures claudimus? nec modo pauperibus, sed etiam ipsis apostolis? Ideo enim pauperibus, quia apostolis. Cum enim legitur Paulus, nec tu attendis; cum prædicat Joannes, et tu non audis : quandonam pauperem recipies, qui apostolum non recipis? Ut itaque et his ædes, et illis aures perpetuo apertæ sint, sordem omnem ab auribus animæ expurgemus. Sicut enim sordes et limus aures corporis, sic meretricia cantica, sæculares narrationes, debita, sermones de usura et mutuo, magis quam quævis sordes aures animæ obturant; imo non obturant modo, sed immundas reddunt. Nam qui ista narrant, fimum in aures vestras injiciunt. Ac quod barbarus ille comminabatur dicens : *Comedetis stercus vestrum*, etc. (*Isai.* 36. 12) : sic et isti non verbo, sed operibus eo vos deducunt, ut hæc sustineatis; imo et longe gravius. Etenim illa cantica his longe fœdiora sunt : quodque deterius est, non modo hæc moleste non fertis, sed etiam ridetis, cum oporteret exsecrari ac fugere. Quod si hæc abominabilia non sunt, descende in orchestram, imitare quod laudas; imo adi eum qui hunc risum excitat. Verum id numquam facere ausis. Cur ergo illi tantum tribuis honorem? Atqui Græcorum leges descriptæ, illos infames haberi volunt : tu vero illos cum tota civitate recipis, quasi legatos [1] et duces, omnesque evocas, ut fimum in auribus accipiant. Ac servus quidem tuus, si quid turpe, te audiente, loquatur, mille plagas accipit; et si filius, si uxor, si quisquis alius hoc faciat, rem illam vocas contumeliam : si vero homines verberones et abjecti te vocent, ut turpia verba audias, non modo non indignaris, sed etiam gaudes, laudas. Ecquid huic dementiæ par fuerit [2]? Sed turpia hujuscemodi non loqueris? Ecquid hinc lucri? Imo vero unde liqueat te non loqui? Si enim hæc numquam proferres, non rideres audiens, neque tanto studio curreres ad vocem quæ te dedecore afficit. Dic enim mihi, gaudesne audiens blasphemias? annon exhorrescis, et aures obstruis? Ego certe id puto. Cur hoc? Quia tu numquam blasphemas. Idipsum facito circa turpia illa verba. Et si vis nobis clare demonstrare, te non gaudere dum turpia dicuntur, ne auditu quidem illa feras. Quandonam probus vir esse poteris, in hujusmodi turpibus audiendis enutritus? quandonam castitatis sudores ferre poteris, sic paulatim diffluens ex risu, cantibus, et verbis obscœnis? Nam si vix anima, quæ ab his omnibus se puram servat, potest esse honesta et casta, quanto minus poterit quæ hæc audire solet? An nescitis, nos ad nequitiam proniores esse? Cum autem hæc in artem et opus convertamus, quomodo fornacem illam effugere poterimus? Non audisti quid dicit Paulus, *Gaudete in Domino* (*Philipp.* 4. 4)? Non dixit, In diabolo.

6. *Theatrorum spectacula quam damnosa et turpia.* — Quando igitur audire Paulum poteris? Quando in sensum venire peccatorum, qui ex spectaculo illo ebrius semper es? Quod enim huc veneris, non mirum nec magnum est; imo potius mirum est. Huc enim et segniter et perfunctorie venis; illuc autem magno studio et animo accurris. Idque palam est ex iis quæ domum refers, cum inde recedis. Etenim lutum vobis illic infusum per verba, cantica, risum, singuli domum reportatis; imo non in domum tantum, sed in mentem vestram inducitis : et ab iis quæ abominatione digna non sunt, averteris; abominanda vero non odio habes, imo diligis. Multi certe a sepulcris redeuntes sese abluunt; a theatris vero reversi non gemunt, non lacrymarum fontes effundunt; quamquam mortuus non sit immundus : peccatum vero tantam maculam aspergat, ut ne mille quidem fontibus possit ablui, sed solis lacrymis et confessionibus. Sed nemo maculam hujuscemodi sentit. Quia enim ea quæ timenda essent non timemus, ea, quæ timenda non sunt, metuimus. Quis autem ille strepitus? quis tumultus, qui satanici clamores et diabolici habitus? Alius juvenis cum sit, comam retro reductam habet, et naturam ipsam effeminat aspectu, habitu, vestimentis, demum omnibus, formamque teneræ puellæ affectat. Alius vero quispiam senex, e contrario capillis novacula abrasis, renibus succinctus, postquam pudorem ante capillos succidit, stat ad alapas accipiendas et ad omnia dicenda faciendaque paratus. Mulieres autem nudo capite, omni misso rubore, stant populum alloquentes, tantum videlicet impudentiæ studium habentes, omnemque petulantiam et lasciviam in auditorum animos infundentes. Illud unum studium habent, ut castitatem omnem radicitus evellant, naturam deturpent, mali dæmonis concupiscentiam expleant. Nam hic verba obscœna, habitus ridiculi, tonsura similis, incessus, vestitus, vox, membrorum mollities, oculorum inversiones, fistulæ, tibiæ, dramata, argumenta, omniaque demum extremæ lasciviæ plena sunt. Quandonam, quæso, resipi-

[1] Quidam, *quasi consiliarios.*
[2] Nonnulli habent : *Ecquid hac dementia pejus fuerit?*

sces, cum tantum tibi fornicationis poculum infundat diabolus, totque intemperantiæ calices misceat? Nam illic fornicationes, adulteria, mulieres prostitutæ, viri muliebria patientes, juvenes molles, omnia iniquitate plena, portentosis rebus ac prodigiis. Non ergo de hujusmodi rebus ridere sedentes oporteret, sed lacrymari et ingemiscere. Quid igitur? an orchestram claudemus, inquies, et jussu tuo omnia subvertentur? Nunc certe omnia subversa sunt. Undenam ii qui nuptiis insidias parant? nonne ab hac scena? Unde ii qui thalamos effodiunt? nonne ab orchestra illa? nonne hinc viri uxoribus sunt molesti? nonne hinc a viris uxores despiciuntur? nonne hinc mœchi plurimi? Itaque qui omnia subvertit, is est qui ad theatrum pergit, quique gravem tyrannidem inducit. Nequaquam, inquies, sed id bono legum ordine institutum est. Nam mulieres abripere, pueros contumeliis adhibere, domos evertere, hæc ad illos spectant qui arces occupant. Et quis mœchus, inquies, ex his spectaculis factus est? Imo quis non mœchus? Si liceret nominatim efferre, dicere possim quot viros hæc ab uxoribus sequestrarint, et quot captivos meretrices illæ ceperint, quorum alios a conjugali lecto abduxerunt, alios ne uxores ducerent effecerunt. Quid igitur? quæso: legesne omnes evertemus? Quinimo theatris eversis legum transgressiones evertimus. Nam qui civitates pessumdant, ex horum numero sunt: hinc seditiones et perturbationes. Nam qui in his ludis aluntur, quique vocem ventris causa vendunt, quorum opus officiumque est clamare, et quidvis absurdum facere; hi maxime sunt qui populos concitant, qui tumultus in urbibus faciunt. Juventus enim otiosa, in hisce malis educata, fera quavis acrior efficitur.

7. Undenam, quæso, præstigiatores? nonne inde proficiscuntur, ut populum vacantem temere inflamment, idque faciant ut ex tumultibus saltatores bonis fruantur, et meretrices honestis mulieribus impedimento sint? In tantum enim maleficii genus perveniunt, ut mortuorum ossa movere non dubitent. Nonne hæc inde ideo oriuntur, quod ad illum diaboli chorum sumptus innumeros consumere cogantur? Lascivia autem unde, necnon mala innumera? Viden' te esse qui vitam humanam evertis, dum ad hæc pertrahis? Ego vero rem destruendam censeo. Tollamus ergo orchestram, inquies. Utinam tolli posset; imo vero, si vultis, quod ad nostram partem attinet, jam sublata et subversa est. Attamen non hoc jubeo. Stantem illam non frequentatam reddite, quæ major laus esset, quam diruere. Si non alios, barbaros saltem imitamini, qui hujusmodi spectaculi turpitudine carent. Quæ nobis igitur deinceps excusatio erit, cum nos cælorum cives, Cherubinorum choro adscripti, angelorum [1] consortes, barbaris hac in re pejores simus, cum liceat sexcentas alias his majores voluptates reperire? Si vis enim animum recreare, vade ad pomaria, ad fluvium, ad stagna: hortos contemplare, cicadas audi canentes; martyrum sepulcra frequenta, ubi corporis valetudo, animæ utilitas, nihilque damni, nulla post factum pœnitentia, ut post illa spectacula. Uxorem habes et filios: quæ voluptas huic par est? Habes domum et amicos: hæc jucunda, et cum temperantia magnum lucrum pariunt. Quid enim, quæso, filiis jucundius? quid uxore dulcius iis, qui continere volunt? Fertur barbarorum dictum philosophia plenum. Nam de theatris illis iniquis, et de importuna illa voluptate audientes dicebant: Romani ac si filios et uxores non haberent, has excogitavere voluptates: quibus ostendunt, nihil dulcius esse filiis et uxore, si quis honeste vivere velit. Quid ergo si ostendam, inquies, nihil damni ex hac frequentia emergere? Certe vel hoc ipsum damnum est, sine causa ac temere tempus insumere, et aliis offendiculo esse. Nam si tu damnum non patiaris, alium hujus spectaculi studiosiorem reddis. Quomodo autem damnum non patiaris, qui præbes his spectaculis occasionem? Nam præstigiator, corruptus puer, fornicaria mulier, omnesque illi diabolici chori in caput tuum causam spectaculorum regerunt. Quemadmodum enim si spectatores non essent, nec essent qui ludos hujusmodi exhiberent: sic quia spectatores sunt, et ipsi gestorum ignem partiuntur. Itaque licet sine castitatis dispendio id ageres, id quod certe fieri nequit, aliorum tamen perniciei graves dabis pœnas, sive spectantium, sive spectacula edentium. Atque ad castitatem servandam majus lucrum fecisses, si illo non venisses. Si enim castus nunc es, multo castior esses si spectacula illa vitasses. Ne itaque inutiliter contendamus, neque inutiles defensiones excogitemus. Una defensio et excusatio est, si fugiamus fornacem Babylonicam, si procul ab Ægyptia meretrice degamus, etiamsi nudos oporteat ab illa effugere. Ita enim et multa fruemur voluptate, conscientia nos non accusante, præsentem vitam caste agemus, futuraque bona consequemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Nonnulli habent, *archangelorum*, pro, *angelorum*. Mox iidem, *barbaris hac in re pejores videamur*.

## HOMILIA XXXVIII. al. XXXIX.

Cap. 11. v. 25. *In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* 26. *Ita, Pater, quia sic fuit placitum ante te.*

1. Vide quot quantisque modis illos ad fidem deducat. Primo, per Joannis laudes. Nam cum ostenderit eum magnum mirabilemque esse, ejus dicta et facta fide digna esse probavit, per quæ illos ad sui cognitionem attraxit. Secundo, quod dixerit, *Regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* (*Matth.* 11. 12). Hoc enim incitantis et impellentis est. Tertio, quod demonstraverit prophetarum dicta omnia completa esse. Nam hinc declaratur ipsum ab illis fuisse

4. *Quomodo de nobis judicare possumus. Compunctio vera quæ.* — Studeamus ergo ut in eadem portione simus : si non horum, saltem eorum qui hic peccata sua expiarunt. Nam terribile illud judicium est, et inevitabile supplicium intolerabilesque pœnæ. Quod si nolis hic pœnas dare, de teipso judica, a teipso rationes expete. Audi Paulum dicentem : *Quoniam si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur* (1. *Cor.* 11. 31). Si id feceris, paulatim progrediens, ad coronam venies. Et quomodo, inquies, de nobis judicabimus, et a nobis rationes expetemus? Luge, acerbe ingemisce, teipsum humilia et affige, recordare peccatorum tuorum speciatim. Non parvus est hic cruciatus animi. Si quis in compunctione fuit, novit animum hac maxime ratione cruciari. Si quis peccata in memoriam revocavit, novit dolorem qui inde concipitur. Quapropter hujusmodi pœnitentiæ Deus justitiam in præmium constituit, dicens : *Dic tu prior peccata tua, ut justificeris* (*Isai.* 43. 26). Non enim est, non est utique parva ad emendationem ratio, si peccata omnia secundum speciem collecta in animo verses et volvas. Nam qui hoc facit, ita compungetur, ut ne vita quidem se dignum existimet. Qui autem hoc existimat, cera mollior evadet. Ne mihi solum dixeris fornicationes, vel adulteria et similia, neque alia quæ gravia esse apud omnes in confesso est; verum etiam latentes insidias, calumnias, maledicta, vanam gloriam, invidiam, cæteraque omnia collige. Hæc quippe non parvo supplicio plectentur : nam conviciator in gehennam incidet, ebriosusque nihil commune habet cum regno, et qui non amat proximum, sic offendit Deum, ut neque martyrio juvetur. Et qui propinquos negligit, fidem negat, et qui pauperes despicit, in ignem mittitur. Ne parva ergo illa putes, sed omnia collige, et quasi in libro scribe. Nam si tu scripseris, Deus delebit; contra si tu non scripseris, Deus illa describet, pœnasque repetet. Longe porro melius est ut hæc a nobis scribantur, et in cælis deleantur, quam si nobis occultantibus, Deus in illo die ante oculos nostros ea deferat. Ne igitur hoc accidat, accurate omnia colligamus, et nos multorum reos deprehendemus. Quis enim ab avaritia mundus est? Ne mihi enim dixeris, te mediocriter avarum esse : nam pro modico etiam pœnas dabimus. Hæc cogita, et age pœnitentiam. Quis non reus illatæ contumeliæ? et hoc etiam in gehennam conjicit. Quis non occulte de proximo male dixit? et hoc etiam a regno exigit [1]. Quis superbia non intumuit? Hic vero omnium immundissimus est. Quis impudicis oculis non aspexit? Hic porro mœchus omnino est. Quis non sine causa fratri suo iratus est? Hic vero reus est concilio. Quis non juravit? Hoc autem a malo est. Quis non pejeravit? Hic porro plus quam a malo est. Quis non servivit mamonæ? Hic vero a sincera Christi servitute excidit. Alia his majora proferre possem : sed hæc

[1] Hæc, *et hoc etiam a regno exigit*, in tribus Mss. desunt.

satis sunt, et possent ad compunctionem deducere, nisi quis lapideus sit, et omni prorsus sensu careat. Si enim eorum singula in gehennam conjiciunt, quid non facient omnia simul conjuncta? Quomodo igitur, inquies, salutem consequi possumus? Si opposita his remedia adhibeamus, eleemosynam, preces, compunctionem, pœnitentiam, humilitatem, cor contritum, rerum præsentium contemptum. Sexcentas enim salutis vias Deus aperuit, si attendere velimus. Animum adhibeamus ergo, et per hæc omnia curemu vulnera, eleemosynam erogantes, iram in eos qui no læserunt reprimentes, pro omnibus Deo gratias agentes, pro viribus jejunantes, sincero corde precantes amicos nobis facientes ex mamona iniquitatis. Si enim poterimus et veniam peccatorum, et promiss consequi bona: queis utinam nos omnes dignemur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cu gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XLII. al. XLIII.

CAP. 12. v. 33. *Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum; aut facite arborem malam, et fructum ejus malum: ex fructu enim arbor cognoscitur.*

1. Rursus illos pudore afficit, nec sunt illi priora argumenta satis. Hoc autem facit, non ut se a culpa defendat (satis enim essent quæ jam dicta sunt), sed ut illos ad emendationem deducat. Quod autem dicit, hoc significat: Nemo vestrum curatos reprehendit, quasi vere curati non essent, neque dixit, malam rem esse a dæmone liberare. Etiamsi enim admodum impudentes essent, hoc dicere non poterant. Quia ergo opera ipsa traducere non valebant, sed hæc operantem calumniabantur [1], demonstrat accusationem et cum communi ratiocinio, et cum rerum consequentia pugnare. Quod ingentis impudentiæ est, nempe non modo maligne agere, sed etiam illa comminisci, quæ contra communem omnium mentem pugnant. Ac vide quam extra contentionem sit id quod profert. Non enim dicit: Facite arborem bonam, quoniam fructus ejus bonus est; sed egregie illos coercens, et mansuetudinem suam et impudentiam eorum demonstrans ait: Si opera vultis reprehendere, non prohibeo: solum ne de iis quæ nec consistere, nec consequenter dici possunt, me accusetis. Sic enim clarius deprehendi poterant contra res manifestissimas impudenter loqui. Itaque frustra malignamini, inquit, nec consequentia loquimini. Nam arborum differentia ex fructu dignoscitur, non autem fructus ab arbore: vos vero contrarium facitis. Etiamsi enim arbor fructus sit causa, attamen fructus arboris speciem declarat. At consequens erat, ut ipsa opera et nos simul reprehenderetis, vel si opera laudaretis, nos operantes ne incusaretis. Nunc vero contrarium facitis: nam cum opera, quæ sunt fructus, calumniari nequeatis, contrarium contra arborem fertis calculum, dum me dæmoniacum vocatis, quod extremæ est dementiæ. Nam quod prius dicebat, hoc etiam nunc asserit, non posse arborem bonam fructus malos facere, neque malam bonos (*Matth.* 7. 18). Itaque accusationes eorum palam est nihil consequens, nihil secundum naturam rerum habere. Deinde quia non pro se, sed pro Spiritu verba facit, acriter invehitur dicens: 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* Hoc vero simul et accusantis est, et dictorum demonstrationem inde præbentis. Ecce namque vos, inquit, cum sitis arbores malæ, non potestis ferre fructum bonum. Non miror ergo, quod talia loquamini; male quippe educati estis, a malis progenitoribus orti, mentemque malam habetis. Et vide quam accurate, nullam præbens illis ansam, accusationes disposuerit. Non enim dixit: Quomodo potestis bona loqui, cum sitis genimina viperarum? hoc enim nihil ad illud; sed, *Quomodo potestis bona loqui, mali cum sitis?* Genimina autem viperarum ipsos vocavit, quia de progenitoribus gloriabantur. Ostendens igitur nihil sibi inde lucrum provenire, ex Abrahæ cognatione illos ejecit; progenitores autem ejusdem indolis dat illis, a nobilitate pristina nudatis. *Nam ex abundantia cordis os loquitur.* Hic quoque rursum divinitatem suam commonstrat, quæ secreta cognoscat; sciatque ipsos non verborum tantum, sed etiam malarum cogitationum rationem reddituros esse; Deumque ipsas cognoscere. Dicit vero, posse etiam homines hæc nosse; quia hæc naturæ consequentia est, ut si intus nequitia superabundet, per oris verba foris effundatur. Itaque cum audieris hominem mala loquentem, non æqualem solum ei nequitiam in ipso inesse putes, quam verba exhibent; sed longe majorem esse conjice: quod enim extra profertur, intus supereffluit. Viden' quam acriter illos tetigerit? Nam si dicta eorum tam prava sunt, et secundum diaboli mentem, radix et fons, quæ sint cogita. Hoc autem sic contingere solet: lingua sæpe pudore detenta, non tantam simul nequitiam effundit: cor autem, cui nullus homo testis adest, sine metu quæcumque velit mala gignit: Deum quippe nihil curat. Quoniam ergo ea quæ dicuntur, in examen veniunt et omnibus sunt exposita, cor autem latet et quasi umbra obvolutum est, ideo minora sunt quæ ex lingua proficiscuntur, quæ in corde latent majora. Cum autem ingens copia intus est, tum magno impetu prodeunt illa quæ hactenus occulta erant. Ac sicut ii qui vomunt, initio videntur exsilientes humores vi retinere velle; cum autem vis illa deficit, tunc fœde admodum prodeunt: sic qu pravis consiliis pleni sunt, proximum maledictis impetunt. 35. *Bonus homo,* inquit, *ex bono thesauro cordis sui profert bona: et malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala.*

2. Ne putes, inquit, id in malis tantum evenire; in bonis quippe idipsum accidit: etenim major intus virtus est, quam verba exhibeant. Unde arguitur, illos pejores etiam fuisse, quam verba monstrarent, ipsumque meliorem, quam ex dictis ejus argueretur. Thesaurum

[1] Unus, *diabolum esse dicebant.*

δὲ τῆς γνησίας ἐξέπεσε τοῦ Χριστοῦ δουλείας. Ἔχω καὶ ἕτερα μείζονα τούτων εἰπεῖν [451]· ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ ταῦτα, καὶ ἱκανὰ τὸν μὴ λίθινον [83] ὄντα μηδὲ σφόδρα ἀναίσθητον εἰς κατάνυξιν ἀγαγεῖν. Εἰ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν εἰς γέενναν ἐμβάλλει, πάντα ὁμοῦ συνελθόντα τί οὐκ ἐργάσεται; Πῶς οὖν ἔστι σωθῆναι; φησί. Τὰ ἀντίῤῥοπα τούτων φάρμακα ἐπιτιθέντας, ἐλεημοσύνην, εὐχὰς, κατάνυξιν, μετάνοιαν, ταπεινοφροσύνην, συντετριμμένην καρδίαν, ὑπεροψίαν τῶν ὄντων. Μυρίας γὰρ ὁδοὺς σωτηρίας ἔτεμεν ὁ Θεὸς, ἐὰν ἐθέλωμεν προσέχειν. Προσέχωμεν τοίνυν, καὶ διὰ πάντων τὰ τραύματα ἐκκαθαίρωμεν [84], ἐλεοῦντες, ὀργὴν τοῖς λελυπηκόσιν ἀφιέντες, εὐχαριστοῦντες ὑπὲρ πάντων τῷ Θεῷ, νηστεύοντες κατὰ δύναμιν, εὐχόμενοι γνησίως, φίλους ἑαυτοῖς ποιοῦντες ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ συγγνώμης ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις τυχεῖν [85], καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[83] λίθον Eclog. Cf. p. 818 D. [84] ἐκκαθάρωμεν E. ἐλεοῦντες] Sic F. faventibus Verss. vulgo ποιοῦντες ἐλεημοσύνην. [85] τυχεῖν om. E. et pr. C.

## ΟΜΙΛΙΑ ΜΒ'.

*Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.*

α'. Πάλιν ἑτέρως αὐτοὺς καταισχύνει, καὶ οὐκ ἀρκεῖται τοῖς προτέροις ἐλέγχοις. Τοῦτο δὲ ποιεῖ, οὐχ ἑαυτὸν ἀπαλλάττων ἐγκλημάτων [86] (ἤρκει γὰρ τὸ πρότερον), ἀλλ' αὐτοὺς διορθῶσαι βουλόμενος. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδεὶς ὑμῶν οὔτε ἐμέμψατο τοῖς θεραπευθεῖσιν, ὡς οὐ θεραπευθεῖσιν, οὔτε εἶπεν, ὅτι πονηρὸν τὸ δαίμονος ἐλευθεροῦν. Εἰ γὰρ καὶ σφόδρα ἠναισχύντουν, οὐκ ἐδύναντο τοῦτο εἰπεῖν. Ἐπεὶ οὖν τοῖς μὲν ἔργοις οὐκ ἐπέσκηπτον, τὸν δὲ ταῦτα ἐργαζόμενον διέβαλλον [87]· δείκνυσιν ὅτι καὶ παρὰ τοὺς κοινοὺς λογισμοὺς καὶ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν ἡ κατηγορία αὕτη. Ὅπερ ἐπιτεταμένης ἐστὶν ἀναισχυντίας, τὸ μὴ μόνον πονηρεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοιαῦτα συντιθέναι, ἃ καὶ παρὰ τὰς κοινάς ἐστιν ἐννοίας. Καὶ ὅρα τὸ ἀφιλόνεικον. Οὐ γὰρ εἶπε· Ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, ἐπειδὴ καὶ ὁ καρπὸς καλός· ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς αὐτοὺς ἐπιστομίζων, καὶ τὴν ἐπιείκειαν τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀναισχυντίαν τὴν ἐκείνων ἐνδεικνύμενός φησιν· Εἰ καὶ [88] τῶν ἔργων βούλεσθε ἐπιλαβέσθαι, οὐδὲν κωλύω· μόνον μὴ ἀσύμφωνα, μηδὲ ἀνακόλουθα ἐγκαλεῖτε. Οὕτω γὰρ σαφέστερον ἁλίσκεσθαι ἔμελλον, πρὸς τὰ λίαν [452] φανερὰ ἀναισχυντοῦντες. Ὥστε εἰκῇ [89] πονηρεύεσθε, φησὶ, καὶ ἀνακόλουθα ἑαυτοῖς λέγετε. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ δένδρου διάκρισις ἀπὸ τοῦ καρποῦ φαίνεται, οὐχ ὁ καρπὸς ἀπὸ τοῦ δένδρου· ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιεῖτε. Εἰ γὰρ καὶ τὸ δένδρον τοῦ καρποῦ αἴτιον, ἀλλ' ὁ καρπὸς τοῦ δένδρου γνωριστικός. Καὶ ἀκόλουθον ἦν, ἢ καὶ τὰ ἔργα διαβάλλειν ἡμᾶς αἰτιωμένους, ἢ ταῦτα ἐπαινοῦντας, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐργαζομένους τῶν ἐγκλημάτων ἀπαλλάττειν τούτων. Νῦν δὲ τοὐναντίον ποιεῖτε· τοῖς γὰρ ἔργοις οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες, ὅπερ ἐστὶν ὁ καρπὸς, τὴν ἐναντίαν περὶ τοῦ δένδρου φέρετε ψῆφον, ἐμὲ δαιμονῶντα καλοῦντες, ὅπερ ἐσχάτης ἐστὶ παροινίας [90]. Καὶ γὰρ ὅπερ ἔμπροσθεν εἶπε, τοῦτο καὶ νῦν κατασκευάζει, ὅτι οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδ' αὖ τοὐναντίον πάλιν. Ὥστε παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν καὶ φύσιν αὐτῶν τὰ ἐγκλήματα. Εἶτα ἐπειδὴ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Πνεύματος ποιεῖται τὸν λόγον, καὶ καταφορικῶς κέχρηται τῇ κατηγορίᾳ λέγων· *Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες;* Τοῦτο δὲ ὁμοῦ καὶ ἐγκαλοῦντός ἐστι, καὶ τῶν εἰρημένων τὴν ἀπόδειξιν ἐξ ἐκείνων παρέχοντος. Ἰδοὺ γὰρ ὑμεῖς, φησὶ, δένδρα ὄντες πονηρὰ, οὐ δύνασθε φέρειν καρπὸν ἀγαθόν. Οὐ τοίνυν θαυμάζω, ὅτι ταῦτα φθέγγεσθε· καὶ γὰρ ἐτράφητε κακῶς, προγόνων ὄντες πονηρῶν, καὶ διάνοιαν κέκτησθε πονηράν. Καὶ ὅρα πῶς ἀκριβῶς καὶ χωρὶς λαβῆς ἁπάσης τέθεικε τὰ ἐγκλήματα. Οὐ γὰρ εἶπε· Πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, γεννήματα ὄντες ἐχιδνῶν; οὐδὲν γὰρ τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο· ἀλλὰ, *Πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες;* Γεννήματα δὲ [91] ἐχιδνῶν αὐτοὺς εἴρηκεν, ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς προγόνοις ηὔχουν [92]. Δεικνὺς τοίνυν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς ἐντεῦθεν τὸ κέρδος, τῆς μὲν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐξέβαλεν αὐτοὺς συγγενείας· δίδωσι δὲ αὐτοῖς προγόνους ὁμοτρόπους, τῆς ἐκεῖθεν περιφανείας γυμνώσας αὐτούς. *Ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.* Ἐνταῦθα πάλιν τὴν θεότητα αὐτοῦ δείκνυσιν εἰδυῖαν τὰ ἀπόῤῥητα· καὶ ὅτι οὐχὶ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρῶν ἐννοιῶν δώσουσι δίκην· καὶ ὅτι οἶδεν αὐτὰ ὡς Θεός [93]. Λέγει δὲ ὅτι οὐκ ἀνθρώποις δυνατὸν ταῦτα εἰδέναι· φύσεως γὰρ ἀκολουθία τοῦτο, τὸ ὑπερβλυζούσης ἔνδον τῆς πονηρίας ἐκχεῖσθαι ἔξω διὰ τοῦ στόματος τὰ ῥήματα. Ὥστε ὅταν ἀκούσῃς ἀνθρώπου πονηρὰ φθεγγομένου, μὴ τοσαύτην νόμιζε πονηρίαν ἐγκεῖσθαι αὐτῷ, ὅσην τὰ ῥήματα ἐπιδείκνυται· ἀλλὰ πολλῷ πλείονα στοχάζου εἶναι τὴν πηγήν· τὸ γὰρ ἔξωθεν λεγόμενον, τὸ περιττόν ἐστι τοῦ ἔνδον. Εἶδες πῶς αὐτῶν καθήψατο σφοδρῶς; Εἰ γὰρ τὸ λεχθὲν οὕτω πονηρὸν, καὶ ἀπ' αὐτῆς τοῦ διαβόλου τῆς γνώμης ἐστὶν, ἐννόησον ἡ ῥίζα καὶ ἡ πηγὴ τῶν ῥημάτων ἡλίκη. Συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰκότως· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα αἰσχυνομένη πολλάκις οὐκ ἀθρόον [453] ἐκχεῖ τὴν πονηρίαν· ἡ δὲ καρδία οὐδένα ἀνθρώπων ἔχουσα μάρτυρα, ἀδεῶς ὅσα ἂν θέλῃ τίκτει κακά· τοῦ γὰρ Θεοῦ οὐ πολὺς λόγος αὐτῇ. Ἐπεὶ οὖν τὰ μὲν λεγόμενα εἰς ἐξέτασιν ἔρχεται καὶ πᾶσι προτίθεται, ἐκείνη δὲ συνεσκίασται, διὰ τοῦτο τὰ μὲν ταύτης [94] ἐλάττω, τὰ δὲ ἐκείνης πλείονα γίνεται. Ὅταν δὲ πολὺ τὸ πλῆθος γένηται τῶν ἔνδον, πολλῷ τῷ ῥοίζῳ τὰ τέως κρυπτόμενα πρόεισι. Καὶ καθάπερ οἱ ἐμοῦντες, παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν βιάζονται ἔνδον κατέχειν ἐκπηδῶντας τοὺς χυμοὺς, ἐπειδὰν δὲ ἐκνικηθῶσι, πολλὴν τὴν βδελυγμίαν προΐενται· οὕτω καὶ οἱ τὰ πονηρὰ βουλεύματα ἔχοντες, καὶ τοὺς πλησίον κακηγοροῦντες. *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ*, φησὶν [95], *ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ* [96] *ἐκβάλλει τὰ πονηρά.*

β'. Μὴ γὰρ δὴ νομίσῃς, φησὶν, ἐπὶ τῆς πονηρίας τοῦτο γίνεσθαι μόνον· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς ἀγαθότητος τοῦτο συμβαίνει· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πλείων τῶν ἔξωθεν ῥημάτων

[86] ἐγκλήματος E. p. p. καὶ τὰ πρότερα Sav. invitis codd. [87] διέβαλλον] διέβαλον, φησί F. ἐνδιέβαλλον, φησί A. διάβολόν φασι D. *diabolum nuncupant* Ge. Cæteri cum Enth. et Arm. vulgatum tuentur. διέβαλον, φησὶν ὅτι (om. δείκνυσιν) Ep. [88] εἰ γὰρ καί Edd. [89] εἰκῇ] εἰ καί D. F. *Nam et maligne agitis* Ge. [90] παρανοίας E. ἀνοίας F. [91] δέ om. A. C. D. αὐτούς om. A. [92] ηὔχουν] μέγα ἐφρόνουν F. Ep. [93] ὡς Θεός] ὁ Θεός Edd. contra codd. Ep. et Interpp. [94] τὰ μὲν ταύτης] ταῦτα μέν F. [95] φησί] add. τῆς καρδίας αὐτοῦ E. 2 Mosqq. [96] θησαυροῦ] add. τῆς καρδίας αὐτοῦ A. E. 5 Mosqq. et (om. αὐτοῦ) C. Locum sine his additamentis legerunt Ep. et Interpp.

ἔνδον ἡ ἀρετή. Ἐξ ὧν ἐδείκνυ, ὅτι κἀκείνους πονηροτέρους ἐχρῆν νομίζειν, ἢ τὰ ῥήματα ἐνεδείκνυντο, καὶ αὐτὸν ἀγαθώτερον, ἢ τὰ λεγόμενα ἐνέφαινε. Θησαυρὸν δέ φησι, τὸ πλῆθος ἐνδεικνύμενος. Εἶτα πάλιν πολὺν ἐπιτειχίζει τὸν φόβον. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε, φησὶ, μέχρι τούτου καὶ τῆς τῶν πολλῶν καταγνώσεως τὸ πρᾶγμα ἑστηκέναι· καὶ γὰρ τὴν ἐσχάτην δώσουσι δίκην ἅπαντες οἱ τὰ τοιαῦτα πονηρευόμενοι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὑμεῖς· ὁμοῦ μὲν τὸ κοινὸν παιδεύων γένος, ὁμοῦ δὲ ἀνεπαχθέστερον τὸν λόγον ποιῶν. *Λέγω δὲ ὑμῖν* [97], *ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν*, φησὶν, *ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.* Ἀργὸν δὲ, τὸ μὴ κατὰ πράγματος κείμενον, τὸ ψευδὲς, τὸ συκοφαντίαν ἔχον [98]· τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ τὸ μάταιον· οἷον, τὸ γέλωτα κινοῦν ἄτακτον, ἢ τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀναίσχυντον καὶ ἀνελεύθερον. *Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου κατακριθήσῃ.* Εἶδες πῶς ἀνεπαχθὲς τὸ δικαστήριον; πῶς ἥμεροι αἱ εὐθῦναι; Οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἕτερος εἶπε περὶ σοῦ, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐφθέγξω, τὰς ψήφους ὁ δικαστὴς οἴσει· ὅπερ ἁπάντων ἐστὶ δικαιότατον. Καὶ γὰρ σὺ κύριος εἶ καὶ τοῦ εἰπεῖν καὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν. Οὐ τοίνυν [99] τοὺς κακηγορουμένους ἀγωνιᾷν δεῖ καὶ τρέμειν, ἀλλὰ τοὺς κακηγοροῦντας. Οὐ γὰρ ἐκεῖνοι ἀναγκάζονται ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ ὧν κακῶς ἤκουσαν, ἀλλ' οὗτοι ὑπὲρ ὧν κακῶς εἶπον· καὶ τούτοις ἐπικρέμαται ὁ κίνδυνος ἅπας. Ὥστε τοὺς μὲν κακῶς ἀκούοντας ἀμερίμνους δεῖ εἶναι· οὐ γὰρ παρέξουσιν εὐθύνας ὧν ἕτεροι εἶπον κακῶς· τοὺς δὲ κακῶς εἰρηκότας ἀγωνιᾷν καὶ τρέμειν, ἅτε αὐτοὺς μέλλοντας εἰς τὸ δικαστήριον ὑπὲρ τούτων ἕλκεσθαι. Καὶ γὰρ διαβολικὴ αὕτη παγὶς [1], καὶ ἁμαρτία οὐδεμίαν ἔχουσα [454] ἡδονὴν, ἀλλὰ βλάβην μόνον. Καὶ γὰρ πονηρὸν ἐν τῇ ψυχῇ θησαυρὸν ἀποτίθεται ὁ τοιοῦτος. Εἰ δὲ ὁ χυμὸν πονηρὸν ἔχων, αὐτὸς καρποῦται πρῶτον τὴν νόσον, πολλῷ μᾶλλον ὁ τὸ χολῆς πάσης πικρότερον, τὴν πονηρίαν, ἐν ἑαυτῷ θησαυρίζων, τὰ ἔσχατα πείσεται, χαλεπὴν συνάγων νόσον. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐρεύγεται. Εἰ γὰρ τοὺς ἄλλους οὕτω λυπεῖ, πολλῷ μᾶλλον τὴν τίκτουσαν αὐτὰ ψυχήν. Ὁ γὰρ ἐπιβουλεύων, ἑαυτὸν ἀναιρεῖ πρῶτον· καὶ γὰρ ὁ πῦρ πατῶν [2], ἑαυτὸν κατακαίει· καὶ ὁ ἀδάμαντα παίων, ἑαυτῷ ἐπηρεάζει· καὶ ὁ πρὸς κέντρα λακτίζων, ἑαυτὸν αἱμάττει.

Τοιοῦτον γάρ τί ἐστιν ὁ εἰδὼς ἀδικεῖσθαι καὶ φέρειν γενναίως, καὶ ἀδάμας, καὶ κέντρα, καὶ πῦρ· ὁ δὲ ἀδικεῖν μεμελετηκὼς, πηλοῦ παντὸς ἀσθενέστερος. Οὐ τοίνυν τὸ ἀδικεῖσθαι κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ [3] μὴ εἰδέναι φέρειν ἀδικούμενον. Πόσα γοῦν ἠδικεῖτο [4] ὁ Δαυῒδ; πόσα δὲ ἠδίκει ὁ Σαοὺλ; Τίς οὖν ἰσχυρότερος γέγονε καὶ μακαριώτερος; τίς δὲ ἀθλιώτερος καὶ ἐλεεινότερος; οὐχ ὁ ἠδικηκώς; Σκόπει δέ· Ὑπέσχετο ὁ Σαοὺλ, εἰ καθέλοι τὸν ἀλλόφυλον Δαυῒδ, κηδεστὴν αὐτὸν λήψεσθαι, καὶ δοῦναι [5] τὴν θυγατέρα αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς χάριτος. Καθεῖλε τὸν ἀλλόφυλον· παρέβη τὰς συνθήκας ἐκεῖνος, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρει. Τίς οὖν γέγονε λαμπρότερος; Οὐχ ὁ μὲν ἀπεπνίγετο ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καὶ τοῦ πονηροῦ δαίμονος, ὁ δὲ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμπε τοῖς τροπαίοις καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν εὐνοίᾳ; Πάλιν ἐπὶ τοῦ χοροῦ τῶν γυναικῶν, οὐχ ὁ μὲν ἀπηγχονίζετο τῷ φθόνῳ, ὁ δὲ τῇ σιγῇ πάντα φέρων, ἅπαντας εἷλε καὶ ἑαυτῷ προσέδησεν; Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς ἔλαβεν αὐτὸν εἰς χεῖρας, καὶ ἐφείσατο, τίς πάλιν μακάριος ἦν; τίς δὲ ἄθλιος; τίς δὲ ὁ [6] ἀσθενέστερος; τίς δὲ ὁ δυνατώτερος; Οὐχ οὗτος ὁ μηδὲ δικαίως ἐπεξελθών; Καὶ μάλα εἰκότως. Ὁ μὲν γὰρ στρατιώτας ὡπλισμένους, ὁ δὲ τὴν δικαιοσύνην τὴν μυρίων στρατοπέδων ἰσχυροτέραν εἶχε σύμμαχον καὶ βοηθόν. Διά τοι τοῦτο ἐπιβουλευθεὶς ἀδίκως, οὐδὲ δικαίως ἀνελεῖν ὑπέμεινεν. Ἤδει γὰρ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, ὅτι οὐ τὸ ποιεῖν κακῶς, ἀλλὰ τὸ πάσχειν κακῶς, τοῦτο ποιεῖ δυνατωτέρους. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων γίνεται, τοῦτο καὶ ἐπὶ δένδρων. Τί δὲ ὁ Ἰακώβ; οὐκ ἠδικήθη παρὰ τοῦ Λάβαν, καὶ ἔπαθε κακῶς; Τίς οὖν ἦν [7] ἰσχυρότερος; ὁ λαβὼν αὐτὸν εἰς χεῖρας, καὶ μὴ τολμῶν ἅψασθαι, ἀλλὰ δεδοικὼς καὶ τρέμων, ἢ [8] οὗτος ὁ χωρὶς ὅπλων [9] καὶ στρατιωτῶν μυρίων βασιλέων γενόμενος αὐτῷ φοβερώτερος;

γ'. Ἵνα δὲ καὶ ἑτέραν μείζονα ταύτης ἀπόδειξιν ὑμῖν παράσχωμαι τῶν εἰρημένων, ἐπ' αὐτοῦ πάλιν τοῦ Δαυῒδ εἰς τοὐναντίον τὸν λόγον γυμνάσωμεν. Ὁ γὰρ ἀδικηθεὶς οὗτος καὶ ἰσχύσας, ἀδικήσας ὕστερον πάλιν ἀσθενέστερος γέγονεν. Ὅτε γοῦν ἠδίκησε τὸν Οὐρίαν, μετέστη πάλιν ἡ τάξις, καὶ ἡ [455] μὲν ἀσθένεια πρὸς τὸν ἀδικήσαντα, ἡ δὲ δύναμις πρὸς τὸν ἀδικηθέντα διέβη· νεκρὸς γὰρ ὢν ἐπόρθει τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου. Καὶ αὐτὸς μὲν βασιλεὺς ὢν καὶ ζῶν οὐδὲν ἴσχυσεν· ἐκεῖνος δὲ καὶ στρατιώτης ὢν καὶ σφαγεὶς, πάντα ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ ἐκείνου. Βούλεσθε καὶ ἑτέρωθεν, ὃ λέγω, ποιήσω σαφέστερον; Ἐξετάσωμεν καὶ τοὺς δικαίως ἀμυνομένους. Οἱ μὲν γὰρ ἀδικοῦντες, ὅτι πάντων εἰσὶν εὐτελέστεροι τῇ ἑαυτῶν πολεμοῦντες ψυχῇ, παντί που δῆλόν ἐστιν. Ἀλλὰ τίς [10] ἠμύνατο δικαίως, καὶ μυρία ἀνῆψε κακὰ, καὶ πολλαῖς ἑαυτὸν περιέπειρε συμφοραῖς τε καὶ ὀδύναις; Ὁ τοῦ Δαυῒδ στρατηγός. Οὗτος γὰρ καὶ πόλεμον συνεκρότησε χαλεπὸν, καὶ μυρία ἔπαθε κακὰ, ὧν οὐδὲ ἓν ἂν ἐγεγόνει, εἴγε ἠπίστατο φιλοσοφεῖν. Φεύγωμεν τοίνυν τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, καὶ μήτε ῥήμασι, μήτε πράγμασιν ἀδικῶμεν τοὺς πλησίον. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἐὰν κακηγορήσῃς καὶ δικαστήριον καθίσῃς· ἀλλ' ἁπλῶς· Ἐὰν κακῶς εἴπῃς, καὶ κατὰ σαυτὸν, καὶ οὕτω τὴν ἐσχάτην δώσεις δίκην. Κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ εἰρημένον, σὺ δὲ κἂν πεπεισμένος [11] εἴπῃς, καὶ οὕτω τιμωρηθήσῃ. Οὐ γὰρ [12] ἐξ ὧν ἔπραξεν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπες σὺ, τὴν ψῆφον ὁ Θεὸς οἴσει· *Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου κατακριθήσῃ*, φησίν. Οὐκ ἀκούεις, ὅτι καὶ ὁ Φαρισαῖος τἀληθῆ ἐφθέγξατο, καὶ τὰ πᾶσι κατάδηλα εἶπεν, οὐ τὰ λανθάνοντα ἐκκαλύψας; Ἀλλ' ὅμως τὴν ἐσχάτην ἔδωκε δίκην. Εἰ δὲ τῶν ὡμολογημένων οὐ δεῖ κατηγορεῖν, πολλῷ μᾶλλον τῶν ἠμφισβητημένων· καὶ γὰρ ἔχει δικαστὴν ὁ πεπλημμεληκώς. Μὴ τοίνυν ἁρπάσῃς τὴν ἀξίαν τοῦ Μονογενοῦς. Ἐκείνῳ τῆς κρίσεως ὁ θρόνος τετήρηται. Ἀλλὰ βούλει δικάζειν; Ἔστι σοι κριτήριον, πολὺ τὸ κέρδος ἔχον, καὶ οὐδὲν ἔγκλημα φέρον. Κάθισον ἐπὶ τοῦ συνειδότος τὸν δικάζοντα λογισμὸν, καὶ πάραγε εἰς μέσον τὰ πεπλημμελημένα σοι πάντα. Ἐξέτασόν [13] σου τὰ ἁμαρτήματα τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπαίτει μετὰ ἀκριβείας

[97] Λέγω δὲ ὑμῖν om. D. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι om. F. 1 Mosq. Deinde πᾶν ῥῆμα ὃ ἐὰν λαλήσωσιν ἀργὸν οἱ ἄνθ. E. 2 Mosqq. [98] ἔχον] add. ἐστὶ E. [99] ΗΘΙΚΟΝ. Περὶ πλεονεξίας καὶ ἀδικίας· καὶ ὅτι ὁ ἀδικῶν μᾶλλόν ἐστιν ἢ ὁ ἀδικούμενος ὑβρισμένος. A. [1] αὕτη ἡ παγίς F. Sav. [2] πατῶν] Sic F. Arm. et Florileg. p. 325. (Tom. XII. p. 579 A. et sic ed. Sav. ἅπτων A. C. Mor. ἅπτων E. ἀνάπτων D. idque e codd. recepit Montef. *qui tangit* Ge. [3] τό om. D. F. Flor. p. 451. (Tom. XII. p. 623 E. ubi male excidit μή.) [4] ἠδίκητο A. C. D. F. p. p. δέ deest in Edd. [5] δώσειν F. Sav. [6] ὁ om. C. E. ὁ ante δυνατώτερος om. E. [7] ἦν om. A C. ἰσχ. ἦν E. [8] ἢ] add. οὐχί A. Mor. [9] ὄχλων codices et Ge. ὅπλων recepi ex Arm. et Flor. p. 325 ubi χωρὶς ὅπλων καὶ στρατοπέδων legitur. [10] τίς] add. φησίν Edd. [11] Sic ediderunt Sav. Ben. favente Ge. rectius quam Arm. et codd. qui omnes σὺ δὲ μὴ πεπεισμένος habent. [12] Οὐδὲ γάρ A. C. [13] καὶ ἐξέτασον A. C. D. F.

autem memorat, magnam copiam indicans. Deinde rursus magnum excitat timorem. Ne putetis, inquit, non ultra procedi, inque facti condemnatione sistendum esse negotium: nam extremas dabunt pœnas quotquot talia perpetrarint. Neque dixit, Vos; tum ut omnes erudiret, tum ne onerosior sermo esset. 36. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quodcumque loquentur homines, dabunt de illo rationem in die judicii.* Otiosum autem, quod rei non convenit, mendax, sycophantiam continens; imo inane, ut quidam dicunt, quod profusum risum moveat, vel turpe, impudens, illiberale. 37. *Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.* Viden' non molestum judicium, levesque pœnas? Neque enim ex iis quæ alius de te dixit, sed ex iis quæ ipse loquutus es, judex calculum feret; quod omnium est justissimum. Tu enim et dicendi et non dicendi potestatem habes. Non igitur eos qui calumniis impetuntur angi et timere par est, sed eos qui calumniantur. Neque enim illi coguntur sese purgare, quod male audierint; sed hi, quod male dixerint: ipsisque omne periculum imminet. Quare eos qui male audierint nihil curare oportet: neque enim pœnas dabunt pro maledictis aliorum; eos autem qui maledixerint anxios esse par est et tremere, utpote in judicium hac de re trahendos. Nam diabolicus est laqueus peccatum illud quod nullam habet voluptatem, sed solummodo damnum. Nam talis homo malum in animo thesaurum deponit. Si vero is qui pravum habet humorem, in morbum ipse incidit, multo magis ille qui bile acriorem in se nequitiam thesaurizat, extrema patietur, quia gravem sibi morbum paravit. Idque manifestum est ex iis quæ ipse eructat. Nam si alios tanto dolore afficit, multo magis animam suam illa parientem. Qui enim insidias parat, seipsum primum occidit: siquidem qui ignem calcat, seipsum comburit; et qui adamantem percutit, sibi ipsi nocumentum parit; ac qui contra stimulum calcitrat, seipsum cruentat.

*Injuriam inferentis multo pejor est conditio quam patientis.* — Etenim qui læsus fortiter injuriam ferre novit, is est adamas, stimulus et ignis: qui vero injuriam ferre meditatur, luto imbecillior est. Non ergo injuria affici malum est, sed injuriam inferre, nec posse injuriam ferre. Quantum læsus est David? Quantum læsit Saül? Quis ergo fortior beatiorque fuit? quis miserior? Nonne is qui læsit? Rem vero perpende. Pollicitus est Saül si David alienigenam vinceret, se ipsum in generum assumpturum, ac filiam suam illi libentissime daturum (1. *Reg.* 17. *et* 18). Alienigenam ille occidit: Saül vero pacta violavit: nec modo non dedit filiam (*a*), sed necem quoque ipsi machinabatur. Quis ergo splendidior fuit? Annon ille mœrore animi et pravo dæmone suffocabatur, hic vero tropæis et gratia divina plus quam sol splendebat? Rursus circa mulierum chorum nonne ille invidia præfocabatur, hic silentio ferens omnia, omnes attraxit, sibique conjunxit? Cum autem David illum præ manibus habuit, ipsique pepercit, quis rursum beatus erat, quis miser? quis imbecillior? quis fortior? Nonne David, qui illum non ultus est, etsi juste posset? Et jure quidem. Nam ille armatos milites habebat, hic justitiam sexcentis exercitibus fortiorem auxiliatricem habuit. Ideoque insidiis injuste impetitus, ne juste quidem voluit hostem occidere. Sciebat enim ex iis quæ ante acciderant, non eum qui male facit, sed eum qui male patitur, evadere fortiorem. Quod et in corporibus et in arboribus videre est. Quid ergo Jacob? annon læsus est a Labano, et male passus est? Quis ergo fortior? an is qui cepit illum, nec ausus est tangere, sed timuit ac tremuit, an hic qui sine armis ac militibus plus illi formidabilis fuit, quam reges mille fuissent?

3. *Confirmatur eadem thesis. Vitia proximi, etiamsi vera, non revelanda. Examen conscientiæ.* — Ut majorem autem dictorum demonstrationem vobis præbeam, ad ipsum iterum David, sed contrario modo spectatum, sermonem convertamus. Nam hic qui læsus prævaluit, cum læsit postea, imbecillior factus est. Quando igitur Uriam læsit, mutatus est ordo, et imbecillitas in lædentem, virtus autem in læsum transivit (2. *Reg.* 11): nam mortuus Urias Davidis domum expilavit. Et hic quidem cum rex et in vivis esset, nihil potuit; ille vero cum miles atque interfectus esset, illius omnia subvertit. Vultisne ut aliunde rem vobis clariorem efficiam? Exploremus eos qui se legitime ulti sunt. Nam eos, qui injuste lædunt, omnium esse vilissimos, qui animam suam lædant, nemini non palam est. Verum quis se juste ultus est, innumeraque excitavit mala, multisque seipsum calamitatibus doloribusque involvit? Davidis dux (*Joab*). Hic enim grave bellum concitavit, et innumera passus est mala, quorum ne unum quidem accidisset, si ipse scivisset philosophari. Fugiamus itaque peccatum illud: ac nec verbis, nec factis proximo noceamus. Neque enim dixit, Si accusaveris et jus dicere compuleris; sed simpliciter, Si male dixeris, etiamsi seorsim, extremas dabis pœnas. Etiamsi id quod tu dicis verum sit, etiamsi ea de re persuasus sis [1], pœnas tamen dabis. Non enim ex iis quæ ille fecit, sed ex iis quæ tu dixisti, sententiam feret Deus: *Nam ex verbis tuis condemnaberis*, inquit. Non audis Pharisæum vera loquutum esse, omnibusque nota, nec occulta revelasse? Sed tamen extremas dedit pœnas. Si vero de iis quæ perspicua sunt non licet accusare, multo minus de dubiis: nam judicem habet is qui peccavit. Ne præripias ergo Unigeniti auctoritatem. Illi solium judicii reservatum est. Sed vis judicare? Est tibi judicium, multum quæstum præbens, et nulli obnoxium crimini. In conscientia tua rationem statue judicantem, in mediumque adduc omnia peccata tua. Animæ tuæ peccata examina, exacte rationes

(*a*) Atqui dedit Michol filiam suam in conjugem. Sed puto Chrysostomum hic pro non data habere eam, quæ simulate tantum data fuit, ut hoc allectus beneficio David facilius obtruncaretur. — Vide *Adnot.* Field. ad pag. 454.

[1] Morel., *Etiam si tibi dicenti non creditum sit.*

repete et dic : Cur hoc et hoc ausus es? Si hæc recuset, et aliorum facta exploret, dic illi : Non de his te judico, nec de his tete purgare debes. Quid enim ad te si ille malus est? Tu quare hoc et illud peccasti? Defende te, ne accuses : quæ ad te spectant cures, non aliena. Sæpeque illam in hanc concertationem deduc. Deinde, si nihil respondendum habeat, sed subterfugiat; illam flagellis cæde, sicut ancillam superbam et meretricem, et hoc quotidie judicium constitue : describe fluvium igneum, vermem venenosum, aliaque tormenta : nec sinas eam deinde cum diabolo coire, nec feras impudenter sic loquentem : Hic ad me venit, ille insidias struit, ille me tentat; sed dic illi : Si tu nolueris, illa omnia superflua erunt. Si rursum dixerit, Corpori colligata sum, carne induta, in mundo sum, in terra versor : dic illi : Hæc omnia obtentus sunt. Nam ille carne induebatur, ille in mundo et in terra versans præclare vixit : et tu quoque, cum recte agis, carne es induta. Si hæc audiens angatur, ne subtrahas manum : non enim morietur, si percusseris, imo illam a morte liberabis. Si rursum dixerit, Ille me irritavit, dic illi : Sed licet tibi non irritari; sæpe enim iram superasti. Si dixerit, Illius feminæ pulchritudo me inflammavit, dic illi : Sed poteras hoc superare. Affer exempla eorum qui id superarunt [1], affer exemplum primæ mulieris, quæ dixit, *Serpens decepit me* (*Gen.* 3. 13), nec tamen crimine libera fuit.

4. Cum hæc inquiris, nemo adsit, nemo perturbet, sed quemadmodum judices pone velum sedentes judicant (*a*), sic et tu pro velo tempus et locum quietis quære. Cum post cœnam surgis, et lectum petiturus es, hoc judicium ineas : hoc tempus idoneum est : locus vero lectus est et thalamus. Illud et propheta jussit, dicens : *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini* (*Psal.* 4. 5). Parvarum etiam rerum magnas rationes exige, ne umquam ad magnas res accedas. Si hoc quotidie feceris, cum fiducia stabis ante tribunal illud terribile. Sic Paulus purus effectus est; ideo dicebat : *Si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur* (1. *Cor.* 11. 31). Sic Job filios suos purgabat (*Job.* 1. 5). Nam qui pro occultis sacrificia offerebat, multo magis pro manifestis rationes expetebat. At nos non ita facimus; sed omnino secus. Simul enim atque decumbimus, sæcularia omnia in mente versamus; et alii quidem impuras cogitationes introducunt; alii fœnora, pacta, et curas fluxas. Cumque filiam virginem habemus, eam accurate servamus : animam vero, nobis filia pretiosiorem, sinimus fornicari et pollui, multas illi malas cogitationes immittentes : ac sive avaritiæ amor, sive deliciarum, sive formosorum corporum, sive iræ, sive alius quivis amor intrare voluerit, apertis januis illum excipimus et advocamus, et libere cum illa misceri sinimus. Quo quid magis barbarum, omnium pretiosissimam animam a tot mœchis fœdatam negligere, et tamdiu coeuntem donec illi exsatiati fuerint? Id quod tamen numquam erit. Idcirco ubi somnus invadit, tunc tantum abscedunt; imo ne tunc quidem : nam somnia eadem ipsi simulacra offerunt. Quapropter illucescente die, quæ illa imaginata est anima, in opus sæpe illarum imaginum ope deducta est. Tu vero in pupillam oculi ne minimum quidem pulveris ingredi sinis, animam vero tantorum malorum congeriem trahere negligenter pateris? Quandonam igitur sordes illas quas quotidie ingerimus prorsus deponere poterimus? quando spinas exscindere? quando semina jacere? Nescis tu, tempus messis instare? Nos vero ne novales quidem adhuc curavimus. Si ergo venerit agricola, et nos incusaverit, quid dicemus? quid respondebimus? An neminem semina dedisse? Atqui illa quotidie jaciuntur. An neminem spinas succidisse? Verum quotidie falcem acuimus. An nos sæcularibus abduci curis et necessitatibus? Et quare non teipsum mundo crucifixisti? Nam si ille malus est qui illud solum reddit, quod sibi datum fuerat, quia non duplicavit summam : qui datum labefactavit, quid audiet? Si ille ligatus eo projectus est ubi stridor dentium, quid nos patiemur, dum sexcentæ res sunt quæ nos ad virtutem trahunt, nosque refugimus et segniter agimus? Quid enim non idoneum sit ad te incitandum? Annon vides quam vilis, quam incerta sit hæc vita? quantus hic labor sit? quantus sudor? Nonne enim sic res est, ut virtus cum labore, et vitium sine laboribus adeatur? Si et in hoc et in illo labor est, cur non virtutem eligis quæ tantum quæstum parit? Imo virtutes quædam sunt, quæ nullum habent laborem. Quo labore utendum ut non maledicta proferas, nec mentiaris, nec jures, ut iram proximo remittas? Contra vero facere laboriosum est, magnamque affert sollicitudinem. Quæ igitur nobis erit excusatio, quæ venia, qui ne hæc quidem facere velimus? Hinc vero palam est, laboriosiora illa per desidiam et socordiam nos fugere. Quæ omnia cogitantes, nequitiam fugiamus, virtutem diligamus, ut et præsentia et futura bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Hæc, *affer exempla eorum qui id superarunt*, desunt in quibusdam Mss.

(*a*) Judices olim pone velum sedebant. Sic Athanasius T. 1, p. 297 : αὐτὸς γὰρ εἱστήκει πρὸ τοῦ βήλου, *ipse vero stabat ante velum*, et p. 370 : καὶ τὰ βῆλα τῆς ἐκκλησίας, *et vela ecclesiæ*. In Analectis nostris p. 380 : ὁ κριτὴς τοῦ βήλου, *judex veli*.

## HOMILIA XLIII. al. XLIV.

CAP. 12. v. 38. *Tunc responderunt ei quidam de scribis et Pharisæis, dicentes : Magister, volumus a te signum videre.* 39. *Qui respondit : Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ.*

1. Quid his stultius, quid magis impium? Post tot signa, ac si nullum factum esset, dicunt : *Volumus a te signum videre.* Cur ergo hæc dicebant? Ut carpendi locum iterum haberent. Quia enim ipsos semel, bis et sæpius represserat, et impudentem ipsorum linguam frænarat, ad opera rursus veniunt : quod admirans evangelista rursus dicebat : *Tunc responde-*

τὰς εὐθύνας, καὶ λέγε· Διατί τὸ καὶ τό σοι τετόλμηται; Κἂν ταῦτα μὲν φεύγῃ, τὰ δὲ ἑτέρων ἐξετάζῃ, λέγε πρὸς αὐτήν· Οὐχ ὑπὲρ τούτων σε κρίνω, οὐχ ὑπὲρ τούτων εἰσῆλθες ἀπολογησομένη. Τί γὰρ, ἂν ὁ δεῖνα πονηρός; Σὺ τίνος ἕνεκεν τὸ καὶ τὸ ἐπλημμέλησας; Ἀπολογοῦ, μὴ κατηγόρει· τὰ ἑαυτῆς σκόπει, μὴ τὰ ἑτέρων. Καὶ συνεχῶς αὐτὴν εἰς ταύτην ἐμβίβαζε τὴν ἀγωνίαν. Εἶτα, ἂν μηδὲν ἔχῃ λέγειν, ἀλλὰ καταδύηται, κατάξαινε μαστίζων αὐτὴν, καθάπερ τινὰ θεραπαινίδα μετέωρον καὶ πορνευομένην. Καὶ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν κάθιζε τὸ δικαστήριον, καὶ ὑπόγραφε τὸν ποταμὸν τοῦ πυρὸς, τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὰ ἄλλα βασανιστήρια. Καὶ μὴ ἀφῇς αὐτὴν συγγενέσθαι τῷ διαβόλῳ, λοιπὸν, μηδὲ ἀνάσχῃ ἀναίσχυντα λεγούσης, ὅτι Ἐκεῖνος πρός με ἔρχεται, αὐτός μοι ἐπιβουλεύει, αὐτός με πειράζει· ἀλλ' εἰπὲ πρὸς αὐτήν· Ἂν σὺ μὴ θέλῃς, πάντα ἐκεῖνα περιττά. Κἂν λέγῃ πάλιν, ὅτι Σώματι συμπέπλεγμαι, [456] σάρκα ἐνδέδυμαι, κόσμον οἰκῶ, ἐν γῇ διατρίβω· εἰπὲ πρὸς αὐτὴν, ὅτι Πάντα ταῦτα σκήψεις καὶ προφάσεις. Καὶ γὰρ ὁ δεῖνα σάρκα περιέκειτο, καὶ ὁ δεῖνα κόσμον οἰκῶν καὶ ἐν γῇ διατρίβων εὐδοκιμεῖ· καὶ σὺ δὲ αὐτὴ [14], ὅταν εὐπραγῇς, σάρκα περικειμένη τοῦτο ποιεῖς. Κἂν ἀλγῇ ταῦτα ἀκούουσα, μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρα· οὐ γὰρ ἀποθανεῖται, ἐὰν πατάξῃς, ἐκ θανάτου δὲ αὐτὴν ῥύσῃ. Κἂν λέγῃ πάλιν, ὅτι Ὁ δεῖνα παρώξυνεν, εἰπὲ πρὸς αὐτήν· Ἀλλ' ἔξεστί σοι μὴ παροξύνεσθαι· πολλάκις γοῦν κατέσχες ὀργῆς. Ἐὰν εἴπῃ, ὅτι Ἡ εὐμορφία τῆς δεῖνος ἀνεπτέρωσέ με, εἰπὲ πρὸς αὐτήν· Ἀλλ' ἠδύνασο κρατεῖν. Πάραγε τοὺς περιγενομένους, πάραγε τὴν γυναῖκα τὴν πρώτην, τὴν εἰποῦσαν, *Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με*, καὶ οὐκ ἀπαλλαγεῖσαν τοῦ ἐγκλήματος.

δ'. Ὅταν δὲ ταῦτα ἐξετάζῃς, μηδεὶς παρέστω, μηδεὶς θορυβείτω· ἀλλ' ὥσπερ οἱ δικασταὶ ὑπὸ παραπετάσματα [15] καθεζόμενοι κρίνουσιν, οὕτω καὶ σὺ ἀντὶ παραπετασμάτων καιρὸν ζήτησον ἡσυχίας καὶ τόπον. Καὶ ὅταν δειπνήσας ἀναστῇς καὶ μέλλῃς κατακλίνεσθαι, τότε ταῦτα δίκαζε· οὗτος ὁ καιρὸς ἐπιτήδειός σοι· τόπος δὲ ἡ κλίνη καὶ ὁ θάλαμος. Τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐκέλευσεν, εἰπών· *Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε*. Καὶ τῶν μικρῶν μεγάλας εὐθύνας ἀπαίτει, ἵνα τῶν μεγάλων μηδὲ ἐγγὺς γένῃ ποτέ. Ἂν τοῦτο ποιῇς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μετὰ παῤῥησίας στήσῃ παρὰ τὸ βῆμα ἐκεῖνο τὸ φοβερόν [16]. Οὕτως ὁ Παῦλος ἐγένετο καθαρός· διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα*. Οὕτω τοὺς παῖδας ἐξεκάθαρεν ὁ Ἰώβ. Ὁ γὰρ ὑπὲρ ἀδήλων θυσίας ἀναφέρων, πολλῷ μᾶλλον τῶν δήλων εὐθύνας ἀπῄτει. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτω ποιοῦμεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Ὁμοῦ τε γὰρ κατεκλίθημεν, καὶ τὰ βιωτικὰ στρέφομεν ἅπαντα· καὶ οἱ μὲν ἀκαθάρτους εἰσάγουσι λογισμοὺς, οἱ δὲ δανείσματα καὶ συμβόλαια καὶ φροντίδας ἐπικήρους. Καὶ θυγατέρα μὲν ἔχοντες παρθενευομένην, ἀκριβῶς φυλάττομεν· ὃ δὲ θυγατρὸς ἡμῖν τιμιώτερον, ἡ ψυχὴ, ταύτην ἐῶμεν πορνεύεσθαι καὶ μολύνεσθαι, μυρίας ἐπεισάγοντες ἐννοίας πονηράς [17]· κἂν ὁ τῆς πλεονεξίας ἔρως, κἂν ὁ τῆς τρυφῆς, κἂν ὁ τῶν λαμπρῶν σωμάτων, κἂν ὁ τοῦ θυμοῦ, κἂν ὁστισοῦν ἕτερος ἐπεισελθεῖν βούληται, τὰς θύρας ἀναπετάσαντες ἕλκομεν καὶ καλοῦμεν, καὶ μετὰ ἀδείας αὐτῇ παρέχομεν μίγνυσθαι. Οὗ τί γένοιτ' ἂν βαρβαρικώτερον, τὴν πάντων ἡμῖν τιμιωτέραν ψυχὴν ὑπὸ τοσούτων μοιχῶν ὑβριζομένην περιορᾶν, καὶ μέχρι τοσούτου συγγινομένην, ἕως ἂν κορεσθῶσιν ἐκεῖνοι; Ὅπερ οὐδέποτε ἔσται. Διὰ δὴ τοῦτο [457] ὅταν ὕπνος καταλάβῃ, τότε μόνον ἀφίστανται· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε· καὶ γὰρ τὰ ὀνείρατα καὶ αἱ φαντασίαι τὰ αὐτὰ αὐτῇ φέρουσιν εἴδωλα. Ὅθεν καὶ ἡμέρας γενομένης [18], ἡ τοιαῦτα φανταζομένη ψυχὴ καὶ εἰς τὸ ἔργον τῶν φαντασιῶν ἐκείνων πολλάκις ἐξέπεσε. Σὺ δὲ τῇ μὲν κόρῃ τῶν ὀφθαλμῶν οὐδὲ μικρὰν κόνιν ἐπεισελθεῖν ἐᾷς, τὴν δὲ ψυχὴν φορυτὸν τοσούτων κακῶν ἐπισυρομένην [19] περιορᾷς; Πότε οὖν τὴν κόπρον ταύτην ἐξαντλῆσαι δυνησόμεθα, ἣν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποτιθέμεθα; πότε τὰς ἀκάνθας ἐκτεμεῖν; πότε τὰ σπέρματα καταβαλεῖν; Οὐκ οἶσθα, ὅτι τοῦ ἀμήτου λοιπὸν ἐφέστηκεν ὁ καιρός; Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ἐνεώσαμεν οὐδέπω τὰς ἀρούρας. Ἂν οὖν παραγένηται ὁ γεωργὸς καὶ ἐγκαλῇ, τί ἐροῦμεν; τί δὲ ἀποκρινούμεθα; Ὅτι τὰ σπέρματα οὐδεὶς ἔδωκε; Καὶ μὴν καθ' ἑκάστην καταβάλλεται ταῦτα τὴν ἡμέραν. Ἀλλ' ὅτι τὰς ἀκάνθας οὐδεὶς ἐξέτεμε; Καὶ μὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν δρεπάνην θήγομεν. Ἀλλ' αἱ βιωτικαὶ περιέλκουσιν ἀνάγκαι; Καὶ διατί μὴ ἐσταύρωσας σαυτὸν τῷ κόσμῳ; Εἰ γὰρ ὁ τὸ δοθὲν ἀποδιδοὺς [20] μόνον πονηρὸς, ἐπειδὴ μὴ ἐδιπλασίασεν· ὁ καὶ τοῦτο διαφθείρας, τί ἀκούσεται; Εἰ ἐκεῖνος δεθεὶς ἐξηνέχθη ὅπου ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ἡμεῖς τί πεισόμεθα, μυρίων ἡμᾶς ἑλκόντων ἐπ' ἀρετὴν, ἀναδυόμενοι καὶ ὀκνοῦντες; Τί γὰρ οὐχ ἱκανόν σε προτρέψαι; Οὐχ ὁρᾷς τὸ εὐτελὲς τοῦ βίου; τὸ ἄδηλον τῆς ζωῆς; τὸν πόνον τὸν ἐν τοῖς παροῦσι; τὸν ἱδρῶτα; Μὴ γὰρ τὴν μὲν ἀρετὴν μετὰ πόνου, τὴν δὲ κακίαν ἄνευ πόνου [21] ἔστι μετελθεῖν; Εἰ οὖν καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ πόνος, διατί μὴ ταύτην εἵλου τὴν πολὺ τὸ κέρδος ἔχουσαν; Μᾶλλον δὲ ἔστι τινὰ τῆς ἀρετῆς, ἃ μηδὲ πόνον ἔχει. Ποῖος γὰρ πόνος τὸ μὴ κακηγορεῖν, μηδὲ ψεύδεσθαι, τὸ μὴ ὀμνύναι, τὸ τὴν ὀργὴν ἀφιέναι τῷ πλησίον; Τοὐναντίον μὲν οὖν τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐπίπονον, καὶ πολλὴν φέρει τὴν φροντίδα. Τίς οὖν ἡμῖν ἔσται ἀπολογία, ποία συγγνώμη, μηδὲ ταῦτα κατορθοῦσιν; Ἀπὸ γὰρ τούτων δῆλον, ὅτι καὶ τὰ ἐπιπονώτερα ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἡμᾶς διαφεύγει καὶ ὄκνου. Ἅπερ ἅπαντα ἐννοήσαντες, φύγωμεν κακίαν, ἑλώμεθα ἀρετήν· ἵνα καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[14] αὐτῇ (sic) C. D. F αὐτῇ om. A. [15] ὑπὸ τὰ παρ. F. ὑπὸ παραπετάσματος C. [16] παρὰ τῷ βήματι ἐκείνῳ τῷ φοβερῷ Sav. contra omnes codd. [17] πονηράς] add. ἐν αὐτῇ E. add. αὐτῇ Edd. κἂν] add. γάρ E. [18] γινομένης A. [19] τῇ δὲ ψυχῇ τοσοῦτον φορυτὸν κακῶν ἐπισυρόμενον F. [20] ἀποδοὺς (om. μόνον) F. [21] πόνων E. δίχα pro ἄνευ F.

## [458] ΟΜΙΛΙΑ ΜΓ'.

*Τότε ἀπεκρίθησαν αὐτῷ τινες τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες· « Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. » Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· « Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. »*

α'. Ἆρά τι γένοιτ' ἂν τούτων ἀνοητότερον, οὐκ ἀσεβέστερον μόνον [22.23]; οἳ μετὰ τοσαῦτα σημεῖα, ὡς οὐδενὸς γενομένου, λέγουσι· *Θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν*. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ἔλεγον; Ἵνα ἐπιλάβωνται πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῶν ῥημάτων αὐτοὺς ἐπεστόμισε, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, καὶ τὴν ἀναίσχυντον ἔφραξε [25] γλῶτταν, ἐπὶ τὰ ἔργα πάλιν ἔρχονται· ὅπερ καὶ θαυμάζων πάλιν [26] ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε· *Τότε ἀπεκρίθησαν αὐτῷ τινες τῶν γραμματέων, σημεῖον αἰτοῦν-*

[22.23] οὐκ ἀσεβέστερον μόνον] Sic F. pro vulgato καὶ ἀσεβέστερον, *non dico impium magis, sed stolidius* Ge. Etiam Arm. correctioni favet. [25] ἐνέφραξε F. [26] πάλιν om. F. ὅπερ καὶ θαυμάζοντες τοῦτο ἔλεγον E.

τες. Τότε, πότε; Ὅτε ὑποκύπτειν ἐχρῆν, ὅτε θαυμάζειν, ὅτε ἐκπλήττεσθαι καὶ παραχωρεῖν, τότε τῆς πονηρίας οὐκ ἀφίστανται. Ὅρα δὲ καὶ τὰ ῥήματα κολακείας γέμοντα καὶ εἰρωνείας. Προσεδόκων γὰρ αὐτὸν ἐπισπάσασθαι διὰ τούτων. Καὶ νῦν μὲν ὑβρίζουσι, νῦν δὲ κολακεύουσι· νῦν μὲν δαιμονῶντα καλοῦντες, νῦν δὲ διδάσκαλον· ἀμφότερα ἀπὸ πονηρᾶς γνώμης, εἰ καὶ ἐναντία τὰ λεγόμενα. Διὰ τοῦτο αὐτῶν καὶ σφόδρα καθάπτεται. Καὶ ὅτε [27] μὲν αὐτὸν τραχέως ἠρώτων καὶ ὕβριζον, ἐπιεικῶς αὐτοῖς διελέγετο· ὅτε δὲ ἐκολάκευον, ὑβριστικῶς καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, δεικνὺς ὅτι ἑκατέρου τοῦ πάθους ἐστὶν ἀνώτερος, καὶ οὔτε τότε εἰς ὀργὴν ἐξάγεται, οὔτε [28] νῦν ὑπὸ κολακείας μαλακίζεται. Ὅρα δὲ καὶ τὴν ὕβριν οὐχ ἁπλῶς λοιδορίαν οὖσαν, ἀλλ' ἀπόδειξιν ἔχουσαν τῆς πονηρίας αὐτῶν. Τί γάρ φησι; *Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ.* Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τί θαυμαστὸν, εἰ ἐπ' ἐμοῦ ταῦτα ποιεῖτε τοῦ τέως ἀγνοουμένου παρ' ὑμῶν, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, οὗ τοσαύτην ἐλάβετε πεῖραν, τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποιήκατε· καταλιπόντες [29] αὐτὸν, ἐπὶ τοὺς δαίμονας ἐτρέχετε, ἐραστὰς ἐπισπώμενοι πονηρούς; ὃ συνεχῶς αὐτοῖς καὶ [30] ὁ Ἰεζεκιὴλ ὠνείδιζε. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ συμφωνοῦντα, καὶ τούτους οὐδὲν ξένον ποιοῦντας, καὶ τὰ ἀπόρρητα αὐτῶν ἐκκαλύπτων· καὶ ὅτι μεθ' ὑποκρίσεως καὶ ὡς ἐχθροὶ ᾔτουν.

Διὰ τοῦτο αὐτοὺς εἶπε γενεὰν πονηρὰν, ὅτι ἀγνώμονες ἀεὶ γεγόνασι περὶ τοὺς εὐεργέτας, ὅτι εὖ πάσχοντες γίνονται χείρους· ὅπερ ἐσχάτης ἐστὶ πονηρίας. Μοιχαλίδα δὲ ἐκάλεσε, καὶ τὴν προτέραν καὶ τὴν παροῦσαν ἀπιστίαν δηλῶν· ὅθεν δείκνυσιν ἑαυτὸν πάλιν τῷ Πατρὶ ἴσον, εἴγε καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῷ μοιχαλίδα ποιεῖ. Εἶτα ὑβρίσας, τί φησι; *Καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.* [459] Ἤδη τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως προαναχρούεται λόγον, καὶ πιστοῦται αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τύπου. Τί οὖν; οὐκ [31] ἐδόθη αὐτῇ σημεῖον; φησίν. Οὐκ ἐδόθη αὐτῇ [32] αἰτούσῃ. Οὐ γὰρ ὥστε αὐτοὺς ἐνάγειν ἐποίει τὰ σημεῖα (ᾔδει γὰρ πεπωρωμένους), ἀλλ' ὥστε ἑτέρους διορθοῦν. Ἢ τοῦτο οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ἢ ὅτι τοιοῦτον οὐ λήψονται σημεῖον, οἷον ἐκεῖνο. Σημεῖον γὰρ αὐτοῖς γέγονεν, ὅτε διὰ τῆς οἰκείας κολάσεως ἔγνωσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν. Ἐνταῦθα τοίνυν ἀπειλῶν λέγει, καὶ τοῦτο αὐτὸ αἰνιττόμενος, ὡσανεὶ ἔλεγε· Μυρίας εὐεργεσίας ἐπιδειξάμην· οὐδὲν τούτων ὑμᾶς ἐπεσπάσατο, οὐδὲ ἠθελήσατε προσκυνῆσαί μου τὴν δύναμιν. Γνώσεσθε τοίνυν διὰ τῶν ἐναντίων τὴν ἰσχὺν τὴν ἐμὴν, ὅταν [33] τὴν πόλιν χαμαὶ ἐρριμμένην ἴδητε, ὅτε καὶ τὰ τείχη περιῃρημένα, ὅτε τὸν ναὸν ἐρείπιον γεγενημένον, ὅταν καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπέσητε τῆς προτέρας, καὶ πάλιν ἄοικοι καὶ [34] φυγάδες πανταχοῦ περιέρχησθε. Πάντα γὰρ ταῦτα μετὰ τὸν σταυρὸν γέγονε. Ταῦτα οὖν ὑμῖν ἀντὶ σημείων ἔσται μεγάλων. Καὶ γὰρ σφόδρα μέγα σημεῖόν ἐστι, τὸ ἀκίνητα αὐτῶν μένειν τὰ κακὰ, τὸ μυρίων ἐπιχειρησάντων μηδένα δυνηθῆναι διορθῶσαι τὴν ἅπαξ κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαν δίκην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ λέγει, καταλιμπάνει δὲ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ γενέσθαι αὐτοῖς σαφῆ· τέως δὲ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως γυμνάζει λόγον, ὃν ἔμελλον εἴσεσθαι δι' ὧν ἔμελλον ὕστερον ὑπομένειν. *Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς*, φησὶν, *ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ* [35] *ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.* Φανερῶς μὲν γὰρ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀναστήσεται· ἐπεὶ ἂν καὶ κατεγέλασαν· ᾐνίξατο δὲ οὕτως, ὡς ἐκείνους πιστεῦσαι ὅτι προῄδει. Ὅτι γὰρ ᾔδεσαν, λέγουσι πρὸς τὸν Πιλᾶτον· *Εἶπε*, φησὶν, *ὁ πλάνος ἐκεῖνος ἔτι ζῶν, Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστήσομαι*· καίτοιγε οἱ μαθηταὶ τοῦτο ἠγνόουν· καὶ γὰρ ἀσυνετώτεροι αὐτῶν ἔμπροσθεν ἦσαν· διὸ καὶ αὐτοκατάκριτοι γεγόνασιν οὗτοι.

β'. Ὅρα δὲ πῶς καὶ αἰνιττόμενος ἀκριβῶς αὐτὸ τίθησιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν τῇ γῇ, ἀλλ', *Ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς*, ἵνα καὶ τὸν τάφον δηλώσῃ, καὶ μηδεὶς δόκησιν ὑποπτεύσῃ. Καὶ τρεῖς δὲ ἡμέρας διὰ τοῦτο συνεχώρησεν, ἵνα πιστευθῇ ὅτι ἀπέθανεν. Οὐ γὰρ τῷ σταυρῷ αὐτὸ [36].[37] μόνον βεβαιοῦται, καὶ τῇ πάντων ὄψει, ἀλλὰ καὶ τῷ χρόνῳ τῶν ἡμερῶν. Τῇ μὲν γὰρ ἀναστάσει πᾶς ὁ μετὰ ταῦτα ἔμελλε μαρτυρήσειν χρόνος· ὁ σταυρὸς δὲ, εἰ μὴ τότε πολλὰ ἔσχε τὰ μαρτυροῦντα αὐτῷ σημεῖα, κἂν ἠπιστήθη· τούτου δὲ ἀπιστηθέντος, καὶ ἡ ἀνάστασις ἂν διηπιστήθη. Διὰ τοῦτο καὶ σημεῖον αὐτὸ καλεῖ. Εἰ δὲ μὴ ἐσταυρώθη, οὐκ ἂν ἐδόθη τὸ σημεῖον. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν τύπον φέρει εἰς μέσον, ἵνα πιστευθῇ ἡ ἀλήθεια. Εἰπὲ γάρ μοι, φαντασία ἦν Ἰωνᾶ; [460] ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις τοῦτο εἰπεῖν. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁ Χριστὸς ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς. Οὐ γὰρ δήπου ὁ μὲν τύπος ἐν ἀληθείᾳ, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐν φαντασίᾳ. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλομεν, καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις, καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος λαμπρᾷ βοᾷ τῇ φωνῇ· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὅθεν δῆλον, ὅτι τέκνα τοῦ διαβόλου εἰσὶν οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες, ταῦτα ἐξαλείφοντες, ἅπερ ὥστε μὴ ἀφανισθῆναι μυρία ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὥστε ἀφανισθῆναι μυρία ἐσπούδακεν ὁ διάβολος, τὸν σταυρὸν λέγω καὶ τὸ πάθος. Διὰ τοῦτο ἔλεγε καὶ ἀλλαχοῦ· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*· καὶ, *Ἐσονται ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος*· καὶ ἐνταῦθα, *Οὐ δοθήσεται αὐτῇ σημεῖον, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου*· καὶ ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν πείσεται δηλῶν, καὶ ὅτι οὐδὲν κερδανοῦσι· τοῦτο γὰρ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν. Ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰδὼς ἀπέθανε· τοσαύτη ἦν αὐτοῦ ἡ κηδεμονία. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ὅτι καὶ τὰ ἑξῆς τοιαῦτα ἔσται ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, οἷα ἐπὶ τῶν Νινευϊτῶν, καὶ ἐπιστραφήσονται, καὶ καθάπερ ἐκείνοις σειομένην τὴν πόλιν ἔστησε, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπέστρεψεν, οὕτω καὶ οὗτοι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπιστρέψουσιν, ἄκουσον πῶς τοὐναντίον ἅπαν δηλοῖ. Ὅτι γὰρ οὐδὲν καρπώσονται ἐντεῦθεν εἰς τὴν οἰκείαν εὐεργεσίαν, ἀλλὰ καὶ ἀνήκεστα πείσονται, καὶ τοῦτο ἑξῆς ἐδήλωσε διὰ τοῦ κατὰ τὸν δαίμονα παραδείγματος. Τέως δὲ ὑπὲρ ὧν μέλλουσι πάσχειν μετὰ ταῦτα ἀπολογεῖται, δεικνὺς ὅτι δικαίως πείσονται. Τὰς μὲν γὰρ συμφορὰς αὐτῶν καὶ τὴν ἐρημίαν ἀπὸ τοῦ παραδείγματος ἐκείνου παρίστησι· τέως δὲ δείκνυσιν, ὅτι δικαίως ταῦτα πάντα ὑπομενοῦσιν· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ἐποίει. Καὶ γὰρ τὰ Σόδομα μέλλων καθαιρεῖν, ἀπελογήσατο τῷ Ἀβραὰμ πρότερον, τὴν ἐρημίαν δείξας καὶ τὴν σπάνιν τῆς ἀρετῆς, ὅπου γε οὐδὲ δέκα εὑρέθησαν ἄνδρες ἐν πόλεσι τοσαύταις σωφρόνως ζῆν προῃρημένοι. Καὶ τῷ Λὼτ δὲ ὁμοίως δείξας τὴν μισοξενίαν καὶ τοὺς ἀτόπους αὐτῶν

[27] ὅτε] Sic Fp. ὅταν codd. et Edd. [28] οὐδὲ F. Ep. [29] καταλιπόντες] add. γάρ D. et corr. E. [30] καί om. A. C. E. F. [31] οὐκ quod deest in Edd. ex F. Ep et Verss. assumpsi. Rasuram habet E. [32] αὐτῇ obtulerunt E. F Ep. In cæteris deest [33] ὅταν] Sic Edd. codices ὅτε. Mox ὅτε τά (om. καί) C. D. καὶ τά (om. ὅτε) F. [34] πάλιν ἄοικοι καὶ φ.] πλάνοι καὶ φ. E. F *errantes ac profugi* Ge. [35] καί om. F. 1 Mosq. [36].[37] αὐτῷ D. αὐτοῦ E. Vid. adnot.

*runt ei quidam scribarum signum petentes. Tunc*, quandonam? Cum morem gerere, mirari, obstupescere, recedere oportebat, tunc a nequitia non absistunt. Consideres autem velim verba adulatione et derisione plena. Exspectabant enim hac ratione se illum pellecturos esse. Et nunc quidem contumelia afficiunt, nunc autem adulantur, nunc dæmoniacum vocant, nunc magistrum, utrumque malo animo, etiamsi contraria dicta sint. Ideo in illos vehementer invehitur. Quando autem illum aspere interrogabant, et contumelia afficiebant, moderate cum illis loquebatur; cum autem adulabantur, acriter et cum multa vehementia, ostendens se utroque illo affectu esse superiorem : ac neque tunc in iram concitatur, neque ex adulatione delinitur. Vide autem objurgationem, quæ non solum criminatio sit, verum etiam demonstratio nequitiæ eorum. Quid enim ait? *Generatio mala et adultera signum quærit.* Id est : Quid mirum si hæc adversum me facitis, qui adhuc vobis notus non sum, quando erga Patrem, cujus potentiæ tanta experimenta habuistis, idipsum fecistis? Nam illo relicto, ad dæmonas currebatis, amatores pravos attrahentes; quod frequenter illis Ezechiel probro vertit (*Ezech.* 16). Hæc autem dicebat, ostendens se cum Patre consentire, ipsosque nihil insolitum facere; arcanaque mentis ipsorum revelat, quod nempe cum simulatione atque ut inimici id peterent.

